



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Maivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

412 VITA & MARTYR. S. PHILIPPI  
stim à ministris diaboli athleta Christi gratia  
sine fine Deo agens, quòd eum tanta gloria di-  
gnum faceret, & triumphū de diabolo, cui nul-  
la in terris potestas comparari potest, adeò glo-  
riosum concederet. Perductus igitur extra muros  
martyr, lapidibus cæsus beatam animā Chris-  
to tradidit: cui est honor & gloria in secula se-  
culorum. Amen.

Lapidibus  
obruitur S.  
Martyr.

## M A I V S.

C. Baron. to.  
1. Annal.

VITA & MARTYRIVM S. APOSTOLI  
Philippi, quo coronatus est anno Christi 54. Clas-  
sij verò Imp. 12. apud Hierapolim Asiae civitatis.  
Ex Breuiario Romano & ijs que sunt apud Me-  
taphrasten.

1. Maij.

Patria eius.



HILIPPVS Christi Iesu Aposto-  
lus, Bethsaida ciuitate Galilæe ori-  
undus, cum à parentibus in omni  
laudabili disciplina optime esset  
institutus, libros perlegit Moïsaicos,  
& quæcunque fuerant prædicta de Christo my-  
steria, alta mente recondidit. Postquam verò  
Christus Dominus in Galilæam venisset, ac hunc  
magnum inuenisset Philippum, eum se sequi  
iussit. Qui protinùs diuino splendore mirifice  
illustratus, veræ salutis authorem agnouit, cuius  
aduentum in terris Prophetarum omnium  
vocibus promissum iam antè legerat, eumque  
securus est itaque Christo tota mente & corpore  
adhærens, tanta ex eius consuetudine ac stupen-  
dis rerum factis admiratione, cum eximia volun-  
tate coniuncta affectus est, vt alios similiter  
primæ

Philippus  
vocatur à  
Christo.

primæ notæ amicos & familiares vehementer  
alliceret. Inter quos Naichanaelem virum mira  
simplicitate prædium, & omnis doli ac fraudis  
ignarum ad Christum adduxit. Qui adductus, in  
consideratione bonitatis Christi exultans: Magi-  
ster, inquit, tu verè Rex es Israelis. Christus autè  
ea hominis pietate ac fide delectatus, verbis cla-  
rissimis se unicum patris filium, ad humani ge-  
neris salutem in terras missum, ostendit.

Ab illo verò tempore, Philippus Christi di-  
scipulus factus, quotidiana Christi miracula spe-  
ctabat, animusque ad cælestium rerum amorè  
ardentius excitabat: & alios prava opinione im-  
butos, mirabili charitatis studio veritatis studio  
luce illustrare conabatur. Hinc quidam ex ijs qui  
falsa gentilium religione miserè constabantur,  
cum Hierosolymam ad summam Iudæorum  
festivitatem adoratum venissent, fama rerù ad-  
mirandarum quas Christus gerebat provocati,  
ad Philippum accesserunt, seseque visendi Chri-  
stum vehementer cupidos dixerunt. Philippus  
autem salutis miseræ gentis avidus, recum An-  
drea prius communicata Iesu eos præsentavit,  
qui protinus de imminente passionis suæ igno-  
minia & gloria eis differens, luculentis verbis o-  
stendit, similitudine ex grano in terram misso  
sumpta, se crucis & mortis supplicio omnibus  
sempiternam salutem & gloriam alluturum.

Postquam verò mundi totius salute egregiè  
constituta, victor Christus Iesus glorioso trium-  
pho cælos conscendit, protinus Apostoli in opus  
sedulo incumbentes omnes mundi partes euan-  
gelij face illustrandas susceperunt. Cumque alij  
Orientales, alij Occidentales sortirentur, admi-  
rabili huic Apostolo Asia obrigisse fertur. Quam  
quidem

Philippus a-  
lios ad Chri-  
stū adducit.  
Iohann. 1.

Iohann. 12

Philippus in  
Asiam mit-  
titur ac ibi-

Philippus in  
Asia mitti-  
tur, ac ibidē  
innumerabi-  
les ad fidem  
Christi con-  
uertit.

quidem tanta virtute peragrauit, vt innumerabi-  
lem hominum multitudinem euangelio gene-  
rit, ac salutaribus aquis expiatis regni caelestis  
confortes effecerit. Et quidem cum mentes in  
scelere penitus obduratas, nulla verborum vir-  
tute emollire posset, facta admiranda adhibebat,  
prorsus vt omnia morborum genera, solo verbo  
vel sacrae manus suae contactu fugaret, daemones  
que ex obsessis corporibus, non sine ingenti stu-  
pore expelleret. His rebus, fidei pietatisque  
fundamenta egregie collocabat, & aduersarios  
liuore & inuidia inflammatos confundebat,  
adeo vt vel inuiti diuinae virtutis testimonium  
Philippo praebere cogerentur.

Missae cele-  
bratio.

Hinc Apostolus demolitis daemorum aris, sa-  
era Christo altaria erexit, & viros eo munere di-  
gnos constituit, qui sacra ibidem mysteria pera-  
gerent, iamque maior indies credentium nume-  
rus fiebat, certatimque quilibet suum Christo  
nomen dare ardebat, cum Philippus caelestis pro-  
meritis gloria coronandus, ex hac vita a Domi-  
no vocabatur. Est ciuitas in Phrygia rerum om-  
nium opulencia, & aedium magnificencia insignis,  
Hierapolis dicta: quam Apostolus vt intellexit  
simulacris deditam, & nefaria superstitione, ni-  
ferissime conflictatam, protinus diuino spiritu  
conceiratus, gressus eodirexit ibique aduocata  
concione, luculenter admodum de vnus & sempiterni  
Dei omnipotentia disseruit, & Christi in  
terris aduentum meridiana luce clarius exposuit:  
omnesque in communi hortatus est, vt relictis  
daemorum praestigijs eum agnoscerent, qui  
pro salute omnium preciosum sanguinem fundere  
minime dubitasset, & acerbissimis supplicijs  
sponte susceptis, nos a sempiternis cruciatibus

Hierapolis  
petit.

bus sceleribus nostris debitis eripere voluisset. Hæc aliaque non sine fructu Apostolum disferentem, quidam diaboli invidia concitati nefarij corripuunt, vinculisque iniecitis in carcerem detrudunt. Indè verò maiori furore agitati, flagris verberibusque eum concidunt, ac postremò in crucem actum lapidibus obruunt. Eius corpus ibidem à christianis sepultum, postea Romam delatum, in ecclesia duodecim Apostolorum vna cum corpore beati Iacobi Apostoli conditum est.

## VITA ET MARTYRIUM S. IACOBI

Apostoli fratris Domini, & Primi Hierosolymorum Episcopi, Ex ijs quæ exstãt apud Metaphrasten. Coronatus est anno Redempto. 63. Neronis verò Imperatoris 7. Postquam sedisset annis 29.

C. Baronius  
tom. 1. An-  
nali

**N**ihil sanè est viro bono & virtutis amanti æquè iucundum, atq; viri iusti memoria. Ea enim præterquam quòd animos ad inestimabilem quandam lætitiæ, magnitudinem excitat, tantam etiam vtilitatè adfert, quantum res alia in terris potest nulla. Aemula namque virtus ad res præclarè & fortiter gerendas stimulos addit, nec patitur animum cupiditate laudis incensum, otio vel torpore languescere. Agedum igitur nos quoq; magnum illum Iacobum in medium adducentes, qui eximia quadam virtute iusti nomen assecutus est, communem ex rebus illius vtilitatem, cum non mediocri voluptate coniunctam capiamus.

1. Maij.

Et quidem patria Iudæa oriundus Alphæum patrem, matrem verò Mariã (quæ in sanctis Scripturis Maria Iacobi, interdum Ioseph mater, dicitur) habuit. Hic quidem propter insignem

Patria & pater  
Iacobus,

virtu-

Apostolus  
capitur &  
dicitur cruci-  
atur.  
In cruce sus-  
pensus lapi-  
dibus obru-  
itur.

Eximia vir-  
tutes eius.

virtutem, & morum integritatem, & eximium  
iustitiæ splendorem quo mirificè relucebat, lu-  
stus appellatus est. Erat enim cum externo tum  
interno mentis habitu, adeò ad omnem mode-  
stiam, lenitatem, ac sanctitatem denique compo-  
situs, ut cuncti ex eius aspectu, intimum quod  
cordis gaudium haurirent. Omnia corporis me-  
bra, certatim virtuti studebant. Oculi ad cæli  
dera cum pietate erecti, admiranda Dei opera  
ne sine contemplabantur. Aures diuinis ver-  
& secretis eius inspirationibus semper pate-  
bant. Os perpetuum quoddam diuinæ legis promp-  
tarium, mirificam quandam consolationem affe-  
ctis eructabat. Manus à benefaciendi studio ces-  
sabant nunquam. Venter non modò vitæ  
delicias respuebat, sed tanta se inedia affligebat,  
ut aquam potum suauissimum, panem verò ficti-  
delicias suas existimaret. Vini vsus planè ei inco-  
gnitus fuit. Genua eius ex assiduâ precatione ita  
obduruerant, ut pellis cameli instar callem ob-  
dlexerit. Vestimenta insuper, sua asperitate fractis  
longis ieiunijs carnem, acrius atterebant. Vesti-  
bus lineis non nisi ad sacra peragenda utebantur.  
Nullum ei noctis & diei discrimen fuit, præter  
ut pari alacritate diuino semper operi incumbe-  
ret, ac perpetua quadam virtutis exercitatione,  
omnium sibi animos incredibili amoris vinculo  
deuinciret. Tanta namque fuit viri illius sancti-  
simi apud omnes opinio, ut etiam ij qui à Chris-  
titanæ religionis sacris abhorrebant, conitantes  
assererent, non aliam ciuitati Hierosolymitanæ  
excidij causam ascribendam, quàm quòd virum  
hunc iustum, & maxima sanctitatis laude florē-  
tem, per summum scelus morte affecissent.

Joseph. lib.  
20. antiq.  
6.3.

Sed quomodò alias eius virtutes pro dignita-  
te et-

te explicare poterimus? Postquam peractis nostrae redemptionis mysterijs Christus caelos conscendisset, & Apostoli in varias orbis terrarum partes, ad omnium salutem ritè constituendam, mitterentur, Iacobus hic à S. Petro ad clauū Hierosolymitanæ ecclesiæ gubernandum destinatus est: quem sanè quanta animi prudentia, & vitæ sanctitate administrauerit ex epistolis eius luce clariùs intelligi potest. Iam verò quanta eius fuerit non modò apud plebeios, sed apud Apostolos, & apud ipsum gentium doctorè auctoritas & dicendi facultas, vel ex eo abundè constat, quod cum aliquandò quæstio Antiochiæ orta fuisset, an oporteret eos, qui ex gentibus ad verbum veritatis accedebant, more Mosaico deinceps circumcidere, Iacobus tanta auctoritate ac gratia disseruit, vt cuncti illius sententiam tanquam certissimum Dei oraculum amplectererentur. Ego, dicebat, fratres, ludico non esse molestia afficiendos eos, qui ex gentibus ad Deum conuertuntur, sed suadendum tantum, vt ab impio simulacrorum cultu, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine abstinentes, pura mente Deo desertuant. Hæc Iacobi sententia tanta apud Apostolos auctoritate firmata est, vt toti deindè ecclesiæ, pro optima viuendi forma tradita fuerit.

Iacobus à Petro Episcopus Hierosolymitanus constituitur.

Actor. 15.

Sed licet etiam audire quidnam de eo scribat ad Galatas Paulus: Ascendi, inquit, Hierosolymam ad videndum Petrum. Alium autem Apostolorum non vidi, nisi Iacobum fratrem Domini. Res sanè magna & digna quæ literarum monumentis consignaretur, videre Iacobum. Nec immeritò in eo gloriatur doctor gentium, quòd tanti viri conspectu frui meruerit, vtpote què admiranda vitæ sanctitate decoratum nouerat. Huic etiam illud

Galat. 2.

D d

vas

Act. 21.

vas electionis se ei subiecit, illiusque monitiones tanquam à Deo profectas accepit. Nam cum Hierosolymam ingressus, ad Iacobum diuersificè salutasset, statim singulatim per ordinem proposuit, quanta per suum ministerium in gentibus Deus operatus esset. Illi autem auditis quae Paulo narrabantur, magno exultantes gratia communem Dominum glorificârunt, ac Paulo persuaserunt, ut gentem Iudæorum, quae eum in ffectionem à Mose docere acceperat, arctiori vinculo fidei Christo constringeret. Quod ut fieri negotio fieret, viros ei quatuor voto obligatos adduxerunt, ut se cum illis ritu communis sanctificaret, ac capita eorum raderet: quod primum opinionem, quam de eius doctrina conceperat, hoc modo deponeret. Et quidem existimandum est omninò hæc Iacobum, utpotè ecclesiae illius principem Paulo persuasisse, suaque auctoritate tantum apud doctorem illum vnum omnium praestantissimum valuisse, ut se eius dicto libenter audientem præbuerit.

Hæc Hogsippus lib. 5.

Hic ergò magnus & diuinus Iacobus prædictæ sanctimoniae gratia ex utero matris suæ à Deo insignitus, Pontificiam Hierosolymitanæ ecclesiae dignitatē primus à Deo adipisci meruit. Quanta opinione virtutis ac sanctitatis admittit, ut solus in sancta Sanctorum perpetuo ingrederetur. Non enim semel, sicut Ihs, qui leges & vmbrae caelestium seruiebant concedebatur ingressus, sed propter puritatem eximiam, sacra illa lumina vni illi & soli perpetuò patebant: ubi sanè tanta orandi assiduitate iratum patrem placare nitēbatur, ut camelorum instar genua eius obduruisse feratur. Nunquam vino vel

alia potio  
malum e  
la nunqu  
nunquam  
Ceteru  
quorum c  
quas Pa  
animo fur  
mere dec  
fidei rati  
sio sentit  
semper,  
stum De  
à Deo co  
haeretico  
alij in ali  
herentu  
culosam  
virum iu  
pertraher  
tis, ac cor  
pidi, tal  
tur; Cùm  
in pestem  
namus,  
cohibeat  
rore ad  
quantur  
quanto  
nionem  
repende  
stris cor  
las: nè  
tis totu  
terur. A  
alia



alia potione quæ ebrios reddit, vsus est; nec animalium carnibus vesci voluit, ferro & nouacula nunquam caput eius rasum est, oleo corpus nunquam unxit.

Ceterum quidam ex hæreticorum \* numero, quorum dux erat Ananus, cum spe insidiarum, quas Paulo struxerant, frustrati essent, conceptum animi furorem, in Iacobum quouis modo exprimere decreuerunt. Itaque coram vniuersa plebe, fidei ratione ab eo postulârunt, vt quid de Christo sentiret, libere pronuntiaret. Qui cum antea semper, cum verò multò ardentius Iesum Christum Dei filium viuorum ac mortuorum iudicè à Deo constitutum esse confessus est. Hinc cum hæreticorum fraude & turbulentis sermonibus, alij in alias atque alias opiniones miseri distraherentur, Iudeorum principes seditionem periculosam verentes, Iacobum aduocârunt: rati se virum iustum blanda assentatione in suas partes pertrahere posse. Itaque tanquàm pacis & vnitatis, ac communis denique salutis vehementer cupidi, talem ad eum orationem instituisse feruntur; Cum populum errore religionum furentem, in pestem ac perniciem sempiternam ruere cernamus, te, quantum possumus rogamus, vt eum cohibeas, & ab instituta insania ac præcipiti furere ad sanio rem mentem reducas. Nosti enim quantum tibi ab vniuerso populo deferatur, & quanto in honore apud nos propter iustitiæ opinionem semper fueris. Hanc igitur nobis vicem repende, vt errorem, quem de Iesu quidam ex nostris conceperunt, ex intimis eorum animis euellas: nè falsa religione cum certissimo ciuitatis totius periculo atque interitu, diutius conflictetur. Ascende ergò pinnam templi, & clarissima

D d 2 voce

\* Sadducæorum.

Blanda Iudeorum oratio ad S. Iacobum.

+

420 VITA & MARTYR. S. IACOBI  
voce enuncia ac testificare, frustrà in Iesu salutem  
spem constituendam esse.

Præclara S.  
Iacobi con-  
fessio.

Iacobus his auditis, templi quidem pinnam  
conscendit, magnoq; principum honoratus con-  
fessu, (qui aduocata ciuitate ferè vniuersa, ve-  
bis honorificis insigne iustitiæ testimonium pro-  
rum illi deferebant) ita sermonem exoritur.  
Quid me, viri principes, interrogatis de Iesu  
Quid animas ipsius precioso sanguine redem-  
tas, in damnationis sempiternæ miseriam præci-  
pitare conamini? Ipse est, qui de cælo ad omni-  
gentium salutem in terras missus, nunc ad dem-  
ram virtutis patris sui in cælo residet, vestram  
posthac cum potestate magna in nubibus cæli  
vnicuique digna factis suis præmia in iudicio  
tribuat. His dictis, fideles sublati cum ingenti  
læticia vocibus exclamârunt: Osanna filio David.  
Scribæ verò & Pharisei, cum tale præter omnem  
expectationem de Iesu testimonium audiuissent  
pœnitentia ducti, quòd tanto Iacobum honori-  
dignati essent, contrà voce magna clamârunt: O-

S. Iacobus  
præcipitatur  
de templo.

Iustus quoque errauit. Et quidem vt populorum  
Christianæ fidei religione deterrerent, & non  
in effusam fugam conuerterent, sanctissimum  
postolum de pinna templi præcipitem deie-  
runt, ac lapidibus obruere contenderunt. Iacobus  
verò insita pietate ad Deum conuersus, quoniam  
uis contractis cruribus fixis tamen humi genu-  
bus: Domine Deus, inquit, ne quæso hæc  
noxam eis statuas, neque enim errore excusati  
quid faciant, sciunt. Hæc aliæque virum  
sanctissimum pro nefaria gente precantem, cum  
lapidibus appeterent vnus ex sacerdotibus, qui  
erant filij Recham, filij Rachabim, clamant, de-  
cens: Cessate, quid tanto furore in virum  
sanctum

Iacobus or-  
rat pro ini-  
micis suis.

stum se ui-  
pro nobis  
te, & nefar-  
pro fuste  
eius immi-  
culat, & n-  
miat. Fu-  
mis, & n-  
haud pro-  
sanctissim-  
continuo  
causam n-  
consecutu-  
non vere  
insigni ill-  
Est verò  
rum Phil-  
ra requie-  
Pelagio q-  
anne verè

VITA S.  
di Con-  
Mauro  
stat ap-

Q  
reg-  
nis  
exterris a-  
audita fa-  
patrem c-  
tumulu-  
vacarent  
no quida-

stum scivitis? An non attenditis, quanta pietate pro nobis ad Deum preces fundat? Hæc eo dicente, & nefarium facinus detestante, quidam accepto fuste ex officina fullonis, valido ictu capiti eius immisso, sacrosancam illam animam excussit, & martyrij corona ornatâ ad cælos transmisi. Funus fuit non sine multorum lachrymis, & multorum (vt credibile est) gemitu, haud procul à templo sepultum. Et quidem viro sanctissimo hoc modo defuncto, extrema mala continuo civitatem illam inuasere: prorsus vt causam miserandi valde excidij, quod deinde consecutum est, neci huius Apostoli ascribere non vererentur; tanta namque apud omnes de insigni illius iustitia ac sanctitate opinio erat. Est verò nomæ, celebris memoria SS. Apostolorum Philippi & Iacobi, vbi sacra eorum corpora requiescunt, in miræ magnitudinis Basilica, à Pelagio quidem Romano Pontifice initiata, à Ioanne verò eius successore perfecta & dedicata.

Pereuntur fullonis fuste.

Iudæorum mala, ex nece S. Iacobi, aduenisse credita.

C. Baron. in not. Mart. Rom.

VITA SS. EREMITARVM, ZOERARDI Confessoris, & Benedicti martyris, auctore B. Mauro Quinquecclesiensi Episcopo. Ex ea qua existat apud Surium.

Vo tempore sub Christianissimi Stephani regis moderamine, rudis adhuc religionis cultus in Pannonia pullulabat, multi ex terris alijs veræ pietatis ac religionis amâtes, audita fama boni rectoris, ad ipsum tanquam ad patrem consuebant, vt solutis ab omni bellico tumultu & persecutionis metu animis, pietati vacarent. Inter quos Zoerardus quidam, rusticanus quidam, sed pio admodum stemmate natus

1. Maij

Stephanus Christianissimus Rex Pannoniæ.

Zoerardi genus.



lonorum terra in hanc patriam venit; ubi à Philippo Abbate, qui monasterio Zobor, in Nutria territorio ad honorem sancti Hippolyti martyris sito, cum laude præerat, benignè acceptus est. A quo optimis disciplinis, ad arduum spiritus vite certamen strenuè viriliterque aggrediendo

Vocatur Andreas.

instructus, & habitu donatus, Andreas notatus est. Itaque eremum ingressus, primum assiduis ieiunijs vigilijsque carnem domauit, tanta constantia ac virtute, vt post triduū exhausta ieiunio

Mira abstinentia.

membra, pertenui cibo reficeret: & sacro quadagesimali tempore, solis quadraginta nubiū exemplum Zozimæ victitaret. Et quidem in tanta ciborum parcitate, nunquam à labore cessauit; sed accepta securi quendam solitariū suæ uæ locum intrabat, ibidemque in opere peribat; adeo vir sanctus otium omnium vitiorum

Otium detestatur.

riginem detestabatur. Accidit autem vt die quodam nimia fatigatione oppressus humi in latum mortui stratus iaceret, cumq; dubio procul, omni solatio humano destitutus, vltimo mortis aculeo oppressus fuisset, ecce iuuenis candore nimio adueniens, eum vehiculo impositum ad illam adduxit, ac protinùs euauit. Tum Andreas

Liberatur à mortis periculo, per Angelum.

resumptis viribus, vt cognouit admirabili Dei misericordia, ex præsentis se mortis periculo liberatum, exultare, & gratias agere coepit; & Deo dictum (is erat viri sancti discipulus) iuramentum constrinxit, nè ante diem obitus sui rem admirandam propalaret.

Post diurnos autem labores huiusmodi festo corpufculo nocturnam quietem adhibere; tamen quies dicenda est, quæ magis nouos doloris stimulos, quàm dulcem somnum cõciliat. Planatū truncum quercinū, sæpe circumdederat, & per

& per ipsam sepem arundines præcutas ex omni parte infixerat. Ipse verò membra quieti daturus, ita in trunco sedebat, ut si fortè corpus sopore grauarum, qualemcunque in partem se flecteret, arundinum acie grauitèr sauciatum euigilaret. Insuper & ex ligno coronam in quatuor partibus totidem lapidibus armatam capiti suo circumponebat, ut si caput sopitum quocunque inclinaret, lapide percuteretur. O inauditum genus confessionis, quod preciosius facit regnum promissionis. O beati viri Andreæ merces, & corona aternæ vitæ præmijs centies ornata, quæ in celo multiplicato fœnore restituit, quod in terris grauitèr emptum fuerat. Non cibus, non requies vana potuit dulcedine auferre, quod Christus Dominus semel in animum serui sui immiserat. Hæc quæ iam dicta sunt, discipulo eius Benedicto referentè cognouit, qui & ipse, patre suo defuncto, locum eundem inhabitare decreuit. Cumque per annos tres exemplo magistri sui districtè vitam ageret, latrones erroris opinione ducti, quòd ingentem pecuniæ vim apud eum reconditam existimarent, in eum irruerunt, raptumque ad ripam fluminis VVag crudeliter interemerunt, & corpus in ipsam aquam demerserunt. Diu verò corpore eius quæsitò & non inuento, visa est aquila per annum integrum ipsam fluminis ripam quasi quippiam venans studiosè circūuolare; quæ res corporis ibidem demersi prælagio fuit. Nec mora. Quidam natandi peritus se mergit: & corpus sic integrum, quasi recens defunctum, inuenit. Conditus fuit sanctus martyr in basilica B. Emmerammi. in eodem monumento. quo ossa B. Andreæ eius patris sanctissimi iam pridem asseruabantur. Iam quæ se-

Nota rigoris vitæ sanctissimi viri.

Benedictus Zoerardi discipulus, à latronibus iugulatur.

Corpus S Benedicti, post annū planè repertum incorruptū.



424 VITA SS. ZOERARDI ET BENED.  
quuntur, Philippus Abbas, mihi Abbati constituto narrare consuevit.

Cum tempus, quo ad beatam immortalitatem vocabatur instaret, circumstantibus precepit, ut quid vestimentorum, quibus opertus erat auferret, donec ipse Abbas Philippus, qui accersitus expectabatur, adesset. Et quidem Abbas defuncti iam parte adueniens, ut primum sacrum corpus de more lauandum attigit, catenam æneam ipsius visceribus penitus infixam inuenit: pro cuius hoc martyrii genus occultum mansisset, nisi a vmbilicum ligati nodis apparuisset metalli. Soluta verò catena, dum ex corpore trahebatur, sonus costarum elisarum omnium aures cum dolore replebat. Cuius catenæ partem mediam ab eodem patre impetraui, & nunc vsque custoditam, petitioni Ducis Christianissimi Geisæ, cum desiderio mihi pro ea instanti negare nequiuimus. Sepulto quoque B. viri corpore, quæ ex Abbate Philippo cognoui, & cognitu digna esse videbatur, memoria notaui.

Tempore quodam latrones, quorum collegii maxima ex parte solitudinem inhabitant, in synagoga congressi sunt. Quibus confligentibus, unus ex eis multum sauciatus est. Conflictu diremptum, cum hunc socij vulneratum nequaquam in synagoga dimittere vellent, consilio inuito ad cellam B. Andree, cuius fama ad omnes iam circumquaque diffundebatur, eum deferre statuerunt. Sed cum longo interuallo adhuc abessent, latro in via defunctus est. Corpore vero eius ad cellam deportato, media iam nocte cum ossa humo commendare vellent, subito defunctus resurrexit. Illis autem nimio pauore oppressis & in fugam conuersis, resuscitatus magna voce clamare coepit.

Catena ænea carni penitus infixa.

Latro defunctus redit ad vitam, & fit eremita.

pit: Nolite  
nim Zoer  
illis autem  
bus, & vt  
nunquam  
quum esse  
rum. Quo  
tit egregi  
Aliud  
lippo Ab  
preterit  
adiudica  
cordia so  
eidem qu  
indican  
nis fente  
fine imp  
concepra  
stanter r  
eum sust  
certo cer  
abirent,  
permisit.

VITA  
rensis  
Sexti  
Incar  
Hono  
trigin  
S And  
stite  
nem  
autem i

Nolite fratres formidare, nolite fugere. S. enim Zoëardus suis me precibus vitæ restituit. Illis autem stupendibus & præ gaudio plorantibus, & vt cum eis discederet rogantibus, dixit se nunquam ab ea cella discessurum, sed quod reliquum esset vitæ, in Dei laudibus ibidem exacturum. Quod sanè ad supremum vitæ diem præstitit egregiè.

Aliud quoque eius miraculū, quod eodē Philippo Abbate narrate cognoui, nequaquam silèrio præterire volui. Nitriæ quidam reus suspensio ad iudicium est. Qui post mirabili Dei misericordia solutus, ad Abbatem Philippum veniens, eidem qualiter meritis B. Andreae liberatus esset, indicauit. Dixit enim, quod cum iam damnationis sententia in eum lata esset, nomen ipsius sine fine implorasset, cumque in patibulum sublatus, conceptam de Zoëardi auxilio spem æquè constanter recineret. statim suis manibus vir sanctus eum sustentauerit. At illi, cum eum iam expirasse certo certius existimarēt, eoque relicto, domum abirent, Andreas eum manu sua solutum, abire permisit.

Suspensus à patibulo soluitur.

VITA S. AMATORIS, ANTISIODO-  
rensis (iuxta tabulam Democharis) Antistitis  
Sexti, ex R.P.L. Surio Desyit ab humanis anno  
Incarnati verbi 241. qui fuit Bonifacij Pap. 3.  
Honorij 27 & Theodosij Imperat. Sedit annos  
vriginta.

C. Baron ia  
not martyr  
Rom: tom: 5  
Anna: 1

Sanctus Amator literis non mediocriter in-  
stitutus, tandè coactus est à parentibus virgi-  
nem quãdam in matrimonium ducere. Cum  
autem iam tempus adesset, quo inter se coniungi  
debe-

D d

debe-

**S. Amator  
& eius con-  
iunx vouent  
virginitatē.**

deberent, mutuis exhortationibus, ad reuocan-  
dū virginitatis votum se permouerunt. Adhuc  
autem Angelus Domini, qui duabus coronis  
rifico splendore ornatis, laudato proposito  
perseuerantiam eos incitauit. Itaque puella  
lari animo virginum se sodalitati adiunxit.  
mator autem in clerum adlectus, tot fructuum  
tum ornamentis illustris, vt post decessum  
ladij, ei in Antisiodorensi Episcopatu subleua-  
fit. Porro iam factus Pontifex, multis admo-  
claruit miraculis; cæcis restituit visum, curis  
paralyticos, mortuos ad vitam reuocauit. Quo-  
que multos ab Ethnicismo conuertisset ad Domi-  
num, tum perpetrandis miraculis, tum in  
concionando, cerneretque ecclesiam suam  
gustiosem, quàm vt ingentem Christianorum  
multitudinē capere posset, à Ruptilio eius An-  
siodorensi, amplam & excellentiam quandam domum  
intra vrbs moenia sitam petijt. Ille verò cum pro-  
mò petenti assentiri nollet, non multò post gra-  
uissimo correptus morbo, precibus eius cessante.  
Dum vir Dei cõdita illi basilica, eam protomartyri  
Stephano dedicauit, quæ miro fidelium nu-  
dio deindè frequentari coepit.

**Condit am-  
pliosem Ec-  
clesiam.**

**S. Germãus  
gubernator  
vrbs Anti-  
siodorensis.**

Porro eodem tempore, Germanus Antisiodo-  
rensis vrbs gubernacula tractabat, qui venatorum  
nis studio plus nimio deditus, ferarum capita, et  
arbore quadã piro, in medio ciuitatis ad aspectum  
gratissima, suspēdebat, vt eo spectaculo indultis  
sua laudē captaret. Quē amator antistes frequen-  
ter suis cõpellabat eloquijs, docēs & mouens ca-  
re Christianorū animos hæud mediocriter offen-  
di: paganorum verè ad idololatrię cultum vehe-  
menti⁹ incitari. Huic vir sanctus acrius quotidie  
instare, vt relicta cõsuetudine praua, arborem  
ipsam



ipsam radicibus extirparet: Sed Germanus, plus  
 laudis humanæ quam religionis pensabat, nul-  
 lo modo acquiescere voluit. Tū Amator quodā  
 die, absente Germano, sacrilegā arborē radicibus  
 excidit, eaque, nē qua incredulis memoria eius  
 extaret, Vulcano deuorandā obiecit. Quę res vt  
 protinus ad aures Germani puenit, ira vehemē-  
 ter inflammatus, mortem viro sanctissimo mini-  
 tatus est. Itaque sanctę religionis oblitus, cuius  
 iam munere insignitus fuerat, militum suorū stri-  
 patus manu ad urbem properauit. Cuius aduen-  
 tūs certior fact⁹ Amator, ex vrbe protinus Heduā  
 discessit, nō q̄ martyrij palmā subterfugeret, sed  
 quia diuina reuelatione & mortis suę tempus,  
 & Germanū sibi successorē futurū pręuderat.

Hedum igitur delatus fuit ā Simplicio vrbis  
 illius Episcopo, summis beneuolentię & hono-  
 ris indicijs exceptus, Sed & ipse Iulius reipubli-  
 cę rector, & Gallię gubernator, viro sancto ho-  
 norifico comitatu obuiam ire non neglexit. In-  
 sequenti autem luce Amator Iulij prætorium in-  
 gressus, tot tantisque iterū exceptus fuit hono-  
 ribus & obsequijs, quanta eo tempore Dei cultore-  
 rem decebant, prorsus vt ipse Præfectus suppli-  
 citer eius benedictionem postularet. Deindē be-  
 atus Antistes verba ad Iulium præfectum insti-  
 tuens: Quandoquidem, inquit, præfectum mihi  
 a Domino vitę terminum instare, & illustrissi-  
 mum Germanum, in sacro numero successorē  
 mihi designatum cognoui, peto vt per te liceat e-  
 undem tonsura insignire. Cui Præfectus, quan-  
 quā Germanum in reipublicę moderamine  
 commodum valde & perutilē haberet, benignē  
 annuit, & antistitem voti competem fecit.

Tunc Amator cum gaudio non mediocri ciui-  
 tatem

Germanus  
 mortem mi-  
 nitatur S. A.  
 matori.

Vide quanti  
 olim fiebat  
 Episcopi.

Prædicat  
bitum suum  
S. Amator.

Non patitur  
armatos tē-  
plā ingredi.

Designat  
Germanū,  
sibi succē-  
sorem.

Moritur vir  
sanctus in  
templo.

tatem suam repetens, conuocata concione, obi-  
tū sui diem instare dixit; monuitque vniuersos  
vt aliquem ex toto cœtu eligerent, qui sacro mu-  
neri præficeretur. Illis autem conticentibus, A-  
mator gressus ad ecclesiam direxit; cumque po-  
pulus armis instructus, simul cum eo sacra limi-  
na calcare velleret, antistes vniuersos prohibuit,  
voluitque vt inermes domum Dei ingrederen-  
tur. Illi autem, dicto citius depositis præ foribus  
armis, subsecuti sunt. Tum vir sanctus, clauis  
primò arctissimè ecclesiæ ianuis, inuocato De-  
nomine, Germanum apprehendit, detractaque  
capitis cæsarie, & militaribus ornamentis reu-  
stis, religionis eum habitu induit, hortans vt ho-  
norem à Deo sibi commissum, incontaminatum  
seruaret; quia, inquit, me decedente, tibi ab O-  
mnipotente Episcopalis dignitas designata est.

His peractis Amator morbi cœpit infestatio-  
ne fatigari, populoque luctu ac lachrymis discer-  
sum eius deploranti, Germanum commendauit.  
Nulla erat ætas, nullus sexus, nullus denique or-  
do qui non, insigni luctu deformatus, patris abi-  
tum desleret. Sed is suauissimis verbis à luctu ad  
gaudium eos reuocans, ad templum in quo die  
ac nocte diuinis rebus inseruierat, suorum se mi-  
nibus deportari fecit. Ibi verò pontificiam ca-  
thedram conscendens, inter crebros singultus &  
lamentationes populi, hora ferè diei tertia, spi-  
ritum tradidit. Et continuò Sanctorum chorus,  
dictu mirabile, cum hymnis & canticis spi-  
ritum eius excepit, & ad Dei thronum adduxit.  
Corpus fuit ad locum, qui Autricus appellatur,  
inductum: & sepultura tali Pontifice digna de-  
coratum. Ecce autem homo quidam triginta an-  
nis paralyū detentus, hominum ceruicibus baiu-  
laba-

labatur, ut ex sacro funere aliquod tanti mali remedium perciperet. Cumque homo iam operum corpus intelligeret, orat & obsecrat miser, ut vel aquæ paululum, qua lotum fuerat, tribuere dignarentur. Eam hominis fidem Germanus sanè admirans, iussit languidi membra perfundi. Quæ perfusus, ilicò fugato languore, paralyticus cõualuit. neruisque vigentibus, sanus & incolumis substitit.

Sanatur paralyticus.

PASSIO S. SIGISMUNDI REGIS

C. Baro 16:7. Annal:

*Burgundiorum: ex ea quæ est per Gregorium, Turonensem Episcopum, lib. 3. caq. 5. & 6. & Armonium, lib. 2. hist. Francor. cap. 4. Gladio consumatus est, Anno Christi Domini 1226. Felicitis Rom. Pontif. 1. Iustini Imp. 9.*

**G**vebaldus Burgundiorum rege è viuis sublatò, Sigismundus eius filius regnum obtinuit, qui ductus pietatis studio, Agaunense monasterium solerti cura, cum domibus basilicisque ædificauit. Cùm autem priore coniuge defuncta, filia Theodorici Italici, ex qua filium Sigericum susceperat, aliam duxisset, illa nouer-carum more, filium prioris coniugis tora mente auersari cepit. Vnde puer odio similiter in eam concepto, vna solennitatum cùm eam defunctæ matris vestibus ornata cerneret, cõmotus ait: Tu profectò minimè digna eras, ut hæc indumentua tua terga contingerent, quæ dominæ tuæ matris meæ fuisse noscuntur. At illa his verbis furore succensa, vin dicta quauis animam sanare die nocteque meditabatur. Tandem dæmonis fraude egregiè instructa maritum adiit, ei que persuasit Sigericum filium eius regnandi cupidum, nefaria

t. Maij.

Sigismundus  
construit Agaunense monasterium.

nefaria de nece illi inferenda consilia tractare. His ille incitatus verbis, iniquæ vxoris consilio vsus, iniquo se parricidio contaminauit. Nam sopitum vino post meridiem filium, membra quieti tradere iussit; cui alto iam sopore oppresso, sorum sub collo iniecit, quo duobus pueris id ad se inuicem trahentibus, suffocatus est. Quo scelere vixdum patrato, pater sera ductus poenitentia super cadauer exanime ruens, amarissimis illud lachrymis rigauit. Quo plorante, & lugubri clamore latu locum implente, senex quidam superueniens, qui dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo, qui per consilium nequam factus es. paricida sanguinissimus: nam hunc qui innocens ingulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agaunenses abiens, multis diebus ieiunio & ieiunijs perseuerauit, veniam parati sceleris à Deo obrinere contédens: & sanctorum interuentu assiduo flagitans, vt iustus iudex in hoc potius seculo, quam in futuro puniret examine. Quam petitionem clemens & misericors Dominus benignè admittens, Clodomirum Francorum regem excitauit, vt bello eum lacefferet. Itaque Sigismundus audito Francorum aduentu, instructa manu obuiam eis ire decreuit. Sed factum est, commissio iam prælio, Burgundiones fugæ præsidio salutem quærere cogerentur. Sigismundus verò cum tutelam in saltu Agaunensi citato expeteret cursu, à Clodomiro captus, atq; intra terminum Aurelianensis vrbis perductus, cum vxore & liberis carceri est mancipatus.

Tunc B. Auitus, qui in territorio eiusdem vrbit Abbatis fungebatur officio, rogauit Clodomirum, ne tam excellentis nobilitatis insignis que bonitatis virum neci traderet. Si, inquit, eorum te sanguine

Sigismundus  
necat filium  
suum.

Facit poenitentiam.

Sigismundus  
à Clodomiro  
Francorum  
rege captus.

sanguine  
victorian  
eos occidit  
fossus gla  
cumbes. C  
dum vna  
pina non  
iussit: de  
solicam sa  
cum hono  
cidit Cl  
mundi fr  
exitum,  
consecu  
lachrym  
delere co  
mortem  
miracul  
que, si sal  
continuo  
modo. C  
triz, S. Si  
digijs in

VITA  
ex ea  
circa

Q  
P  
fi  
tis amor  
In quib  
sorore su  
burga, c  
à S. Boni

sanguine non cruentaueris, præclarâ de hostibus  
 victoriam obtinebis: Sin spreto hoc meo cõsilio  
 eos occideris, tu similiter inimicorũ tuorum cõ-  
 fossus gladio, cum vxore & liberis turpiter oc-  
 cumbes. Quod ille consilium reiiciens, Sigismũ-  
 dum vna cum coniuge & filijs, in villa cui Calũ-  
 pina nomen est, capite cæssum in puteum proijci  
 iussit: de quo postmodum sublatus, atque ad ba-  
 silicam sanctorum Agaunensium deuectus, digno  
 cum honore sepultus est. Nec ea res impunè ce-  
 cidit Clodomiro, vtpotè qui Godomari Sigis-  
 mundi fratris gladio interfectus, eundem vitæ  
 exitum, iuxta Auiti Nutiacensis Abbatis vaticiniũ  
 consecutus est. Porrò Sigismundus qui assiduo  
 lachrymarum imbre paricidij crimen in vita  
 delere conatus fuerat, sanctorum consortio post  
 mortem dignus habitus est. Quod crebra eius  
 miracula præclarè testantur. Febricitantes qui-  
 que, si salutare fideliter sacrificium obtulerint,  
 continuò ab infirmitatis suæ liberantur incom-  
 modo. Carolus Quartus Imperator amans pa-  
 triz, S. Sigismundi reliquias, Pragam multis pro-  
 digijs inclytas transuexit.

Sigismundus  
 capite plecti  
 tur, & in pu-  
 teum cum  
 coniuge &  
 liberis de-  
 mergitur.

Miracula  
 post obitum  
 eius.

Reliquiæ eo-  
 ius Pragam  
 translataz.

VITA S. VVALBURGAE VIRGINIS  
 ex ea qua est apud Surium, optima fide. Glaruit  
 circa annum Domini 750.

C. Baron. in  
 not. ad Mar.  
 Rom. & 10.  
 9. Annal.

QVo tempore Anglorum gens, Gregorij  
 Põtificis Maximi studio & opera ad Chri-  
 sti fidem traducta fuit, multi eorum virtu-  
 tis amore ducti in Franciæ regnum peruenerũt.  
 In quibus VVilliboldus & VVinniboldus cum  
 sorore sua Deo & hominibus charissima VVal-  
 burga, cũ in has regiões venissent, VVilliboldus  
 a Sbonifacio, Primo Moguntinæ Sedis Antistite,  
 Eyste-

1. Maij.

VVinnibol-  
 dus & VVil-  
 liboidus fra-  
 tres S. VVal-  
 burgæ.

Eystetēsis Episcopus ordinatus est. VViniboldus autem totus Christi amore inflammatus, locum quem Heydenheim vocant, sibi incolendū cōspicit; ubi monasticæ vitæ professionem, ad supremum vitæ diem strenuè admodum profectus est, multosque suis exemplis ad benè viuendū ducendum perduxit.

VViniboldo autem è viuis sublato, foemina sexus decus & ornàmentum VValburga, omnibus se virtutis præbuit exemplum. Erat enim virginum monasterij Heydenheimensis Præbendæ sodalitiū & mater familiæ egregia, quæ mente cælo intenta, precibus quicquid petisset à Deo impetrabat. Accidit aliquandò ut recessu nocti hora vespertina ab ecclesia, Gunmeradus castos lumen præbere nollet. Qua nihil metuens iniuria, cum cæteris virginibus in communi quietis loco se recipit, & ecce tanta illic repente luminis claritas effulsit, ut omnes stupore prope modum oppressæ ad VValburgâ accurrerent, & immensū lumē exultantibus animis ei indicaret. Illa autem subortis lachrymis, manus oculosque ad cælum tollens: Tibi, inquit, gratias ago Domine Iesu Christe maximas, quòd me ad recitandas ancillarum tuarum mentes, hac luce indignam consolari volueris.

Cum ex recenti fratris sui VViniboldi morte immodico correptâ dolore, ad animum à dolore leuandum monasterio egressa esset, venit ad aedes hominis cuiusdam opulenti, tanquam peregrinam & ignotam eam respiciens, a cubibus suis discerpendam metuebat. Illa vero nihil canum sæuitia perterrita, VValburgam se esse declarauit, ac domus limina subiēs, petijt noctis quietem in eo cubiculo exigere, in quo filia eius

VValburga  
præfecta monasterio.

Lumen cælestis  
cubiculo  
immissum.

mortis circumuenta doloribus grauissimè decumbebat. Tùm illis præ nimio dolore eiulantibus, in cubiculum virgo VValburga ingressa est, nocteque illa pro salute puellæ Dominum deprecans, altera luce eam parentibus sanam exhibuit; qui sanè pro tanto miraculo immensas Deo gratias agentes, munera virgini obtulere plurima, quæ illa recipere noluit, sed vni Christo placere desiderans, ad suum regressa monasterium, tanto arctiori se vitæ tradidit, quanto cumulatiorum in se Dei gratiam sensit. Tandem multis ornata virtutibus, victrix ex hac vita decessit, sepulta honorificentissimè in monasterio suo.

Porro Olgarius qui Eystetensem Sedem defuncto Villiboldo tunc administrabat, visione minimè dubia admonitus, ad Eystetense monasterium illud trāsulit. Anno autem salutis 893 Arnulpho regni gubernacula tractante, apertum est sepulcrum virginis, in quod per Olgarum Antistitem repositum fuerat. Ibi verò contigit tunc miraculum haud vulgari admiratione dignum, & euidentissimis multorum testimonijs comprobatum. Erat puella quædam Friderada nomine quæ hero suo Ederanno & coniugi illius sedulo famulabatur. Hæc subito morbo quodam correpta, intolerabili dolorum cruciatu agitabatur. Cumque ab immensa doloris vi non nihil respirare cœpisset, tanta eam ingluuius inuasit, ut nulla posset ciborum copia fames eius expleri. Neque interim pedibus insistere valebat, prorsus ut suis ipsa parentibus perpetuam lugendi materiam præberet. Tandem cum indies maior famis rabies eam infestaret, vltima desperatione adacta, ad ædem S. VValburgæ delata est, ubi triduanas multa instantia preces offerens,

Puellam à morte liberat.

Ad sepulchrum eius morbida sanatur.

E e

noa

non sine magno parentum gaudio pedum beneficium recepit. Quo audito herus & hera cogit ed aduolantes, perpetuam eam VValburgae seruituti addicunt: Abbatissa munere tum illic frangebatur Hubila, quae eam admittere nolens, paucis post diebus sanam eam dominis suis remissa in domum reuersa, confestim extinctus iam morbus redijt, tantaque infestatione eam coersit, ut rursus monasterium petere cogere. ecce optata sanitas iterum restituta est, sed in hausta edendi libido mansit. Itaque multo ea causa affecta pudore, eius monasterij procurator Thieltilda morbum suum aperuit, quae viciniorius dolens, fragmen benedicti panis à sacerdote quodam, qui Mundus dicebatur, obtinuit. Postquam gustato, ita sensim illa ingluuiet euacuat, ut in medio ferè anno, non nisi parum admodum cibum edere & lactis bibere potuerit. Deinde vis quaedam omnem appetendi vis in ea extincta est, ut quid alimenti sumere veller, mox rursus eueiret. Stupebant cuncti, & merito fraudem aliquam subesse suspicabantur, prorsus ut vel inuita communi hominum more vesca cogere. Tum illa non alios omnes praese contemnere, aliquid vitioris siceram sumpsit. Sed mox per nares & oculos tanta vi reiecit, ut oculorum lumine priuaretur. Ea re ad Episcopum delata, ipse vnà cum reliquis, versutissimi demonis fraude eam delusam esse, & clam ei soli manenti, qualicunque arte aliquod alimenti subministrari dixit. Unde suis in consilio adhibitis, eam cuidam presbytero valde religiosio custodiendam tradidit, praecipiente ut diligentissime exploraret, num fraude aliquam alijs illuderet. Sed re ipsa compertum est nullam fraudem subesse, utpotè quae toto triennio eam omnium

Nota rem  
miram.



omnis potusque expers, iustum cum reliquis operis pensum persoluebat. Quoties autem caelesti pane se reficiebat, nisi statim somno indulfisset, vomitu cōstictabatur. Hæc aut̄ ideo hic adscribere volui, vt non dubitemus facillimum esse diuinæ Maieſtati, quod ingenij, nostri captum excedit.

Post hæc Erckenboldus Eystitenſis Episcopus, magno VValburgæ desiderio tactus, sacras eius reliquias effodi iussit; quæ nõ modò integræ, sed tenui quodã humore aspersæ videbantur: ex quibus incredibilis odoris suauitas fragrabat. Sublata autem sacrarum reliquiarum portiuncula quidam, quæ ad Monheymense monasterium deferrebat, puer epilepticus in via sanitatem consecutus est. Et alius item ab ipso ortu contractus, in somnis à VValburga templum adire iussus, statim membris omnibus ità solidatus est, vt tota reliqua vita robustus & incolumis in eadem ecclesia Deo seruiert.

Accidit sanè nuper res stupenda, & quæ, nisi multorum testimonijs fulciretur, apud paucos fidem inueniat. Cùm plurimi ad S. VValburgæ basilicam confluerent, quidam inter alios habitus peregrino in vota precesque incubuit, tanta cum animi attentione ac præseuerãtia, vt cuncti in eius admirationem raperentur. Is verò rem sanè admirandam, & quæ ad gloriam virginis haud parum facit, enarrabat. Anno namque superiori quodam dira fames multis mortalibus necem adferrebat, cum duo extrema inopia vexati, vitandæ eius causâ peregrè profecti essent, tertius se comitem eis adiungere voluit. Illis autem interrogantibus quò iter intenderet, respondit se religionis ergò ad S. VValburgam proficisci. Tum

Ee 2

illi:

Fragrant o-  
dore opti-  
mo VValbur-  
gæ reliquiarum

illi: & nos, inquit, ut concepta pietatis vota ei de virgini persoluamus, eò gressus dirigimus. Itaque ut iucundiùs & minori cum periculo institutum iter peragerent, eiusdem itineris locum admiserunt. Interea urgente fame, ut confecta ieiunijs membra reficerent, pariter confecerunt: expletoque cibo & portione ventre, omnes se sopori tradiderunt. Tum duo illi cum tempus altissimo sopore oppressum cernerent, ex insidijs surrexerunt, hominemque innoxium crudelissimè iugularunt. Sed cum anxios eos haberet, quid de cadavere facerent, tandem alter in humeros suos sublato, in locum aliquem autum illud proijcere cogitabat. Ecce autem dum suis ex humeris illud deponere conatur, sensim protinùs circumplicatis brachijs tam tenaciter sibi adhærere, ut nulla id vi à se auellere posset. Quid faciat tunc miser homicida, cum suum facinus celare non posset. Fit ei hinc miserè vnganti quidam amicus obuius: qui conspecto cadavere, cum admiratione vnde id esset sciscitabatur. Ille autem tanquàm amico fidens rem totam, ut se habebat narrabat, orans ut suæ calamitatis misereri velit. Non cunctatur ille, districteque ense, brachia cadaveris hominem artius complectentia etiam articulatim dissecare nititur, ut tanta ignominia amicum liberet. Ibi tum nouum licuit, planeque stupendum videre miraculum. Nam simulatque manu sua cadaueris lacertos attigit, eos præcidere volens, etiam ipsè cadaueri atque homini tenacissimè adiuctus est: ita ut se ab illis abstrahere nõ posset. Mox igitur poenitentia ductus, & luctu ob admissa peccata deformatus, precibus se ad Dominum conuertit: ut vel S. VValburgæ virginis intercessione sua miseretur.

Stupendum  
sanè mira-  
culum.

Nota rē ad-  
mirandam.

miseretur. Cumque instantius VValburgæ patronum imploraret, illo horribili nexu absolutus est, ita ut liberam, quod vellet, abeundi facultatem haberet. Nec tamen deserebat miserum illum, sed ad Rheni usque littus eum comitabatur. Quod ut ventum est, alter ille & opere & dedecore grauat<sup>9</sup>, simul cum cadauere in Rhenum se precipitem dedit. At verò Rhenus immanem homicidiam non sustinens, quamprimùm hominem scelestum cum cadauere in littus euomuit. Qua re non mediocriter terre factus alter, de sua quidem ereptione gratulans, ob illius verò calamitatem illachrymās, ab eo recessit, & ad S. VValburgæ monasterium celeri cursu adueniēs, quid gestum esset omnibus enarravit. Porro infœlix ille homicida, sæpè quidem sacra VValburgæ limina petere tentauit, sed nunquam eius ecclesiæ fines attingere potuit, ut vel indè omnes perspicuè possent intelligere, quàm immani se scelere obstrinxisset, qui tā procul à S. VValburgæ ecclesiâ arceretur. Viderunt hunc multi scœda exanimis corporis onustum sarcina, ut ambigi non possit verum esse, quod multorum testimonio confirmatum est.

Ea quæ hætenùs commemorauimus miracula diuinitùs perpetrata, post eleuationē corpusculi beatæ VValburgæ virginis, multa sanè admiratione & præconio digna sunt: at verò diuersis locis alijs, voto Francorum regno, quæ eius reliquijs illustrantur, in dies plura celebrioraque fiunt præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuat & regnat in infinita secula. Amen.

VITA S. ATHANASII, EPISCOPI  
 alexandrini; Orthodoxæ fidei propugnatoris  
 uictissimi: Ex ijs quæ extant in Annalibus  
 Baronij, Obijt anno à Christi Incarnatione 311,  
 Damasi Papæ 6 Valentiani & Valenti Imperatoris  
 9. Cum sedisset annos 46.

Vide tom.  
 3 & 4.

2 Maij.

Patria eius.

Prælium  
 Pontificatus  
 eius.

**B**eatus Athanasius, Alexandria Aegypti  
 uitatum clarissima, Parentibus Christianis  
 religione spectatis oriundus: optimæ  
 spei iuuenis plus minus duodennis, collata  
 postea Pontificæ dignitatis prælium, in  
 cum æqualibus edidit sanè accommodatissimè  
 Cum quodam siquidem tempore, quo Alexan-  
 drinæ Ecclesiæ præerat vir diuinus Alexander,  
 magna puerorum turba (inter quos & Athana-  
 sius) conuenisset in litore maris ludibunda,  
 quasi futurorum prænunciij Episcopum (ut fieri  
 solet) imitari, ac quædam secretiora & mystica,  
 quæ à sacerdotibus in Ecclesia geri mos est, se-  
 dulò peragere. Et primò quidem Athanasium in  
 medio multitudinis constitutum manibus im-  
 positis Antistitem ordinârunt; dein ipsi uelut  
 Presbyteros & Diaconos allecti, alios pueros  
 catechumenos ut ab ipso baptizarentur ad  
 adducere: At ille eis de more omnia perageret  
 aqua marina pueros tingere; quin & in speciem  
 maturam aliquam adhibere exhortationem.  
 Quæ cū diutinè intentius summa admiratione  
 B. Alexander inspectasset; accitis cōfestim cleri-  
 cis, ilicò omnes pueros comprehendere & ad se  
 perducere imperat. Cumque adessent, quis eis  
 ludus & quid egissent, vel quomodo, percontata-  
 tur: Illi, ut talis habet ætas, pauidi negare primò  
 deinde rem gestam per ordinem pandunt; & bo-  
 piæ

prizatos à se esse quosdam cathumenos confitentur per Athanasium: qui ludi illius puerilis, Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his, qui baptizati dicebantur, quid interrogari fuerint, quidve responderint; simul & ab eo qui interrogauerat; ubi videt secundum religionis nostræ ritum cuncta constare; colloquutus cum Concilio clericorum statuit, illis quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere; sed adimpleri ea quæ à sacerdotibus mos est. Athanasium verò, atque eos, quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros conuocatis parentibus, sub Dei obtestatione tradidit Ecclesiæ suæ nutriendos. Paruo autè tempore cum à Notario integrè, & Grammatico sufficietè Athanasius fuisset instructus, continuo tanquam fidele Domini commendatum à parentibus B. Antistiti restituitur: qui eum veluti alterum Samuelem in templo Domini nutriuit, ac interim non tantùm Theologicis facultatibus sed & Iurisprudentia plenè imbutum, primò quidem conuictorem ac scribam; deinde procedente tempore in Pontificatu successorem suum habuit. At non semper apud Alexandrum mansisse Athanasium, sed quandoq; profectum in eremum adhæsisse Magno illi Antonio, ipse Athanasius in eius vita à se scripta significat.

Porò eo quidem tempore quo celeberrima illa Nicæna Synodus esset indicta, de Arii hæresi cognitura: simulac Nicæam conuenire Patres, per dies singulos agebantur conuentus; nec facile aut temerè de re tanta statuere audebant. Euocebatur frequenter Arius in cōcilium, & assidue tractatu assertiones eius discutiebantur, & quid

Athanasius cum socijs traditur erudiendus ecclesiæ.

1. Reg. ca. 2.

Felix progressus eius in studijs.

Conc. Nice. aduers. Ariū hæret. qui filium Dei creatum & factum affirmavit. & tempus aliquod fuisse eum non

erat: ac pro,  
indè Patri  
honore im-  
parè & sub-  
stantia diffi-  
mitem.

Arium ibi  
dem dispu-  
tando exa-  
girat Atha-  
nasius.

Athanasij di-  
gnitas in  
synodo.

aduersum hæc teneri deberet aut statui, summa  
cum liberatione quærebat. Atque cum dispu-  
tatio (vt sit) in varias & obscuras distraheretur  
quæstiones, in singulis de fide disputationibus  
Catholici Episcopi id potissimum contende-  
bant, ne quid ab eo, quod traditum esset, inno-  
retur, sed in omnibus incorrupta seruaretur an-  
tiquitas. In his verò certaminibus in hoc nobilissi-  
mo sanctissimorum Antistitum coetu, in hac le-  
ctissima ex omnibus totius Europæ, Africæ, & Asi-  
siq; Ecclesijs celeberrimorum antiquitatis memori-  
Patrum corona, tum aliorum multorum eruditorum ho-  
minum, tum maximè Athanasij, iam Ecclesiæ Ale-  
xandrinæ ordinati Diaconi, in disserendo pa-  
ritia & acumen ingenij enituit; vnde & præter-  
is ipse Arii & Arianorum omnium acerbilli-  
mum atque sempiternum in se odium & in-  
uidiam prouocauit. Cum siquidem eum viderent  
Catholicæ veritatis præ se ferre acerrimum  
defensorem, quibusdam primò quæstio-  
nibus eum tentare cœpère: deindè & ipse Arius  
aperto Marte ipsum inuadens, expugnare con-  
atus est. At incassum tela coniecit in hominem  
dei scuto contentum, quo omnes inoffensus istius  
excepit, & verbi Dei ancipiti gladio hostes in-  
gigans, oculos cunctorum in se conuertit, quod  
maximam hostium inuidiam concitauit, adeo vt  
manus omnium essent contra eum, & manus o-  
mnes aduersus omnes strenuè demicarent. Fuit  
enim in his, quæ ad mutuas conflictationes per-  
tinent, Athanasius pars magna Synodi; libera ei  
concessa licentia aduersus Arianos agendis; lœp-  
tandem (Domino cooperante) effecit, vt anathe-  
mate damnata fuerit hæresis Ariana, Ariantique  
reieci sint.

Quint

Quinto verò plus minus pòst mense Alexander Episcopus alexandrinus, cum iam de vita discessurus esset, suum Episcopatu successorem Athanasium reliquit. Qui tametsi aufugerat, ne in illo gradu locaretur, diuinitùs tamen denuò repertus est: quandoquidem diuinis quibusdam indicijs præsignificatum fuerat beato Anasiliti, non alium quàm hunc ei successorem fore. Nam cum esset iam morti vicinus, Athanasium, qui neutiquã aderat, nominatim appellat. Atque ubi eius gentilis, qui fortè aderat, cum nomen illud audiret, respondisset; obticuit ille, quasi eum non vocasset. Rursum vocat Athanasium: & quia hoc sæpius fecisset; ille alter Athanasius qui aderat, deinceps silentio usus est; siquidem ille qui aberat, significabatur: quod etiam beatus ipse Alexander more Prophetæ apertè indicauit, cum diceret; Athanasii, putas te posse effugere? non tamen effugies. Et quidem captasse visus est Athanasius eundi Constantinopolim ad comitatum occasionem, cum iam Alexander senio & morbo grauatus, crederetur è vita proximè migraturus, nè cathedram Pontificalem post eius emigrationem inuitus ascendere cogeret: quem absentem & quasi fuga lapsum, idem moriens ad id ipsum interpellârat.

Cum iam itaque Antistes ille egregius Alexander, qui primus omnium aduersus grassantè Arii impietate sublime vexillum erexerat, & strenuè assiduò quoq; cõtra Arii blasphemiam decertaret, iamq; senex decrepitæ ætatis sine viuèdi fecisset; oēs multitudo, popululq; Catholicæ Ecclesiæ in vnum coactus, quasi in speciem vnius corporis & animæ, clamoribus vociferatio-

E e s            nibus

Ab Alexandro Antistite designatur successor in Episcopatu Alexandrino.

nibusque postulare Athanasium ( paulò post re-  
uersum ) Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum darij  
idque publicis votis à Christo expetere; Antisti-  
tes pro electione Episcopi ibidem congregatos  
vt facerent, per multos dies & noctes iureiuran-  
do obtestari; cum interea nec ipsi ab Ecclesiâ dis-  
cederent, neque Episcopis discedendi facultatē  
permitterent; donec tandem sub omnium ocu-  
lis, exclamationibusque Athanasium Episcopum  
crearent; bonum siquidem illum, religiosum,  
Christianum, deuotarium, ideoque dignissimum  
Antistitem omnes prædicabant. Quanta tunc au-  
tem ubique gaudia? animorum alacritates? po-  
pulorum desiderio videndi hominis accursus?  
quæque per Ecclesias lætitiæ & gratulationes  
ad Dominum?

Inter hæc liuore tabescentes Ariani à bello  
postea haud destitère impij: sed vt in initio ad-  
uersus beatum huius viri magistrum arma sum-  
pserant, & ipse non aliter atq; filius patri, ei ad-  
uocatus aderat; ac veluti Ionathæ armiger acce-  
debat; ita post in hunc ipsum, vt primùm in Epi-  
scopatum successerat, impetum fecere. Cui nam-  
que paulò antè Arius ab Ecclesia per B. Alexan-  
dri Episcopum, eiectus esset: Eusebiani disci-  
puli pariter & socij impietatis, semetipsum est-  
ctos esse arbitrantur; multis adhortationibus A-  
lexandro scripserunt, ne Arium extra Ecclesiam  
relinqueret. Alexandro autem ob pietatem in  
Christum, hominem impium non recipiente, in  
Athanasium eius tunc Diaconum iras cõuertunt:  
& quia eum aliquid esse apud Alexandrum &  
in pretio haberi, curiosè animaduertent, &  
quia iam antea eius pro Christo pietatem in Sy-  
nodo Nicœna, vbi magna cum libertate contra  
Aria-

1. Reg. ca. 14.

Eusebiani  
cũ Catholi-  
cos sese si-  
mularent,  
occultè fa-  
uebant Ari-  
anis.



Arianā hærēsin disseruerat. experti essent: in gra-  
uissimum odū exarsere. Vbi autē Deus eum ad E-  
piscopatum prouexit; veterem iam olim malitiā  
resouētes, veriti illius orthodoxam mentem. &  
in resistendo cōtra impietatem robur, conscien-  
tia vecordes. omnibus rationibus coniurationes  
in eum coquebant. princepsq; hac in re Eusebius  
Nicomediensis fuit conscientia suā furijs agita-  
tus præcepit. At Athanasius iam in sede Pontifica-  
li confirmatus, & circa fidem orthodoxam ma-  
gnus Zelotes, Ecclesiāq; Catholicę propugnator  
factus acerrimus, cum cōgregationes & auulsio-  
nes à Meletianis schismaticis, Arianis iam iun-  
ctis, vndiq; fieri intelligeret, & optaret cōiun-  
tionem Ecclesię facere, conquerēbatur, & mina-  
batur; admonēbatq;: verū nihil efficiebat, ne-  
moq; aduertebat. Quin & inde multum exa-  
cerbati Meletiani cum abiissent ad Constantinū  
Augustum expostulaturi aduersus Athanasium;  
Eusebius & qui cum eo erant Arianis, oblatam si-  
bi optatam occasionem arripientes, aduersus A-  
thanasium commouere Imperatorem conati  
sunt: quare eum apud Constantinum vt seditio-  
nis & tumultus in Ecclesiā auctorem falso insi-  
mulant; & quod plerosq; in Ecclesiā ingredi  
cupientes prohiberet; cum liceret concordiam  
inter omnes constitui, si istud vnum permittere-  
tur. Quas criminationes contra eum confictas,  
multi Episcopi & Clerici qui cum Ioanne Mele-  
tianorum Antistite conspirabant, quiq; con-  
tinenter ferē ad Imperatorem accedebant, ver-  
tas esse confirmauēre; atque adēd dixerunt, se  
orthodoxos esse: & tum eum, tum Episcopos  
sibi subiectos, cædis, vinculorum, plagarum in-  
iuste inflictarum, vulnerū, & incendij Ecclesiarū  
accusa-

Eusebiani, A-  
rio ab Eccle-  
sia eiecto,  
Athanasio  
insideantur  
& Meletia-  
nis, schisma-  
ticis: qui af-  
firmabant  
tempore per-  
secutionis  
laicos, non  
statim ad po-  
nitentiā re-  
cipiendos  
esse.

Athanasius  
eos virget.

Accusatur  
ab iisdem a-  
pud Constā-  
tinum Imp.  
de seditione  
& tumultu.

accusauere. Vbi verò Athanasius etiam signifi-  
 casset Imperatori iniquas Ioannis & Episcopo-  
 rum sibi fauentium ordinationes, & non eas so-  
 lum, verumetiam innouationem decretorum  
 Concilij Niceni, & fidem corruptam; seditiones  
 que & cõrumelias orthodoxis impositas, crimi-  
 nis loco illis obiectasset. Imperator deinceps  
 habebat cui crederet.

Misit quoque Eusebius ad Athanasium litteras  
 hortatorias de Ario restituendo & in Ecclesia  
 Alexandrinam recipiendo; sed ita, vt sine scrip-  
 tura maneretur: scriptis autem speciem rogantis pro-  
 se ferret. Verum vbi illi respõdisset, hæresis in-  
 uentorẽ veritati infestũ, & damnatũ ab vniuerso  
 hoc Concilio, minimẽ recipiendum esse. Con-

**Alia in A-**  
 thanasium ca-  
 lūnia: quod  
 nimirum A-  
 rium pœni-  
 tentem nol-  
 let in Eccle-  
 siam recipe-  
 re.

stantinũ Imperatorẽ adiens, in Athanasium mul-  
 ta obloquutus, eiusdẽ priuatos affectus aduersus  
 Arium criminatõ, alias in eum calumnias corro-  
 gans atque Arium verẽ pœnitentem affirmans,  
 eò animum Imperatoris in eundem Athana-  
 sium eoncitauit, vt Constantinus planẽ indignans,  
 minaces ad Athanasium litteras scripserit, quo-  
 bus ille sic rescripsit quæ veritati consentanea  
 essent, vt Augusti animum placaret: nimirum  
 isthæc omnia ab Eusebio Ariano homine se-  
 losẽ Catholicum proficente agi, vt damnatam

**Refutantur**  
**ab eodem.**

Arianam hæresin, iterum occulto tramite rebelli-  
 tueret; cum alioqui nec Arius verẽ pœnitens  
 erroris esset. Hæc & alia ipse id genus multa  
 quibus Constantini animus antè concitatus qui-  
 euit. Cum verò intelligeret Eusebius, nunquam  
 Alexandriam Arium habiturum accessum,  
 quamdiu Athanasius præesset Ecclesiæ Alexan-  
 drinæ: vt eum è sede depellat, cū Meletianis ite-  
 rum consilium agitat, quò calumniarum artibus  
 cio, ac co-  
 stantino  
 turbent.  
 nachus t  
 prum Ep  
 quod ma  
 greditur  
 uer sam o  
 Ecclesiæ  
 hæresis  
 corrupti  
 stituere  
 corrupti  
 Et pr  
 lustrans  
 quendã  
 lati pre  
 iactant  
 Athana  
 eò cum  
 bundus  
 in Mac  
 nãrunt  
 aduersi  
 ex offic  
 tum, op  
 tudini  
 chos er  
 S. Pach  
 cui sum  
 ser, Ma  
 omniu  
 & vitæ  
 omniu  
 lescenti  
 cio, at

cio ac confectis criminibus, eundē reddant Con-  
 stantino infensissimum, atque hac via è sede de-  
 turbent. Interim paucos illos diutius expectatos  
 nactus tranquillitatis dies Athanasius; ut susce-  
 ptum Episcopale munus, uti par erat, obiret,  
 quod magis sibi necessarium visum est, opus ag-  
 greditur; perdifficile quidem; nempe quo vni-  
 versam eandemque amplissimam Alexandrinam  
 Ecclesiam subiecta perlustrando Diocesim, quae  
 haeresis & schisma, praviq̄ue mores in Ecclesijs  
 corruptissent, vigilatissimo studio restauraret, re-  
 stitueretq̄; in eis fidē & pacem exulem: moresq̄,  
 corruptos Ecclesiastica disciplina componeret.

Et primò quidem Mareotem regionem per-  
 lustrans, intellexit ex ei⁹ loci presbytero, Ischy-  
 a quendam moribus improbissimū, sub specie simu-  
 lati presbyteri, conari sui pagi incolas decipere,  
 iactantem se presbyterum esse: cuius temeritatē  
 Athanasius cum per Macarium presbyterum suū  
 eò cum alio ablegatum repressisset, ille despera-  
 bundus ad Meletianos confugit. Hinc illi postea  
 in Macarium calumniā de fracto calice concin-  
 narunt, & novas easdemq̄; enormes accusationes  
 adversus Athanasium compararunt: qui cū cunctas  
 ex officio visitaret Ecclesias, nō in ciuitatibus tā-  
 tum, oppidis, atq; vicis positas, sed & quae in soli-  
 tudinibus desertisq̄; locis, penēs sanctos Mona-  
 chos erant, inuisit. Siquidem cum Monasterium  
 S. Pachomij Abbatis egregia sanctitate conspi-  
 cui summo gaudio & exultatione animi visita-  
 set, Magnum quoque Anthonium monachorum  
 omnium fama celeberrimū, utpotē antiquiorē,  
 & vitę præstantia sanctiorem, atque coenobitarū  
 omnium auctorem & principem; quocū ab ado-  
 lescētia assueuerat, inuisit; ad eumq̄; benedictio  
 nis

Incurbit  
 reformatio-  
 nis sua Dioc-  
 eces Atha-  
 nasius.

Ischyras mē-  
 titus cleri-  
 cus agit pres-  
 byterum.

Inuisit Ss.  
 Pachomium  
 Abbatem, &  
 magnum il-  
 lum Antho-  
 nium; cui &  
 munera lar-  
 gitur.



nis gratia duo pallia attulit quorū altero Paulo primo Eremitæ corpus cū ex hac vita migrasset, ei<sup>o</sup> rogatu, festinè allato inuoluit: alterum idem Anthonius moriens, eidem qui dederat Athanasio legauit: qui non ipsum S. Anthonium inuoluit, sed & monachis eius discipulos; Ecclesias quoque atque monasteria in eremo posita Episcopo li munere perstrauit.

Porro Meletiani ex Athanasij uisitatione, ipse ille omne adhibuit studium, ut eos sub iure obedientia ipsorum Primatis, Episcopi Alexandrini redigeret, admodum in ipsum commotum iterum cū Eusebianis isto fœdere, nouis calumnijs aduersus eum apud Constantinum Imperatorem agere moliratur. Certiorem fecerat Athanasius Imperatorem prius, de eorum schismate iterum acrius recrudescente: quando his acceptis idem Constantinus eos ad se accersit. Arripunt autem Eusebiani libenter occasionem, quam magna industria conquisissent. Siquidem expectati fuerant, sedente Athanasio, nullam fore Arrianæ hæresis propagandæ. Meletiani igitur, communicato simul concilio, mittunt ad Imperatorem Eudemonem, & Callinicum, qui & Athanasium infamarent calumnijs, nempe in ditione Aegyptijs tributum de pendendis Ecclesiasticis, atque illud pariter exegisse: verum quæ alia occasione præsentibus tunc aderant duo presbyteri Alexandrini, Apis atque Macarius, illorum maiestatis crimen in Athanasium facile dilauerunt, & ut existimandū, de re per Athanasium gestâ Constantinum reddidère certiorem; non fuisse (quod calumniabantur aduersarij) eiusmodi indictionem & tributum exactiorem, sed Athanasij

Non aduersarij  
cri  
minationes  
in Athanasium  
de linteis nempe  
pro Ecclesijs exactis  
quasi tributum  
Confutatur  
a suis.

rogationem ad populum, seu collectam Christi-  
 anorum more fieri solitam, ad Ecclesiarum or-  
 namenta & Dei cultum amplificandum, de con-  
 tribuendis linteaminibus factam; populi verò  
 fuisse non coactam, sed liberam collationem,  
 spontaneamque oblationem; idque sibi Athana-  
 sio ex more & instituto Apostolico vendicante:  
 Paulus enim Græciæ & Asiæ etiam pecuniarum  
 collectam indixit; sed ea moderatione, ut à spon-  
 te duntaxat veller accipere; non autem cogeret  
 quenquam ad præstandum, ut ipse ad Corinthios  
 scribens pluribus monet.

Cor. 16.

Eiusmodi autem purgata calumnia haud qui-  
 evère Athanasij aduersarij: siquidem Eusebiani  
 Meletianos licet victos non permiserunt abire;  
 verum ad novas consarciendas calumnias cõ-  
 ducunt perditos homines; qui in primis aduersus  
 Macarium presbyterum, qui apud Imperatorem  
 defenderat Athanasium, scelus effingunt, quod vas  
 sacrum confregerit: Athanasium autem ut infen-  
 sissimum reddant Imperatori, maiestatis rursus  
 reum constituunt; accusantes nimirum, ingentem  
 auri vim misisse cuidam Philumeno, qui aduer-  
 sus Imperatorem rebellauerat: quam ob causam  
 quod grauis admodum hæc accusatio videretur,  
 ab eodem Constantino Imperatore Athanasius  
 Constantinopolim accersitur. Qui vtriusque par-  
 tis audita causa, compertaque; Athanasij innocen-  
 tia, illos quidem merito ut calumniosos reiecit:  
 illum autem Imperatoris litteris suæ integra-  
 tis retribus munitum Alexandriam remisit.

Item aliæ  
 eorundem  
 in Athana-  
 sium calum-  
 niæ; nimirum  
 quod faue-  
 ret rebelli-  
 bus: & de ca-  
 liciæ à Maca-  
 rio eius pres-  
 bytero confra-  
 cto.

Expurgat se ab iisdem

Qui ad propria cum honore reuersus tantil-  
 lo quidem tempore quieuit; quo scilicet Euse-  
 bius Nicomediæ Episcopus ab Ecclesia eiectus,  
 vna cum Theognide Nicæno Episcopo exulauit:  
 ijdem



**Constantius  
Constantini  
filius, Cæsar,  
Arianorum  
fautor.**

ijdem autem Constantij Cæsaris opera (vt cre-  
tur) tempore quo eius sunt quinquennalia cele-  
brata, & nouæ Romæ vrbis Constantinopolis  
nq̄ dedicatio facta est, ab exilio ad proprias  
clesias cū essent reuocati, noua rursus aduersus  
Athanasium per Meletianos certamina con-  
runt, veteremque, de calice nimirum a Maximo  
Presbytero con fracto, calumniam instaurans  
nouam execrandam impij illi sup̄induxerunt.

**Rursum a-  
liz in Atha-  
nasiū accusa-  
tiones nem-  
pè de occiso  
Arsenio.**

Arseniū nempe Episcopum ab Athanasio im-  
fectum esse. Et quidè Arsenum (vt calum-  
succederet) in abditis habebant: quò, si nūquā  
appareret, occisus esse crederetur. Interim  
manum cuiusdam tanquā ex eius corpore  
cisam, ad ostentationem circumferre: Ischyram  
quem non nouerant, vt presbyterum celebra-

**Ischyras ac-  
cusator fra-  
strī calicis.**

vt, cum de calice loqueretur, auctoritate  
commodior ad fraudem esset. Cum isthæc autem  
per totam Aegyptum opera Meletianorum &  
Eusebianorum ipargerentur in vulgus, atque  
bique diffamarentur; qui Ischyram nouerant, au-  
ctorem calumniarum, quibus factum esset, vt  
tri Patris nomen male audiret, eum conuen-  
tes, amicè redarguerunt; atque adeo efficaciter  
vt suaserint viro a societate perditorum ho-

**Idem penitē-  
tiam agit de  
accusatione**

num illorum omninò recedere & ad Ecclesiam  
Catholicam se conferre, veniamque ab Athana-  
sio postulare: quibus cum ille persuasus Athana-  
nasiū adiret, ab eo obiurgatus, reiectus est: im-  
pote indignus qui reciperetur, nisi de admissis  
lertibus penitentiam agens, quas cōcinnatæ ca-  
lumnias, eadem publica, in facie Ecclesie, facta  
confessione destrueret: quod ipse facere nō pro-  
termisit. Siquidem publico scripto factus est  
(Deo in testem adhibito) nihil eorum que  
beret.

**Athanasij  
innocentia  
innotescit.**

ab Athanasio facta iactitarent conscium esse; neque illum calicem contractum scire, aut mentem subuersam esse: seque ad ista omnia calumnianda eorum vi & verberibus adactum esse.

At tantum abest ut Melitiani confessione Ischyra repressi fuerint, ut etiam acrioribus odij stimulis exagitati, aequè pertinaciter istiusmodi crimina passim iactitarent, remque ad Imperatorem Constantinum deferrent: qui quod iam pridem Athanasij innocentiam in causa calicis; tributi; ac prodicionis compertam haberet, repudiata aduersariorum sycophantia, Antiochiam litteras ad Delmatium Censorem misit, ut cognosceret de causa homicidij. Horum autem omnium scelerum, quae Melitiani in Athanasium moliti sunt haecenus, & in posterum ardentioribus indies studijs prosequi non desierunt, auctor & promotor fuit Eusebius Nicomediae Episcopus; quem maximo omnium malo fuisse in sedem Nicomediensem restitutum, etiam portento caelitum est declaratum: cuius basilica Nicomediensis recens extructa, tacta fulmine conflagrauit. Et quidem alter Protheus iste, ad decipiendos homines egregie comparatus, pallio pietatis decepit saepius optimum Constantinum Imperatorem; quippe cum Ario faueret intrinsicus Nicenam tamen fidem, coram ipso ardentè conuincatur; & cum Athanasium acerbissimo odio insectaretur, ipse tamen quasi rerum ignarus confidere visus, aliorum opera utebatur: & quod maximum attulit Ecclesiae detrimētum, insinuat se in Constantij Caesaris amicitiam; cui pater Constantinus latioribus regiminis uti permisit habenis, quod orientalis Imperij eum haereditem relinquere (quod & fecit) in animo haberet.

Eusebius Nicomediae Antistes principus Athanasij aduersarius.

Eiusdem Eusebij summa hypocrisis & perfidia.

Ff Porro

**Delmatius**  
Censor cog-  
noscit cau-  
sam Atha-  
nasij de ho-  
micidio.

**Arsenius**  
quæritur:

**Arsenius ad**  
loca remota  
amandatur.

Porro Delmatius, cui Imperator Constantinus delegarat causam cognitionem, quia Athanasius a Meletianis reus homicidij fuerat constitutus; ipse iudex impigre negotium gerens Athanasio scripsit, ut se ad defensionem pararet: tandem rem tantam minimè negligendam existimans, Thebaidem, ubi esse Arsenium audierat (quem à se occisum Meletiani, duce eorum primo Episcopo Ioanne, fuerant calumniati) in conum suum exploratum misit. Et quidem non ita diu potest, cum ibidem Arsenium inuenisset hospitem; Presbyterum; Pinnen nomine (quod dicitur eius aduentu ilico Arsenium ad partes inferiores ablegauerat) eundem, cum Helianacho qui Arsenium auexerat secum Alexandriam deportauit, iudicijque examinandos obtulit: qui conscientia stimulati rei veritatem confessi sunt; Arsenium Episcopum nimirum viuere, & interfectum non esse, sed in abditis haberi. Hanc cum rescisset Ioannes Episcopus & Meletianorum caput, remque innotuisse vniuersis Aegypti, neque celari posse; ilico Arsenium, quod iam pridem in inferiorem Thebaidem amandatum, per Nilum ad mare perductum ad externas regiones compulit navigare. Appareuit verò nauis Tyrum; ubi sese iterum Arsenius occultauit. Athanasius autem vigilantissimo studio, cui semel vestigia inuenisset, exploratores callidos perinde ac venaticos canes post eum misit; & cum illum soluisse audisset à Nilotis, ne sic quidem è spe eum inueniendi atque comprehendendi excidit, sed cum nauim illam Tyrum appulisse intellexisset, suos confestim illuc misit. Hi verò tandem quæsitum diu Arsenium inue-



inuenerunt inuentumque stiterunt iudicio Pauli eius ciuitatis Episcopi Catholici: ubi rogatus causam dicere: se Arsenium verè esse confessum esse: & rogam de simulatione suæ necis ex Eusebii Nicomedienfis consilio fabulam pandit.

His igitur omnibus ad veritatis lucem perductis: Athanasius cum hisce testificationibus, & Arsenij confessionibus adiunctis priuatis suis litteris, quibus totius commentii Carastrophen declarauit, Macarium presbyterum suum Constantinopolim ad Imperatorem Constantinum ea de re grauissimè antea commotum misit: qui his acceptis Delmatium, ad quem iam scripserat, à cause cognitione cessare fecit: accusatores confusos abire iussit: litterisque tum priuatis tum publicis toti Orbi voluit Athanasij innocentiam innotescere.

Porro tam immane scelus bonum illud plane incomparabile subsequutum est, ut cum Arsenius ipse, ciuitatis Hypselitarum Episcopus: tum etiam Ioannes Antistes, Meletianorum antesignanus, facti pœnitentes, supplices pro uenia consequenda a Athanasio litteras dederint, atque à schismate recedentes eidem se Catholica communione coniunxerint: quæ cum Imperatori Constantino innotuissent, Ioannem Antistitem ad se congratulabundus euocauit. Eusebiani autem ne ita quidem quiescere potuerunt, eò quod ipsis non Meletiani, sed Arianorum curæ essent. Veriti igitur, ne Meletianis conuiescentibus, destituerentur huiusmodi calumnie histrionibus, denuò eos in sanctum Athanasium exasperant. Accessu enim illo Ioannis Episcopi ad Imperatorem, occasio data est Eusebio atque alijs, cum eo iterum agendi:

Arsenius inuenitur, qui fraudem Eusebianorum detegit.

Athanasius ad Constantinum scribit de inuentu Arsenio.

Arsenij pœnitentia.

Item Ioannis Episcopi Meletiani.

Idem Ioannis redit ad uerum.

Ff 2

agendi:



agendi: tunc enim ipsum Ioannem iam recon-  
 liatum Athanasio iterum persuadent ab eodem  
 reflire, & cum veteres calūnias instaurare non  
 novas excogitare. Quid plurāta talia tantū  
 Eusebiani commēti sunt in Athanasium, atque  
 admiranda structura dolos & fraudes sibi  
 iunctas concinnarunt. atque præter  
 pietatis tegumentō ut Constantinum alie  
 ga Athanasium ipsum propensioem hominū  
 studiosissimū. à proposito mentis, velut incan-  
 tione magica quadam auerterent, illique  
 suspectum redderent & planè dignum, quo  
 ram Synodo Episcoporum reus constitueretur  
 sam diceret: ac proindē persuadent Imperatori  
 ut Cæsareæ Palestinæ (ibi enim erant comites  
 Athanasio infesti) Concilium conuocaret, ve-  
 retque in ea vrbe iudicium de Athanasio crea-  
 ri. Imperator autē blandus illorum commo-  
 tis persuasus, quod postulauerant, fieri ma-  
 uit. Verū Athanasius quod detractaret sibi  
 iudicium Eusebij eius ciuitatis Episcopi, & alio-  
 rum Arianorum Concilium, non venit.

Ariani igitur, ansa indē ad calumniandum e-  
 repta, præter alia nefanda facinora, tyrannice  
 præterea & contumaciæ eum coram Impera-  
 re insimulant. Neque certè spes eorum frustra  
 nam Imperator alioqui mansuetissimus, eorum  
 verbis ad iracundiam prouocatus, scripsit ad  
 Athanasium epistolam, qua & bilem seiam  
 it, & ei ut Tyrum peteret mandauit. Etenim  
 niam suspicabatur forsan Athanasium Cæsar  
 propter illius vrbis Antistitem, minime  
 comparere: idcirco iussit ut concilium Ty-  
 cogerecur, ac ibidē sese sisteret. Haud  
 reuerà mirari poterit hic quiuis, nimis  
 præter

Eusebiani  
 rursus virgēt  
 Athanasium  
 & calum-  
 niantur a-  
 pud Cōstan-  
 tinum im-  
 peratorem  
 quem con-  
 tra eum per-  
 mouent.

prudētissimi Constantini Imperatoris, animi  
 facilitatem (sic dixerim potius, quam leuitatem)  
 quippè cum tot tantisque perspicuis omnibus  
 iam redditis argumentis, aduersariorum Atha-  
 nasy calumnias cōpertas habuerit, utpotè ipso-  
 rum cōfessione sæpè testatas; adhuc tamè præ-  
 buerit aures scelestissimis illis, quos suæ ipso-  
 rum imposturæ crebrò reddidissent infames; ut  
 hac ex parte nihil propemodum sit, quo dignè  
 iusteque valeat excusari; cum ex ea hæreticis at-  
 que schismaticis in Ecclesiam Dei, virosque san-  
 ctissimos liberam debachandi ansam tribuerit;  
 ut patet in Donatistis, quos, contra ius fasque om-  
 nino, sæpius appellantes semper audiuit; & nunc  
 ferè idem in causa Athanasij astitit: videmus:  
 quem cum iterum aduersariorum calumnijs ma-  
 nifestè nouerit circumuentum, & perspicuè no-  
 tum habuerit innocentem (quod & datis à se lit-  
 teris publicis firmiter est contestatus atque pro-  
 fessus) nihilominus tanù abfuit, ut calūniatores  
 eius digno supplicio afficiēdos curauerit, ac de-  
 testandos homines procul, ut par erat, ab huma-  
 no consortio separauerit; quin potius iisdem in  
 eundem rursus insurgentibus aures accommo-  
 dauit, atque ex eorundem sententia, quidquid  
 petissent illi, decerneret; nempe Tyrium Con-  
 ciliabulum; cui præfiderent omnes qui Ario o-  
 lim manifestè fauissent; modò autem pœniten-  
 tiam simularent: in quo pariter detestabiles Me-  
 lettani sæpè conuicti agerent accusatores & te-  
 stes. Hæc autem quis laudet?

Porrò sic cuncta ex Arianorum voluntate  
 composita atque disposita fuere, ut non Episco-  
 porum Concilij, sed fori Præsidis præ se ferret  
 imaginem, & speciem repræsenteret apparitu

Ff 3 . ræ fi.

Constantini  
 nimia faci-  
 litas iure re-  
 preheditur.

Tyri in Phz-  
 picia conci-  
 lium indicie  
 tur.

Concilia-  
 bulum Ty-  
 rium quale.



ra fiscalis: siquidem prætextu quodam compo-  
mendi tumultus, & imperandi, cum opor-  
set, silentij; coercendæque procaciz insolentis-  
um; (reuerà aurè m vt expugnarent innocen-  
am innocentesque opprimerent, & lecorum  
adyrum Athanasij hostibus ad oppugnandam  
dem Catholicam aperirent) missi eò fuerunt  
Arianorum instantia à Constantino Imperatore  
cum militari manu. Comites Duo Dionysius  
& Archelaus; Arianæ factionis homines: qui  
mul Concilio præsiderent. Stipabant itaque  
nia armati milites; catenarumque audiebatur  
stridor, hostium quoque auribus permolebat  
Perductus est enim illuc Macarius Alexan-  
driensis Ecclesiæ presbyter, antea missus (vt dicitur)  
Constantinopolim legatus ab Athanasio, qui  
ipse (accusatus antea de calice contracto) in  
prædonum conuenticulum minacibus litteris  
accerfitus vinctus adducitur. Athanasius autem  
iam pridem Imperatoris litteris eò euocatus  
vt Synodo præsideret, vt par erat, vt potest  
dæ ledis Episcopus, & dignitate omnium qui  
aderant primus, sed vt reus ad dicendam  
sam, sententiam expectaturus adstaret; ve-  
re ne deberet, cum diu multumque animo  
mente versasset, tandem tribus plus minusus  
mensibus, comitatus quadraginta septem  
thodoxis Aegypti Episcopis Tyrum accessit, ut  
si abesset, videretur causæ diffidere. & aduer-  
sarijs ansam præberet in ipsum vehementer in-  
sultandi, & persuadendi Imperatori, ipsam  
sibi malè conscium iudicium Synodi latere  
fugisse.

Cum verò illuc venisset, & in Synodum in-  
gressus esset, nullus, ei penitus, vbi sederet, ob-

Duo Comi-  
tes præsidēt  
Synodo.

Athanasius  
eum suis ve-  
nit Tyrum  
ad synodū.

reus est locus : cui primus omnium ob Alexandrinæ sedis prærogatiuam debebatur, fed tanquam reus (proh scelus) coram accusatoribus iustus est stare. Et quidem ipse primò, omnium suorum nomine de suspectis iudicibus conquestus, ac pariter contestatus est, non debere deligi in causa inimicos iudices. Sed cum minimè audiretur, & Meletiani accusatores iudicū fauore audientiores facti in mediū prodeuntes, in Athanasium accusationes inferrent: ipse veritate fretus, & alij orthodoxi qui aderant, certi de innocentia eiusdè Athanasij, etiã corã hostibus talia iudicari passi sunt: existimantes, quantumlibet inimici essent, nõ tamen in publico cõuentu ( qui utcuque esset, retineret saltem nomen Cõcilij ) iudices grassaturos fore more latronum: sed manifestissima dilutione obiectorum criminũ rubore suffundendo. & cum eis pariter missos Comites confundendos: si quid modò à natura infite quibuscunq; hominibus æquitatis eorum animis infideret.

In primis autem veteres accusationes ille, quæ aduersariorum quoq; confessione calumniolæ fuerunt cõprobatæ & litteris Constantini Imperatoris ad eò improbatæ atque reiectæ, iterũ afferuntur in mediū. At qui snã primus prædijc accusator? famosus ille Ischyras, qui redargutus quondam fuerat ab Athanasio, quod cum presbyter minimè esset, presbyterum tamen ageret: & conductus à Meletianis de fractura calicis testimonium ferre aduersus Macarium presbyterum Athanasij, atque in ipsum Athanasium: facti demũ poenitens supplicem libellum, veniam deprecans, obtulerat eidem Athanasio: hic inquam, impudens iterũ conuentus ab

Ff 4

aduersa-

Athanasius  
stans vt reus  
causam age-  
re iubetur.

Crimina in  
Athanasij  
iterũ obiecta.

Ischyras per  
suasus ab Eu-  
sebianis ite-  
rum crimi-  
natur Atha-  
nasium.



aduersarijs, spe polliciti Episcopatus ille  
 inexpectat<sup>o</sup> prodijt accusator. De cui<sup>9</sup> gradu ma-  
 le præsumpto, Athanasius primum omnium eu-  
 denter demōstrauit ex catalogo clericorum om-  
 nium Meletianorū, a Meletio ipso confecto  
 Concil. Nicænū, & tradito Alexandro tunc Ep-  
 copo Alexandrino, in quo de Ischyra presbyter  
 nulla prorsus mētio esset: verū ea res nihil rem-  
 rata est inimicos, cū & presbyter fingere tur  
 presbyter nō erat & comites vim adhiberent,  
 milites Athanasium traherent; sed tamē illo quā-  
 die Dei gratia victoriam retulit: neque enim  
 calice Macarium conuincere poterant. Alii  
 verò lucē iterum venit ad Concilium Athana-  
 sius: ad quem accusandum introducta est mul-  
 cula libidinosa ac petulans. Clamat impu-  
 ter se professam virginitem, sed ab Athanasio  
 quem hospitio exceperat, per vim compressam,  
 & inuitam stupratam fuisse. Quæ cum dixisset,  
 ingreditur Athanasius quem accusauerat, pres-  
 bytero perquam laudato, cui Timotheus nomen  
 erat, comitatus: vbi autem à Iudicibus impera-  
 tum Athanasio fuit, vt crimini responderet, ob-  
 ticit ipse, perindē ac si Athanasius non esset,  
 que Timotheus sic mulierculam alloquitur:  
 gonē tecum aliquando rem habuisti? egonē in tuam  
 ingressus sum ædes? Tum illa impudētius petu-  
 lantiusque clamare, digladiari cum Timotheo  
 manum educere; ostendere annulum, ac dicere:  
 Tu mihi abtulisti virginitem; tu castitatem me-  
 spoliasti: & alia quæ impudētes meretrices prop-  
 ter intemperantiæ exuberantiam loqui solent.  
 Ad hanc modum igitur cum ijs qui fabulam re-  
 xerant, ignominia, tum Iudicibus qui facinorosi  
 confesij erant, pudoris iniusta nota, mulierculam  
 educta

Meretriculę  
 in Athana-  
 sium accusa-  
 tio falsa ma-  
 nifestatur.

educta est è Concilio. Tum magnus ille Athanasius. Non est, inquit, dimittenda mulier, sed inquirendum in eam cognoscendumque quis hæc crimina confinxerit.

At Ariani vociferari, alia conerà eum multo graviora restare crimina, quæ nulla dicendi arte acumine dilui possent; de quibus cum proferrentur, non audiendi sed cernendi sensus iudicium faceret: quæ cum dixissent, capsam ostendunt, & manum sale conditam detegunt. Tum singuli quæ eam conspiciebantur clamorè tollere; ac pars eorum scelus verè admissum esse putabant, pars rem fictam falsamque esse sciebant, & Arsenium adhuc occultatum latitare arbitrabantur. Et quidem is idem sibi timens ab Eusebianis, cum se iterum occultasset Athanasij necessarij quasi futurorum præscij eum summo studio requisitum ad Athanasium adduxerunt. Atque vix momento temporis in Concilio silentium fuit, cum Athanasius, cui crimen intendebatur, sciscitatus est a ludicibus, ecquis inter eos Arsenium nosceret; cum verò a multis responsum esset, se accurare hominè noscere, eum introduci iubet: ac rursus sic percunctatur, Hic cine est Arsenius à me quidem interfectus, ab istis autem quæsitus, post eadem affectus cõtumeliâ, & dextera manu priuatus? Vbi verò assensum est, illum ipsum esse Athanasius exiit eum pallio, & vtramque manum tum dexteram tum sinistram ostendit, aitque; Aliam manum nemo, opinor, quæret: nam amplius quàm duas manus ab vniuersitatis conditore accepit nemo. Quibus rebus in hunc modum patefactis, cum oporteret & accusatores & iudices qui facinoris erant conscij, præ pudore se in latebras abdere, optareque vt tellus sibi dehisceret:

Ff 5 ceret:

Athanasius rursus de nece Arsenij calumniam patitur.

Arsenij manifestatione innocens detegitur.



Quid rur-  
sus aduersa-  
rii in Atha-  
nasii contra  
omne ius  
fasque.

sceret: è contrario Concilium tumultu ac seditione complere; veneficumque appellare Athanasium; hominum oculos prestigijs fefellit: illi mare: & ne in causarum disceptatione supersederet, veterem calumniam de confectio calice, quæ iam sua vanitate corruerat, reprobantes, iudicium causæ suspensum voluerat, nec de probationibus constaret. Promittuntur, se aliquo ex suis Mareoten amandatum qui rem curiosè scrutarentur; quos Athanasius cum suis euestigiò multis de causis rejiciendo docuit, in primis quod & Ariani essent, & propter Arianismum sibi propalam offensivi: nec illi potentia magistratuum freti, clam summittunt: homines annis ingenijsque pundo venales. Quod cum orthodoxi fieri vidissent, ex aduersariorum sententia, & contra omne iusque præsumi: viua voce, contestatorijque libellis toti Synodo, Comitibusque, iniuriã & viritatem ac legum iudiciumque rationem contulcatam protestati sunt. At cum nequidquam proficeretur, nec ipsi comites missam à iudicibus Arianis legationem reuocandam curarent, & omnia fierent in gratiam Ariarum, iam non cum alijs Episcopis de rebus confulerent, sed seorsùm ab illis agerent consuetudina: Athanasius meliorum rerum desperans Tyro recedens rectè profectus est ad Constantinum Imperatorem, expostulaturus de his que cum ab Eusebianis, tum à Comitibus gesta essent in Tyrio illo Conuentu.

Athanasius  
iustitia oppressus è  
Concilio  
Tyrio profectus  
eiscitur ad  
Constantinum  
Imperatorem.

Interim legati ab Eusebianis suæ Ariarum Mareoten missi, cum rem omnem magna celerritate (erant siquidem, pro scelus, omnia summi inquisitores, accusatores, & criminum testes) causa



causa Iudices) ex animi sententia . fuissent exe-  
 qui ac Tyrum reuersi ilico malignantium  
 Conuentus Athanasium iam absentem, summa  
 peridia & legum humanarum ac diuinarum  
 contemptu condemnat abdicatque Episcopatu:  
 decernit denique ne postea Alexandria habitet:  
 ne, inquit, tumultus & seditiones si adsit, cogi-  
 tare aggrediatur. Meletianos vero, vti incom-  
 modis per iniuriam affectos, in communionem  
 recipit: & quam illorum quisque in clero dig-  
 nitatem obtinuerat cuique reddit: Imperatori  
 acta significat: scripsitque ad alios omnes vbique  
 Episcopos vt minimè cum Athanasio commu-  
 nicent, neve ad eum scribant, neq; ab illo literas  
 accipiant: quandoquidem & criminum, de qui-  
 bus certiores facti fuissent conuictus erat: &  
 partim fuga, partim quod causam in iudicio a-  
 gere reculauerat, reus deprehensus.

**Absens con-  
 demnatur  
 in Cõcilia-  
 bulo Tyrio.**

At Athanasius interea Tyro Constantinopo-  
 lim deatus, ita septam vndique atque vallatam  
 inuenit ipsam Constantini Imperatoris Regiam  
 Eusebianorum fautoribus: vt nunquam patue-  
 rit sibi ad illum aditus; quin etiam necesse ha-  
 buerit in via ipsi obequitanti occurrere; ibidem  
 que querimoniam aduersus Eusebianos ob tole-  
 ratas ab iisdem Tyri calumnias obiter institue-  
 re: siquidem malè persuasus Constantinus  
 de Athanasio; non fuit illum occurrentem  
 in via sibi res suas, vt par erat, prolixiore  
 prosequi oratione; neque vel in palatium eum  
 secum duxit, vel postea venire iussit, quò ab  
 eo singula, quæ aduersum ipsum gesta Tyri-  
 vel in Aegypto essent, audiret; ex quo enim  
 Constantius creatus esset Cæsar, adeò vires  
 Euse-

**Athanasius  
 Constanti-  
 nopoli non  
 nisi in via  
 permissus  
 alloqui Cõ-  
 stantium.**



Eusebianorum inualuerant, vt Catholicis ad  
Constantinum aditus penè omnis interclusus esse  
videretur; patuerit verò tantummodò nebu-  
lonibus illis a rio occultè fauentibus. Obiit  
tamen illud Athanasius à Constantino equi-  
tantissimo, vt ijsdem Eusebiani, qui ipsius ca-  
sam Tyri iudicassent, litteris Imperatoris Con-  
stantinopolim euocarentur. Qui vbi com-  
ruissent & Constantinum adijissent, conscij  
rum facinorum nihil penitus de obiectis Tyri  
criminibus; calice nimirum con fracto, ani-  
nijve pece; deerat enim illis eius rei fiduciam  
meminère; sed aliud crimen commentitium  
tulerunt: Athanasium scilicet minatum esse, ut  
impediturum, quo mitius frumentum ex Aegyp-  
tia Alexandria Constantinopolim deueheretur; quod  
Episcopos Adamantium, Anubionem, Aep-  
thammonem, Arbethionem, & Petrum pro-  
sentes ex eo audiuisse. Hic cum Athanasius  
tantas calumnias ingemisceret, affirmare de-  
eas falsas esse; nec fieri posse, vt homo priuatus  
& pauper tantum virium haberet: Eusebius, ut  
publicè quidem detrectans calumniatoris me-  
nus, deierauit, Athanasium perquam opulentum  
esse, & satis virium atque auctoritatis ad  
omnia patranda habere, vt ita verisimiliter ca-  
lumnia videretur. Et reuerà hæc accusatio re-  
cens allata, cum esset cæteris omnibus ad com-  
mouendum Imperatoris animum magis accom-  
modata; erat & eiusmodi, quæ in reliquis om-  
nibus veritatis imaginem præ se ferret; vnde  
à testibus fide dignissimis, ijsdem Catholicis E-  
piscopis; immò & defensoribus alijs Athana-  
sij, & ex illis qui in Tyrio Cœciliabulo aduersus  
Eusebianos pro illo stecisset atque viriliter eg-  
serat.

Novis calū-  
nijs ab Euse-  
bianis vrge-  
tur.

sent: hi enim ex illorum quādraginta septem  
 Aegyptiorum numero esse noscuntur, qui in eo  
 conuentu contra Eusebianos atque Dionysium  
 & Archelaum Comites iniuste agentes in Atha-  
 nasium, publicas contestationes scriptis editas  
 obtulerunt. Et quidem hos (proh dolor) vel Co-  
 mitum blanditijs, vel alijs Eusebianorum falla-  
 cijs deceptos, à sanctis collegis auulsit impie-  
 tas: & aduersus eorum Primatem Athanasium  
 hostes instruxit, atque ad expugnendā innocen-  
 tiam Eusebianis adiunxit: qui aded forti & va-  
 lido stipati cuneo, relictis collegis cæteris, & ab-  
 legatis omnibus alijs accusationibus, pro qui-  
 bus struendis aded laborauerant, nouæ recentiq-  
 ue vni huic & quidem vehementi accusationi  
 intendunt, quam in ipsius Imperatoris maiesta-  
 tis offensionem, detrimentum ipsius Imperij, &  
 iacturā amplissimæ ciuitatis vergere intelligen-  
 rent: nam alias occasione retardati frumenti  
 ex imaginaria tantum causa vulgi ore iactata,  
 idem Constantinus Sopatrum Philosophum a-  
 micissimum sibi hominem securi percuti iusse-  
 rat. Quomodo igitur parceret Athanasio; id  
 præsertim suis atque aded sibi carissimis aduer-  
 sus eum testantibus patronis Episcopis? Verum  
 Dei gratia plus in hoc negotio valuit, quàm il-  
 lorum omnium scelerata malitia execrandaque  
 perfidia: quæ Imperatoris animum religiosum  
 ad clementiam detraxit, vt satis haberet pro  
 morte exilium irrogare; & in Gallias Athana-  
 sium ad tempus amandare. qui quidem infracto  
 animi vigore, ea libertate, quæ Episcopum de-  
 cet Catholicæ fidei defensorem, aduersus Con-  
 stantinum aded iniustam sententiam proferen-  
 tem non veritus est diuinum comminari iudi-  
 cium;

Athanasius  
 criminis nig-  
 iestatis ac-  
 cusatur.

Athanasius  
 à suis prodi-  
 tur.

**Athanasius**  
calumnijs  
oppressus à  
Constantino  
damnatur  
exilio.

cium: Iudicabit, inquit, Dominus inter me  
te: quoniam tu consentis calumniatoribus  
destruere nostram. Sic igitur traditus est Athanasius  
militibus qui eum ad locum exilij Treuiros  
pè in Gallias perduxere.

**Constantinus**  
excusatur.

Porro tanti viri exilio vniuersa Dei Ecclesia  
Catholica, veluti ingenti terramou con-  
contremuit: tum & ille, qui pietatis  
totum terrarum orbem haecenus illustra-  
ipse nimirum Imperator Constantinus  
quium passus, visus est obscurari, magna  
nium mœrore spectantium. Sunt autem  
dicunt, quod non propter condemnari  
liquam hoc exilium statuerit in Athanasium  
Constantinus: sed potius cum, quò eum  
traheret Eusebianorum crudelitati, qui  
per insidias imminabant & ad supplicium  
pitale poscebant: tum vt quodammodo Ec-  
clesiarum sedaret tempestatem, & sopiret tumultum.  
Non leuis siquidem seditio totam  
ta erat, Alexandria, & maximam partem  
gyptij inuaserat. Et quidem Constantinus  
fuisse penitus animo ab Athanasio auersum,  
que à fide Catholica villo modo alienum  
his planè intelligi potest: quod non quatenus  
voluerunt, concesserit Eusebianis.

**Constantinus**  
quid in gra-  
tiam Atha-  
nasij egerit.

Cum enim viderent illi Athanasium in  
lium missum, & Alexandrinam Ecclesiam  
rent destitutam esse Pastore, solliciti & ad  
hoc Constantinum impellere sategerunt,  
alium in locum Athanasij eidem Ecclesie  
natum Episcopum mitteret: sed resistit illi,  
nec cessit eorum libidini: immò eos qui ad  
liebantur, compressit, & grauibus iniuriis de-  
ruit. Ioannem quoque Meletij successorem

schismaticum, Nicænorum decretorum contemptorem, ex Athanasij sententia exilio multatus: sicque præstitit, ut aliqua ex parte leniret Catholicæ Ecclesiæ mœrorem, cum aduersariorum Athanasij pari cum illo poena multauit: existimans hac via Ecclesiarum paci consulendum fore, si ambo, quorum causæ videbatur esse turbata, simili sententia exilij percussis, sic è medio tollerentur. Quin & paulò post, Athanasium Alexandrinam reuocare, eumque ad suam Ecclesiam restituere omninò in animum induxerat: verùm morte præoccupatus, quod animo conceperat implere haud valuit.

Cum igitur Treuiros ad destinatum exilij locum Athanasius tandem peruenisset, nequaquam ut exilem sententiã Imperatoris affectum eundem populus Christianus excepit, sed ut egregium fidei Athletam: qui semper aduersus Arij impietatem strenuè pugnasset, atque eius causa ab Eusebianis innumeras insidias passus: denique exilium subiens, clarissimus Confessor effectus esset. Talis est virtutis summa potentia, ut quo magis videtur esse depressa atque compressa, eo lucidiore fulgore coruscet. Suscepit illum Treuiris S. Maximinus eius ciuitatis Episcopus: & ipse sincera fide præclarus, & gloria sanctitatis illustris.

Interim Arianis, sublato iam de medio Athanasio, Arij aduersario acerbissimo, agût apud Constantinũ de eiusdem Alexandria restitutione: qui eo cù suis reuersus, eã ciuitatẽ vniuersam de integro in magnas turbas cõiecit. Populus verò Alexandrinus eũ eius cù suis reditũ, cù Athanasij Episcopi sui exiliũ acerbè & grauiter tulit. Vbi autem

Athanasius  
honorificè  
exceptus Tre  
uiris à S.  
Maximino  
Antistite.

tem

tem imperator acceperat de peruersa Arii me-  
te & instituto, eum denuo Constantinopolim  
accerfi iubet, rationem de tumultu & seditione  
quam cocitare aggressus erat redditurum; quum  
eum ed venisset, Imperator inter plura interro-  
gauit, an fidem Catholicæ Ecclesiæ seruari vo-  
iectaque penitus antiqua perfidia Concilio  
cæni decretis consentiret, ille sine mora  
& prompto animo se eadem seruare, ipsam  
consentire affirmavit. Imperator hoc admittens  
illum etiam ad iusiurandum adigit; ille fidei  
tè istud quoque præstitit: Nicænam fidem  
scriptam suo Chirographo atque subscriptam  
munitam eidem offerrens, fucata verò ratione  
ad fraudem vsus sit, eiusmodi fuit: sua in opinio-  
nem in charta (ferrur) conscriptam se  
se habuisse, eamque sub ala gestasse; sicque iu-  
rè iurasse se verè & ex animo sentire, quem  
modum scripserat: Vnde Imperator illi fidem  
adhibens, dat mandatum Alexandro Episcopo  
Constantinopolitano, vt in communionem eum  
recipiat.

**Arius frau-**  
**dulèter egit**  
**cum Con-**  
**stantino.**

**Alexandri**  
**epi constan-**  
**tinopolita-**  
**ni pugna ad-**  
**uersus Ariū.**

Quo quidè freti Eusebiani, voluerunt  
solita sua vi in Ecclesiam introducere; vnde  
contradicebat beatus Antistes Alexander: non  
debere, inquiens hæresis inuentorem in com-  
munionem recipi. Ibi iam minabundi Euse-  
biani, Quemadmodum; iniquiunt, cum vobis  
inuitis curauimus ab Imperatore epocari; cras-  
tino die, etiam si vobis minime ex senten-  
tia sit, in communionem Ecclesiæ adducemur.  
Sabbatum autem erat cum hæc loqueretur. Quo-  
bus auditis, Alexander magno cum mœrore Ec-  
clesiam intrauit, & porrectis ad Deum manibus  
lamentatus est, pronus in vultum cadens, humi-

que iacens ita orauit, postulauitque alterutrum:  
 Si Arius, inquiens, crastina die in Synaxin intro-  
 ducetur; nunc dimittas, quæso, seruū tuum, Do-  
 mine: & non pium cum impio perdas: Sin autem  
 Ecclesie tue parces (scio autem quod parces) res-  
 pice in verba Eusebij, neque des in exitium & vi-  
 tuperium sortem tuam; & tolle Arium: ne eo re-  
 cepto in Ecclesiam, videatur simul cum eo hære-  
 sis recipi; ne uē deinde impietas pro pietate ha-  
 beatur. Hæc precat us Episcopus, plurimum co-  
 gitabundus & anxius indè recessit: & res mira  
 incredibilis que in sequenti luce euenit. Summo  
 siquidem mane cum aulam Imperatoris, ubi hos-  
 pitatus fuerat, egressus esset Arius, Eusebij fauo-  
 ribus stipatus, magna celeritate & pompa per  
 mediam urbem incedit, ut antequam Ecclesia ab  
 Alexandro præoccuparetur, eam inuaderet: ve-  
 rum simulatque forum Constantini (sic nuncu-  
 parum) appropinquauerat, in quo columna ex  
 porphyrite locata est; timor ex conscientia sce-  
 leris exortus Arium opprimit, cuius vi cum lax-  
 retur alius; rogat utrum latrinæ essent in proxi-  
 mo; cumque ponè forum Constantini, vnas esse  
 didicisset, recta eò se confert. Hominem igitur  
 animi defectio occupat; ac simul cum excremen-  
 tis anus subito dilabatur; magna sanguinis copia  
 sequitur; viscera tenuia pariter effluunt; sangui-  
 nis cum ipso splene & iecore effunditur; mor-  
 temque cōtinuò appetit: utroque & vita & com-  
 munionē fraudatus. Sicque debitas, in filiū Dei  
 blasphemus, impietatis suæ pœnas persoluit.

Eusebiani autem magnoperè confusi & ingē-  
 titerrè concussi, socium coniurationis magna  
 celeritate lachrymabundi sepelierunt: fama rei  
 gisse non solum per totam ciuitatem, sed etiam

Gg

per

Infamis &  
 horrendus  
 Arii obitus.

per vniuersum penè orbem terrarum perma-  
te. Alexander verò gaudente Ecclesia, cum pieta-  
& sana fide communionem celebrauit; Deum  
gratias agendo magnoperè glorificans, quod se  
periurij vindicem præbuisset; Arianam hæresim  
condemnaasset; ostendens eam indignam esse Ec-  
clesiæ communionem: omnibusque manifestum  
reddens, Officinam Arianorum non sibi gratam  
sed impiam & inimicam esse. Imperator verò

**Proficua  
multis mors  
Arij.**

Constantinus exitu illo Arij magnoperè lætam  
orthodoxæ fidei firmiter adhæsit; fidem Concilij  
Nicæni auctoritate & nutu diuino reuera con-  
firmatum asseruit: quin & Arij & Arianorum do-  
ctus (tanto prodigio persuasus) erroris do-

**Constantinus  
Iunior  
adimplens  
propositum  
Patris sui A-  
thanasium  
Alexandriam  
restituit.**

ipsum quoque arguit lenitatis obmissum  
natum in exilium; quem reuocandum Alexan-  
driam omninò destinauit: verum obitu prætorij  
tutus, quod animo statuerat perficere minime  
lens. eius filius maior natus Constantinus præ-  
torij fidei vindex & custos egregiè adimple-  
um cum biennio integro & mensibus quatuor  
in rerum omnium necessariarum abundantia  
uiris effectus commoratus, regio diplomate  
ad Alexandrinum litteris encomiasticis, in  
Ecclesiâ summo cum honore restituit: quæ ob-  
ciues, tum rustici, tum nobiles, tum plebei copiosè  
libenterque excipiunt, exceptis solis Arianis  
bus eius reditus molestiæ & angori fuit. Cuius

**Athanasius  
cum Alexan-  
driæ com-  
moratur  
veraxionem  
Arianorum  
patitur.**

viderent pariter redditam esse pacem Ecclesiæ  
licet litteris Imperatorij munitum nouam  
tare persecutione haud prætermisere, cum  
alios illi in hærentes furorē conuerterunt, in  
bentes ad suos qui in Aegypto erant Episcopi  
Eum deinde apud Constantium Imperatorem  
Ariani sibi infectum falso accusantes, quod



ipius arbitrio (cum communis Episcoporum  
conventus illud minimè decidisset) Ecclesie il-  
lius administrationem denudè occupasset.

At quoniam reuerà non sua sponte Athana-  
sus Alexandriam rediisset, sed literis Constani-  
tini Imperatoris munitus suam recepisset Eccle-  
siam, periculosa alea Constantio videbatur,  
eum denudè exturbare, quem sciebat à Constani-  
tino suo germano restitutum: haud enim ausus  
est eum cogere solum vertere, ne in se fratris  
Imperatoris iustam iracundiam prouocaret:  
quamobrem quod mente coquebat, dissimulat.  
Interim verò Ariani, indignè ferentes Athana-  
sium in Ecclesiam restitutum, vt eum iterum de-  
turbarent, præter veteres in ipsum coagmenta-  
tas calumnias, nouas illis superaddentes lega-  
tionem aduersus eum mittunt ad Iulium Roma-  
num Pontificem, & ad Occidentis Imperato-  
res Constantinum atque Constantem. Nouæ  
verò calumniæ fuere hæc: nimirum, ipsum in suo  
reditu à populo magno acceptum mœrore, eo-  
dem tempore quoque cædes plurimorum patra-  
tas esse; Quod insuper, qui à Synodo damnatus  
esset, absque Synodo sedem recipere temerè at-  
que contra canones præsumpsisset: Rursum  
verò, quod frumentum solitum exhiberi ex  
Constantini Imperatoris liberalitate AEgypti  
ac Libyæ viduis, surripuisset. At quia ab Atha-  
nasio ad Imperatores missi Legati, Arianorum  
mendacia refutabant: ab iisdem cum pudore  
reieci sunt. Contigit quoque eodem simul  
tempore legatos Arianorum, atque legatos AE-  
gyptiorum Catholicæ fidei Episcoporum pro  
Athanasio ad Iulium Romanum Põtificem mis-  
sos: Romam deuenire, & causam ob quam missi  
erant,

Arianorum  
legatio in  
Occidentè  
ad Iulium Ro-  
ma. Pont. &  
Impp. Con-  
stantinũ at-  
que Constã-  
tem cũ no-  
uis accusa-  
tionibus in  
Athanasium.

Defenditur  
à suis apud  
Imperato-  
res & Pon-  
tificem.

Gg 2 erant,

erant, coram eodem agere: vbi cum aduersarij  
 semper à Catholicis conuincerentur, refu-  
 turque, generalem Synodum indici postula-  
 vt coram omnibus, aiebant. iusto iudicio de  
 sa cognosci possit: tum enim se probarunt  
 de Athanasio, quod iam nequirent: licet  
 reuera ea potius fuerit iusta quædam appa-  
 tergiuersatio, vt sic vitarent potius aduersarij  
 pro Athanasio pronunciandam à Romano Pontifice  
 sententiam, quàm concilij ex animo pro-  
 latio facta: nihilominus nè quid in eos tyrannice  
 ab eo iudem quererentur per petratum, iudicium  
 le benigno animo petitioni ipsorum: sicq; iustis  
 suffusi clandestinè noctu ab vrbē recesserunt.

Concilium  
 Romanum  
 sub iulio Pa-  
 pa in causa  
 Athanasij.

Porro nõ multò post tempore Synodali  
 ralis à iulio Rom. Pontifice iudicium: cur  
 ad eam Athanasius, & eius aduersarij: parati  
 turque ab eo certa dies, qua deberent iudicari  
 st. Verùm aduersarij causæ diffidentes, non  
 non inanes, falsosque prætextus obtulerunt  
 mam ad Synodale iudicium iubeundum ven-  
 Non sic quidem Athanasius: at magna auctoritate  
 critate illuc continuò conuolauit: quod  
 res ecclesiasticas ibi ecclesiasticè, non a  
 rannicè (quod Eusebianis in more erat) sed  
 dum canones pertractari. Eò autem cum  
 ueniens à Cæsariensis honoris, et iustitiam  
 est: qui eam beneuolentia & magnis prærogati-  
 suat officijs. Cur autem tantus episcopus ad  
 Pontificem non diuernerit, ea causa nota  
 intercessit: mirum quod nõ deceret eum  
 Iudicem hospitari. Et quidem Romæ hanc  
 no toto & integris sex mensibus aduersarij  
 aut quot uot comparere audent præter  
 exspectans; sua præsentia pudet fieri omnia.

Athanasius  
 Romam ve-  
 niens hono-  
 rificè susci-  
 pitur.

Quam  
 su vel  
 neyerit  
 indur  
 gn, lice  
 at; quo  
 tion  
 ma Rom  
 que fel  
 tur ac p  
 uendi g  
 te quid  
 Impera  
 quoque  
 stibus c  
 conciu  
 gentili  
 detrecl  
 dente f  
 secpum  
 sio; cum  
 trò temp  
 locis m  
 nem Pa  
 gientia  
 montiu  
 telcente  
 fugiene  
 cet mon  
 tamen i  
 bus quib  
 propaga  
 Hoc  
 natus, il  
 cidentia

Quam verò proficiuus fuerit eius Romam accessus vel ex eo potest intelligi, quod in urbem inuenerit ipse primus Aegyptiorum Monachorum institutio, vitamque admirandam Antonij Magi, licet adhuc uiuentis à se conscriptam detulerit, quod vitæ genis ad omnes Euangelicæ perfectionis numeros attemperatum, etiam nobilissimæ Romanæ foeminae consecrari cœpère: factumque feliciter est, ut Athanasio propalate inferretur ac pariter coleretur in urbe sublimi illud uiuendi genus instar Helix ac Io. Baptistæ: in Oriente quidem cunctis hominibus etiam Ethnicis & Imperatoribus ipsis venerandum; sed & impijs quoque hæreticis reuerendum; atque adeò cælestibus ciuibus admirandum: utpotè qui se in terris conciuere habere lætantes, cum eisdem tanquam gentilibus suis amicè assiduo uersarentur. Nec detrectauit uniuersus Christianus orbis in occidente sectari, quod sciret in Ecclesia Romana susceptum; quæ hæc omnia accepta fert Athanasio; cum alioqui non defuerint persecutionis retro temporibus cum in urbe tum alijs quoque in locis monachi: illos dixerim, qui in similitudinem Pauli atque Anthonij à persecutionibus fugientium, eadem ex causa, in cryptis, antris, iugis montium, valliumque conuexis recessibus delitescentes, instar Helix à facie Achab & Izabel fugientis. Deum propensius colerent: ad ò ut licet monachi nomen uisum sit urbi nouum: res tamen ipsa uetus. sed in tanta Ecclesiæ pace legibus quibusdam exulta; secundiori germine sit propagata.

Hoc eodem tempore cum Romæ esset Athanasius, illud quoque in signe fidei suæ reliquit occidentalibus monumentum: nempe Symbolum, quod

Gg 3

Athanasius inuexit in urbem Romam Monachismum.

Excellentissimum studium monasticæ disciplinae.

3. Reg. ca 18. & 19.

Nomen Monachismi nouum: res autem ipsa uetus.

Athanasius scribit Romam fidei Symbolum.



quod hætenus Athanasij nomine in Ecclesia Catholica publicè recitatur. Qui enim Romanus citatus se contulit iudicandum; quantumlibet ipsius fides Catholica omnibus innotuisset, nulla penitus potuerit suboriri suspicio, quæpè qui eius defensionis causa ab adversariis pro totærumnas etiam exilium passus esset, tanto quod Romanæ sedis communicationem habere licuisset, & aliorum Episcoporum Synodum convenissent, nec planè audiendus esset qui reus advenerat, nisi edita publicè Catholica fidei professione; eandem ex more, laudato sermone coram Pontifice & ei assidentibus retulit, quæ cognita atq; suscepta, in Romanæ Ecclesiæ amplissimo Archivo unà cù actis Synodi collocata: & aliquandò tandem post multorum annorum curricula inuenta & in lucem edita, ob id ut viri insignem memoriã de fide Catholica operæ merito, tradi meruit Ecclesiæ recitanda.

Contigit vero interim Antiochiæ celebrata Encænna in dedicatione nobilissimi cuiusdam templi à Constantino magno iam cepti, atq; sub Constantio postmodum absoluti. Huiusmodi lebritatis prætexta occasione collecti fuerunt Episcopi nonaginta; quorum triginta sex tantum erant Arianae communionis & factionis; in quibus etiam ibidem Synodus est celebrata in qua impij illi, consiliario & adiutore Constantio Imperatore, inter alia execranda in locum depositis Athanasij (quem denuò superius recitatis alijsq; superadditis criminationibus graviter accusarunt) Romæ apud Iulium Papam causam suam agentis, instituere Episcopum Alexandrinum Gregorium, atque Alexandriam misereque præsidio militum Ecclesiã illã Episcopo destitutã

Athanasius  
Romæ causam suam agens, in Concilio Antiocheno priuatur sede sua, & accipit successorem Arianaum.

inaderet. Erat hic Gregorius eisdē Arianis dog-  
matibus impietate cōiūctus; p̄ impietate sua excō-  
municat⁹: & anathema edicto ecclesie p̄clamat⁹.

Cum autē statutus terminus indictę Romę Sy-  
nodo longius præter lapsus esset, Iulius Papa tã-  
dem Athanasij causam cognouit; ibiq; præcogni-  
tis quę aduersus eum ex Aetis Tyrijs & Mareoti-  
cis Eusebiani congefferant, patefactisq; aduersa-  
riorū calumnijs, & cunctis diligentissimè exami-  
natis, ex ecclesiasticarū legū præscripto, eū iudi-  
cauit innocentē, recepitq; ad cōmunionem atq;  
coniunū: qui ilicō absolutionis sententiã cū ac-  
cepisset, a Alexandria nauigio reuersus est: veritus  
nē sua absentia Eusebianis aliquid moliendi ad-  
uersus Alexandrinā Ecclesiã daretur occasio. Nec  
eū sefellit opinio: siquidē accepit, Gregorium ab  
Eusebianis, iisdemq; Arianis, creatū esse Episco-  
pū Alexandrinū, cum ipse statim Circulares lit-  
teras ad Catholicos oēs Episcopos de eiusmodi  
facinore dedit: quibus, qualis esset Gregorius eos  
admonuit. Qui quidē cū è Cappadocia Alexan-  
driã peruenisset, ac per Philagriū Aegypti Præ-  
fectum, suum conterraneum, apostatã Icelestissi-  
mum, militari manu iussu Imperatoris Constan-  
tini in Cathedram esset introductus: horrendum  
dictu, quanta crudelitate ac barbarica tyranni-  
de in Christi Ecclesias & Orthodoxos vtriusque  
sexus omnis conditionis, vt eos ad suam nempe  
Arianã cōmunionem vrgeret debacchatus  
fuit: ad hoc vsus non ordinaria tantū apparituræ  
militibus, sed & inconstanti vulgo, hominibusq;  
pariter Iudeis atq; Gentilibus. Cumq; nihil non  
ageret, vt Athanasij interceptū de medio tolle-  
ret, ille furtim se populis subducens Alexandria  
excessit; & nē hostium pateret incursum, eius ne-  
cem

Athanasius Ro-  
mæ in Syno-  
do absolut⁹  
& innocens  
declaratus.

Reuertitur  
Alexandriã.

Gregorij ab  
Arianis A-  
thanasio sur-  
rogati in se-  
de Alexan-  
drina crude-  
litas.

Athanasius  
rursus con-  
fugit Romam  
ad Iulium  
Papam.

Athanasius  
bene habitus  
à Constante  
Imperato-  
re.

Athanasius  
rogatus à  
Constante  
scripsit Sy-  
nopsin diui-  
næ scripture

Athanasius  
creditur vi-  
sisse loca  
sancta.

cem auidè sitientium, accessit denuò ad tutum  
tranquillumque portum, Romam Ecclesiasticam  
haud diu antè Synodo absolutus Catholica com-  
munionem, Iulij Papæ sententia, dignus fuerat  
dicatus. Constans verò totius Occidentis (postquam  
iam pridem Constantino fratre) Imperator  
orthodoxus, cum in omnibus exploratum haberet  
eiusdem sanctissimi viri summa cum pietate  
candorem & innocentiam, eum singulari  
amore, tum etiam reuerentia prosequens, et  
quo illud item, quod magnæ erga ipsum fidei  
ducia argumentum, petijt, vt vniuersam diuinam  
scripturam redigeret in compendium, breuiarium  
que ex ea conficeret, quod ad se mittere  
comparato enim Imperij curis, haud tantum  
suppetere videbatur, vt omnes diuinæ scripturæ  
libros, quorum auidus erat perlegere posset. Per-  
tinet id ipsum egregiè Athanasius, triennio plus  
minus illo quo Romæ mansit, scripsitque totius sacrae  
scripturæ Synopsin, atque ad Constantem Imperato-  
rem misit. Felix planè tunc Romana Ecclesia, quæ  
tunc tempore, tam illustri Catholicae fidei confes-  
sore & defensore iam à tempore Nicæni Concilij  
vniuerso orbi spectatissimo, frui meruit; quo tem-  
poris interuallo, in Synaxibus celebrandis multum  
illis. Quis porro dubitat eum interea temporis  
per cunctas sacras sanctorum memorias, atque  
sanctissimam ipsam Apostolorum limina  
frequentasse, propensiorique studio excubasse ad  
primarij fontis confessionem, rãquam ad primarij  
fontis capidinem, ex quo per Marcum discipulum suum  
Euangelij copioso flueto lógè præstantius, quæ  
Nilus, vniuersam irrigauit Aegyptum? sed  
numerosa illa ditissima atque amplissima  
tyrum promptuaria ipsa, inquam, subtrahit

abditæ cæmeteria amplissimos illes sacros recessus, vrbis iam Christianæ ornamenta præclarissimosque abditos quidem, sed pijs patentes in-  
habuit Ecclesiæ Romanæ thesauros studiosè peruestigasse, & religiosè veneratum esse virum maximè piū & erga martyros propensiorē existimare par est?

Porro paulò post Mediolanum ab Imperatore Constante euocatus, expertus est illius mirificam humanitatem; & licet de Constantio minime expostularet; tamē naufragium orientalis Ecclesiæ illi notum facere nullatenus prætermisit: & Arianos malorum omnium incentores esse pariter deplorauit. Deindè tum patris, tum magni concilij Nicæni, quod ille conuocauerat, eum in memoriā reducere: quin etiam ducreta Patrum, quibus ille vnà interfuerat, ab eo lege confirmata fuisse. Talia cum gemitu et lachrymis eloquutus, eum ad patrem æmulandum excitauit. Nam simulatq; ista audiuit, litteras scripsit ad fratrem, quibus additis simul litteris Iulij Papæ eum hortabatur, vti hæreditatem pietatis paternæ integram inuiolatamque seruaret: illū enim Imperium pietate stabilisse; tyrannos, qui Romanos oppresserant, profligasse; & barbaros vndique in suam potestatem redigisse. Quibus litteris persuasus Constantinus, mandatum dedit vt episcopi tam orientis quam occidentis, Sardiniam, quæ est in Illyria vrbs Daciæ primaria, aduentarent: nam alijs multis morbis vexabatur Ecclesiæ; ad quos curandos Cōcilium necessariò requirebatur.

Conueniunt igitur in vrbem Sardiniam trecenti ex oriente verò septuaginta sex Episcopi. ijdemq; omnes catholici cōmunionis.

Gg s Aduē-

Athanasius Romæ à Constante Mediolanum euocatus, cōqueritur de fide proculcata.

Concilium Sardicense a Romano Pontifice procuratū & per Constantium indictum.

Ingressus Episcoporum Sardiniam.



Ingressus E-  
piscoporum Sar-  
dicam.

Quid Ariani  
cum Sardicā  
venerunt.

Aduenere quoque Ariani stipati pædagogis & aduocatis, Musiano comite & Hesythio Castrensi eorumque fiducia nixi audacter se presentes obtulerunt, sperantes eorum viribus omnia confici posse. Horum enim opera se quibus volebant ostendebant terribiles & insidias, quibus libitum erat, innectebant. At ubi iam ipsa experiebantur ecclesiasticum morem tantummodo obseruari; & ex singulis Ecclesiis civitatibusque accusatores ibi præsto esse; & documenta rerumque probationes aduersus se in partu esse: conspicatique ibidem Macarii & Asterii venerabiles Episcopos, vna quidem secum oriente profectos, sed diuerso itinere ingressos, Athanasio in veniendo comites factos: eorumque memorantes vafriçie ipsorum, & quæ operibus suas suspectas haberent, iudiciumque metuerent, nè ab Athanasio quidem sycophantia, ab accusatoribus verò ab ipsis subornatis omnia per doctos fecisse conuincerentur: hæc inquam, illi conspicati, etsi alacriter venerant: arbitrati Athanasium cum suis metu conterritis minimè occurrerunt: tamen cum animaduertent eorum fiduciam, intra palatium se recluserunt: quo in loco domicilium habebant: atque ibi inter se ita consulerunt. Ad alia venimus & alia conspiciamus: confisimus cum comitibus, & sine comitibus res agitur: prorsus futurum est ut condemnemur. Nostis quæ sint decreta, ordinationesque: Athanasio in manu sunt monumenta omnium Marcionis & Aetiorum quibus quidem ille purgatur, nos autem condemnemur. Quid igitur hæsitamus? quid moramur? Progamus aliam causationem & discedamus: nè si malegerimus, condemnemur. Melius est de fuga erubescere, quam conuictos de sycophantia condemnari.



ri. Si fugerimus, poterimus aliquo modo heresim propugnare: quod si nos fugientes condemnauerint, habemus Cæsarem propugnatorem; qui nõ permissurus est, vt à populis de ecclesijs eijciatur. Ad istum modum ipsi inter se disceptabant.

At Osius, Episcopus Cordubensis, qui post legatos à Iulio Romano Põtifice ad Conciliũ misso principem locum tenuit, agebatq; patronum Synodi (cuius muneris erat definienda proponere, atq; singulorũ rogare sententias) spectatus iam pridem in Nicæno Concilio, & Constantini Magni literis commendatus: cui & Arhanasius, qui Synodo ab initio interfuit, omniaq; vidit, & eiusdem pars magna fuit, inter ceteros oēs Antistites primas defert: is, inquam, priuatim amicè cum Ariani agens, vt Synodo præsto essent, eisdemq; & honestam in ea causa transactionẽ pollicitus esset, nihilq; remisisset omnis humanitatis officij, quò eos ad iudicium Synodale excipiendum induceret: illi tamen causæ cognitionẽ penitus exhorruerunt, recusaruntq; omninò Patrum Concilio interesse: quod & absurda quadã excusatione vsi, turpi admodum fuga testati sunt. Confidentibus igitur in vnum Patribus, quæ acta antea essent in causa Athanasij Romæ postea edita, & à Iulio Romano Pontifice cognita fuerant & iudicata, in medium allata sunt. Reintegratur iudicium, & tum Athanasius tum alij ab Ariani antea cõdemnati, sistuntur iudicio causam dicturi. Prodũt inter hæc accusatores, libellos criminũ, atq; ipsos aduersus eosdẽ Arianos Episcopos Synodo offerunt. Quamobrẽ secundum rectũ iudicij ordinẽ citari iussi sunt ijdẽ Episcopi Ariani, tum vt accusatores aduersus Athanasium dicturi, tum vt rei ad obiecta crimina responsuri.

Dignitas Osij, Episcopi Cordubensis.

Quid Osius cõ Arianis.

Ariani congressum visitantes fugiunt.

Sec

Athanasius  
causa eius  
ventilata in  
Concilio  
Sardiceni  
absoluitur.

Sed illis omninò recusantibus ad concilium se conferre placuit eidem sacro conuentui, quæ contra Athanasium cõfecta olim ab Eusebianis adhaerentibus, accuratè cognoscere: quibus exactè inspectis, & illorum calumpnijs, dolis, fallacijs aperte detectis: calculo omnium Patrum, secundum Iulij sententiam antea Romæ latam, Athanasium absoluit, eumque simul & alios omnes ab Eusebianis ab Alexandrina Ecclesia excommunicatos, postliminio in pristinum statum Synodus restituendos esse decernit: Gregoriam verò in sedem Alexandrinam ab eisdem Eusebianis per vim militarem intrusum non tantum deposuit, sed execrata est: omniaque ab eodem Alexandrina gesta, ordines collatos, & irrita prorsus habenda esse constituit. Et ita eodem Athanasius cum suis dimissus est in patriam qui Sardica profectus, primò Naissum, inde Aquileiam, postea in Gallias, rursus à Constantino Imperatore euocatus peregrinatus est.

Quid Constantinus  
apud  
Constantinum  
pro restitutione  
Athanasij.

Quo quidem tempore idem Imperator decessit, Episcopos, quos ex eorum numero, qui Sardica conuenerant, ad eam rem delegerat, cum litteris ad fratrem unà cum Saliano Prætorè, viro & patris & iustitiæ insignibus eximie ornato missis. Quæ literæ non exhortationem solum & consilium, verum etiam minas dignas sanè pio Imperatore complexæ sunt. Nam scripsit primò, ut duobus illis Episcopis aures attentas præberet, & iniqua facinora à Stephano Episcopo Antiochiæ Ariano & alijs admissa diligenter cognosceret: deindè gregi suo restitueret Athanasium: quippè cum & calumnia acculatorum, & iniqua eorum, qui dudum de eo iudicauerant, sententiæ, atque adeò acerbum in eum odium

perpicuè deprehensum esse: seque nisi his conditionibus obtemperaret, & quod æquitas postulat exequeretur, Alexandriam profecturum: eoribus, à quibus tantoperè expectabatur, restitutum Athanasium & hostium turbam inde exturbatum. Constantius igitur, his litteris Antiochie videri commorabatur, acceptis, pollicetur se facturum quod socius Imperij, & communis de republica curæ particeps ipsi per litteras significat. Orthodoxi interim Alexandrini perterriti, & Athanasij moras Alexandriam reuertend (ubi mox expectabatur, iam absolutus à Concilio Sardicensi) & ægro atque infenso animo ferentes ipsum Gregorium sedis inuasorem, in eodem Concilio condemnatum, atque depositum, ad huc tam obstinato animo alienæ Ecclesiæ incubare, eum tanquam putidum membrum obtruncant. Quo casu Constantius Athanasium accersit cum omni honore: non semel aut iterum, sed tertio ad illum amicissimas litteras scribens, quibus illum animabat, & ad veniendum hortabatur: misitque ad illum presbyterum & Diaconum, ut maiore cum fiducia ad se rediret. Erat tunc Athanasius Aquileiæ cum easdem à Constantio litteras accepit: inde rursus à Constantio euocatus in Gallias, paululum ibidem moratus: venturus in Orientem ad Constantium, in Italiam redijt, Romamque venit ad Iulium Pontificem: de cuius aduentu ingens gaudium in Ecclesia fuit: idemque Pontifex ut gratularetur eius restitutioni, litteras ad Ecclesiam misit Alexandrinam. Quibus Athanasius acceptis recedens ab vrbe, terrestri itinere via Appia Brundisium vsque peruenerit, an verò in portu Romano nauim conscenderit incertum est: illud

Alexandrini  
trucidant  
Gregorium  
Pseudo Episcopum.

Athanasius  
ternis litteris  
renocatur ad patriam à Constantio Imp.

Athanasius  
in transitu  
Alexandriam  
à Gallijs reuertens  
denuo visitat Iulium  
Rom. Pont.

lud autem habetur exploratissimum, Roma recedentem, non Alexandria ad suam Ecclesiam, sed Antiochiam concessisse.

Peruenit igitur Athanasius Antiochiam, ubi tum erat Constantius Imperator; qui eum benigne excipiens sincero serenoque vultu intuenti ei que liberum facit, ut in patriam & suas Ecclesias rediret, litteris ad eius loci Iudices datus, ut eum inoffense transire permitterent. Athanasius autem suas calamitates calumniasque deprecate, & admonente ne denuo, se absente, calumnie reciperentur; ut iam nunc accusatores euocaret, quidem se non intercedere, quo minus illi ad eum apud eum sistant, ut eos ita conuincere possent. Hæc quidem ille facere noluit; sed tamen omnia que contra ipsum per calumniam scripta essent, tolli & aboleri iussit; iurans se in posterum alias calumnias admissurum, suumque in hac re propositum firmum & inconcussum fore; neque id simpliciter dixit, sed iureiurando, Deo in testimonium vocato, obsignauit. Sicque Constantium Athanasius erga se beneuolum & facilem expertus, cum putaret suam sibi Ecclesiam plenarie restitutam fore, ecce Imperator admonitus ab Arianae sectae praesidibus, Sum equidem inquit, paratus ad promissa praestanda: at & hoc beneficium, quod eo abs te petam, iure debes mihi concedere. Id quidem est, ut ex multis ecclesijs, quae tuae ditioni subiiciuntur, vnam habeat illi qui tecum communicare detrectant. Id accipiet Athanasius; egregia responsione Constantij petitionem, dum non negaret, elusit. sic dicens: Nam me, inquit o Imperator; quandoquidem equum, immo necesse est tuis mandatis obtemperare (neque tibi equidem contradicam) verum cum

**Athanasius Roma Antiochiam veniens egripitur à Constantio Imperatore.**

**Constantij iuramentum.**

**Eludit Constantij petitionem.**

Antioch  
rum, qui  
omnino  
te mihi  
hac vrbe  
sine met  
tur Atha  
ra, com  
præterit  
propter  
lexandr  
cum ill  
eadem  
ciendos  
cultatis  
primu  
conuen  
nonas  
cogere  
Ecclesi  
Antioch  
sequere  
hymnis  
norum  
alij non  
Patri h  
pe ari  
hæc præ  
ostende  
Igitur  
ris ad E  
drinum  
rosoly  
cum A  
liarem

Antiochiæ quoque sint qui communionem eorum, qui aliter atque nos de religione sentiunt, omnino refugiāt, idcirco simile beneficium abs te mihi tribui postulo, ut videlicet isti itidem in hac urbe vnam habeant Ecclesiam, in qua liberè sine metu in vnum conueniant. Postulatione igitur Athanasij ab Imperatore velut æqua probata, commodum visum est Arianis rem silentio præterire: quippè existimârūt, suam opinionem propter Athanasium nullam omnino aquid Alexandrinos progressionem facturam; præsertim cum ille non modò ad suæ doctrinæ fautores in eadem firmè continendos, verum etiam ad pelliciendos aduersarios, satis haberet virium & facultatis: A pud Antiochenos autem si istud fieret, primùm Eustathianos, qui multi erant numero, conuentus facturos; deindè, uti simile veri erat, novas res molituros, cum impunè suos in vnum cogere possent: quandoquidè Arianis etiam Ecclesias occupantibus, totus clerus & populus Antiochenus eorum opinionibus minimè obsequerentur; sed in cætus pro more, dum Deum hymnis collaudabant, distributi, sub finem hymnorum singuli suam opinionem declararent, & alij non Patrem modò, sed filium etiam, utpotè Patri honore æqualem, gloria efferrent: alij, nēpe Ariani, Patrem in filio esse, dicerēt, atque per hanc præpositionem, Ia; filium Patre inferiorem ostendere conarentur.

Igitur Athanasius acceptis à Constantio litteris ad Episcopos, & clericos & populum Alexandrinum, & ad præfectos, Antichia recedens, Hierosolymam venturus transijt Laodicea, ubi cum Apollinare eius Ecclesiæ lectore familiarem congressum habuit. Indè Alexandriam reuer-

Eustathiani  
erant Catho-  
lici sic dicti  
ob Eustathiū  
ipsum Epif-  
copum An-  
tiochenum.

Is Apollina-  
ris postea fa-  
ctus est he-  
reticus.

Athanasius  
tutior factus  
litteris Cō-  
stant. Imp.

reuerfus, cum adhuc in itinere effet, litteris  
Constantij Imperatoris recens scriptas accepit  
de sui securitate; ea nimirum occasione, quod A-  
rianiani, audita in AEGYPTO morte Cōstantis, quem  
scissent eiusdem Athanasij fuisse Patronum, in  
cuius gratiam visus esset Constantius animus, ut  
ipse in suam reuerteretur Ecclesiam, magnoque  
exultarent, eundemque Athanasium territantem  
quod eodem abrepto morte Constante inter-  
tus pariter esse videretur eius reditus Alexan-  
dam. Athanasium igitur iisdem litteris cum lau-  
ceptum iter prosequentem, amici quidem an-  
cum intuentes gratulari; alij verò ad cōspicuum  
eius pudefcere; alij, quibus nulla erat fiducia, se  
abdere; alij pœnitentiam de his, quæ contra E-  
piscopum scripserant, agere. Certè palæstinenses  
omnes Episcopi ita Athanasium exceperunt, ut  
cōmunionem eius amplexi sunt: ut & scripserunt  
& verbis pro satisfactione protestarētur, omnia  
quæ prius scripserant, ea se non voluntate, sed  
coactos fecisse: idque in Synodo Hierosolymitana  
à Maximo Episcopo coacta. De AEGYPTI  
& Libycis Episcopis, earumque prouinciarum  
Alexandriæ populis, superuacaneum est verbum  
facere: cum & omnes occurrerint, & inest  
gaudio imbuti fuerint: non solum modo quod  
suos præter spem incolumes reciperēt, sed quod  
ab hæreticis, veluti à tyrannis & rabidis cæcibus  
in libertatem vindicarentur. Viso siquidem  
Pastore Alexandrini, publica conuiuia celebra-  
re: festos dies agere splendidissimos: eum magno  
honore aspiceret: & Deum denique laudibus  
tollere.

Athanasii  
reditus Ale-  
andriam.

Magna igitur lætitia populorum fuit, in facili  
Synaxibus mutuo se ad virtutem cohortantium.

Quot putas, in nuptiis quidem. sed tamen hactenus ad nuptias promptae, virgines in Christo permanserunt? Quot item iuvenes, aliorum exempla iuvenes, monasticam vitam amplexi sunt? Quot parentes liberos; liberi inuicem parentes suos oblectati, ne se à studio pietatis in Christum reuocarent? Quot mulieres viris persuaserunt, quot item à viris persuasae sunt, ut orationibus vacarent, quemadmodum dixit Apostolus? Quot viduae, quot orphani, antea famelici & nudi, ingenti populorum ad eleemosynam alacritate, potestatem neque esuriuerunt, & vestiti prodierunt? In summa, tanta emulatio fuit ad virtutem; ut singulas familias, singulas domos, Ecclesiam esse, obprobriatam incoherentium & preces ad Deum, existimantes. Eratque in Ecclesia profunda & admirabilis pax; inuicem vndeunque Athanasio scribentibus: iisdemque ab Athanasio consuetas pacis & tranquillitatis litteras accipientibus. Quin Ursacius Mysiae, & Valens Pannoniae Episcopi Arianici, quasi à sua ipsorum conscientia flagellati poenitentiam professi sunt; litterasque amicas & pacatas ad Episcopum, quas nullas ab eo acceperant, miserunt; Romamque abeuntes poenitentiam egere; confitentes, omnia quae vel dixerunt, vel fecerunt contra Athanasium, falsa esse, & nihil aliud quam calumniam: neque id simpliciter egere, sed ita ut anathemate execrarentur Arianam haeresim, & poenitentiam suam scripto promulgaret. Fuerant siquidem antiquissimi Arianici discipuli, ab ipso nimirum Ario Alexandriensi olim catechizati. Subscripsere porro iisdem pacificis seu comunicatorijs Encyclicis Athanasij litteris, cum eas ferentes nacti oportune essent ipsius Legatos. Cum siquidem ad suam ecclesiam

Athanasij reditus quibus fructuosus fuerit,

1 Corint. 7.

Ursacii & valentis Episcoporum poenitentia.

subscribunt litteris Athanasij.

Hh

Atha-



Athanasius  
subscriptio-  
nes præocu-  
pat Epif-  
coporum.

Athanasius Alexandriam peruenisset, sicut in itinere fecerat, Palestinorum Episcoporum communionem suis ipsorum litteris testatam accepit, atque ex Libyæ & cæteris proximarum regionum Episcopis datis & acceptis mutuo litteris, eandem consecutus est: ut dein eodem communicationis symbolo reliquas longè positas ecclesias sibi iunctas redderet, elaborauit. Et quidem ipsu habuisse (cum plus quam satis ei esse poterat sententia promulgata in Concilio Sardicensi, omnium qui interfuerant subscriptione firmata) purgatus est; quod vel diuino spiritu admonitus, præuenerit acriorem, quæ instabat, venturam persecutionem; vel fortasse eandem ex obitu Constantiani, ut sua ipsorum subscriptione obligatum officio continere posset Episcopos, ne rursus ingruente Arianorum toto orbe procella quærentur; hac iacta anchora, Catholica eosdem communionem (si tamen satis esset) voluit confirmasse. Quis autem non est gauisus de tanta & tot Episcoporum inter se concordia? Quis Deum non glorificauit, conspecta in Synaxibus tanta popularum lætitia? Quot igitur inimici simultatem depulerunt; Quot prius infesti, odio Athanasium, iteà dilexerunt; Quot palinodiam suorum scriptorum cecinerunt; Multi qui vi, non uoluntate apud Arianos agebant, noctu ad Athanasium uenientes, sese ei purgabant, hæresimque; simul a themate execrabantur; & veniam de infidijs & calumnijs suis postulabant: corporibus quidem se apud illos apparere, animo autem cum ipsius Synaxin facere, & semper cum eo esse, postulantes hac in re fidem sibi haberi.



Hæc cum audirent & conspicerent sententiæ  
Eusebianæ, hæreseosq; successores, q̄ in Synodo  
depositi exauctoratiq; ei ar, magno pudore suf-  
fundebantur; deinde cum viderent tantum cum  
Athanasio animorum cōsensum & pacem agita-  
ri (erāt enim plures in hoc numero quā quadrin-  
genti Antistites) metu inuidiaq; anxij fuere:  
tum quod tot Episcopi cum Athanasio commu-  
nionem fouerent; tum quod formidarent, ne,  
quos ipsi deceperant, à se deficerent, & huic vna-  
nimitati communioniq; sese adiungerēt; ne uē,  
quod futurum videbatur, de eorum hæresi iā ubi-  
q; famosa triumphus ageretur, & trophæa ex-  
citarentur.

Hoc eodem tempore missa est à Magnentio  
tyranno, qui Constantem necâr, ad Constanti-  
um legatio: fuerunt autem ad hoc opus delecti  
qui maioris nominis esse in Gallijs videbantur  
Episcopi; nēpè Seruatius & Maximinus; ille Tun-  
grensis, iste Treuerensis ciuitatis Antistites, qui-  
bus additi Comites duo, Clemens & Valens: Ap-  
pulere hi Alexandriam, Episcopi verò Legati,  
anteà Athanasio in Gallijs, & in Sardicensi Con-  
cilio cogniti, quique & de eodem Athanasio à  
sua Ecclesia eis cō fuerant optimè meriti; ab eo  
(ut par erat) in Ecclesiasticam communionem  
sunt accepti: qua quidem ex re aduersarijs nouas  
in Athanasium ipsum struendi calumnias ansa  
subministrata est; quasi Athanasius per eosdem  
Legatos scripsisset ad Magnētium, aduersus Cō-  
stantium Imperatorem. Qui quidem interim  
non semel sed iterum, immò tertio ad Athana-  
sium scripsit; promisitq; se nunquam mutatu iri;  
eundēq; bono animo esse debere; nec permissu-  
rū, à quoquā perturbaretur, sed eū in Ecclesia  
sua

Hh 2

sua

Inuidia ex-  
agitat Arianos.

Legatio  
Magnentij  
Tyranni ad  
Constantium  
Imperato-  
rem.

Vndè noua  
calumnia in  
Athanasiū  
comparata.

sua cum omni securitate mansurum.

Athanas. A-  
lexandriam  
reversus se-  
per opeto-  
sus.

His igitur Constantij litteris Athanasius com-  
munitus, ad triennium in sua Ecclesia perseverare  
quo tempore totus erat in sacris Synaxibus cele-  
brandis, & in concilijs Episcoporum congrega-  
dis: in quibus, tum decretis Episcoporum qui Sa-  
dica conveniant; tum Concilio Hierosolomitico  
à Maximo coacto congruetia fanciuit. Sed plura  
memorable est, ad eum auctam esse Alexandriam  
ius aduentu & commoratione fidelium multitu-  
dinem, ut populum Ecclesie antea erecte non ca-  
perent: ita ut opus fuerit, solennitate Paschalis  
recens à Constantio extructum templum petere  
cum nondum tamen esset dedicatum. Hoc per-

Alia orrerit  
ab Arianis  
o'casio A-  
thanasium  
accusandi.

monuit vehementer animos Arianorum, ut eum  
aliam in eum calumniam compararent; quod  
ausus esset absque Constantij iussu in ea Basilica  
sacra facere, & (ut dicebant) eiusdem ecclesie  
ipso inscio celebrare. At Constantius, quod gra-  
uioribus Romani Imperij periculis vigerent  
contempsit omnia quae in Athanasium ab adu-  
sarijs inferrentur, immo eum ab omnibus tunc  
redditum in omnibus voluit; haud putandum

Constantius  
Imp simul  
se fauet A-  
thanasio.

quidem pietatis ergo est ut potest qui nunquam  
consuetudine Arianorum Episcoporum tum abstinere  
sed potius, quod haud videretur tempus oppor-  
tunum aduersus Athanasium inire certamine  
reddere sibi Aegypti populum Christianum ad-  
fensum: qui erga Athanasium propensior esse

Acacius co-  
ep. Athana-  
sio inlargit.

Contigit vero paulo post, ut defuncto Maximo  
Hierosolymitano Episcopo Athanasius in  
dositro, Acacius Episcopus Cæsaree, Palesti-  
nae totius metropolis, inter Arianos Episcopos  
facile princeps, & apud Constantium plura  
mum valens, atque ab eo praeter ceteris in honore

habitus, cum alias multas Ecclesias, tum etiam Hierosolymitanam inuaderet, rebusque prospere relatus, maiora auderet; nempè Athanasium ab Alexandrina Ecclesia exturbare: reque communicata cum suis, iidem omnes id ipsum perficere nituntur auxilio Constantij Imperatoris. Et primum quidem Ursacio & Valenti Episcopis, qui paulò ante Arianam hæresin abiurârunt, persuadent, ut mutato proposito, quasi canes ad proprium vomitum reuertantur, & ut suos in pristino impietatis luto denuò se voluant; causantes, poenitentiam, quam simulârunt, ex metu Constantis religiosissimi principis exortam esse: sicque iidem iterum Ariani facti, nihil in tam futile causatione fingenda comminiscendaque erubescere. Vnde & Ariani exultabundi, inito consilio, Imperatorem Constantium, grauissimis externis alioquin admodum distractum negotijs aduenies, istiusmodi compellantes verbis eracerbauerunt; Eriam tunc ô Auguste cum primum deprecemur, fides nobis habita non fuit: denûciamus enim iâ tunc, cû reuocares Athanasium, quod illa ipsa reuocatione nostram hæresin tolleres: cui ille ab initio se aduersarium præbuit: neque ynquam eam desinet anathemate persequi. Quin iam quidquid terrarum est, seripis suis quibus nos impetit, adimpleuit: & & serè omnes cum eo communione sociantur. Ex his autem qui nostræ factionis esse videbantur, alij sese illi adiungere: alij id ipsum iam iam facturi existimantur: nos interim destituti desertique relinquimur; neque leue periculum est, ne hæresis nostra palàm innotescat: ac deinde tu nobiscum hæreticus iudicaris: quod si sit, vide ne cum Manichæis in eandem classem cõ-

Ursacius & Valens Episcopi rugsum sunt Ariani.

Ariani Constantiũ imp. in Athanasium conelant.

Hh 3

puce



putemur. Age igitur, incipe eos persequi; & suscipe patrocinium tuæ sectæ: siquidem illa summe Imperatorem agnoscit.

Constantij  
Imp. incon-  
stantia.

Constantius igitur cum in expeditione iret aduersus Magnentium, videretque Episcopum cum Athanasio communionem, quasi ignis fucus, sententiam suam mutat: nihil iam iurandi memor, suarumque litterarum oblitus, deuictis siquidem Magnentio Tyranno concepit in Athanasium indignationem lento gradu coquebat in stomacho. Non enim palam aggressus est eum persequi: suam namque in hac inconstantiam idem Constantius erubescibat.

Fraus Aria-  
nerum in  
Athanasio.

At moram eius Ariani ipsius ministri persequi, litteras simulant Athanasij ad Constantium, quibus eum rogaret, vt proficiscendi in Italiam sibi facultas impartiretur, ad ea instauranda, quæ ibi deficere videbantur: cum ad eundem Constantius ipse rescripsit, & pro itinere commode conficiendo diploma dedit. Hac igitur artu scelerati illi tentarunt Athanasium ab Alexandria dimouere, quasi à Constantio litteris vocatus esset: ille verò cognito dolo, nequaquam idè voluit proficisci; ilicò Imperatori illam imposturam insinuâs; eos nempe eadem fraude finxisse, qua calumniam de abominando & de Magnentio (nempe quod Athanasius litteras sollicitasset eundem Magnentium in Constantium.)

Contigit verò paulò post Iulium Romanum Pontificem ex humanis excedere. Cum autem orientales Episcopi Ariani cognouissent de morte eiusdem (quem sibi aduersantem in omnibus vehementer experti erant) rursumque accepissent nuntium de subrogatione Liberij, collectis

sue communionis Episcopis, Concilium ha-  
 bent: ex quo dant litteras ad eundem Liberium,  
 quibus Catholica ab eo vnitatis communionem  
 exposcunt, atque iisdem quoque Athanasium  
 accusant. Verum eodem ferme tempore red-  
 dit sunt eidem Liberio Romæ litteræ ex Synodo  
 75. Aegyptiorum episcoporum pro Athanasij de-  
 fensione. Quibus ipse acceptis ex utraque parte  
 epistolis, eisdemque recitatis in Concilio tunc  
 Romæ collecto, negatum est Arianis quod à Li-  
 berio postulabant. Nè tamen eiusmodi occa-  
 sione Constantius Imperator (cuius voluntate  
 cuncta ista fieri sentiebant omnes, qui in ea-  
 dem Synodo cum Liberio erant) in Romanam  
 Ecclesiam grassandi ansam arriperet: illud  
 tunc ibi ab eis decretum fuit, vt legatio ad i-  
 psam Constantium mitteretur de cogendo Con-  
 cilio.

Cuius parta paulò post de Magnentio victoria,  
 plane accidit secundum illam antiquorum sen-  
 tentiam, tam gentilium quam Christianorum  
 consensu receptam, qua dicitur: Nihil infelicius  
 felicitate peccantium. Quippè qui Arianæ im-  
 pietati (prò nefas) tantam victoriam, qua si-  
 bi vniuersum Occidentale Imperium vendi-  
 cavit, acceptam retulit impiè; quam in vltio-  
 nem seuissimi tyranni DEVS illi concesserat.  
 Siquidem qui visus est hætenus fauisse Arianis  
 postea ad eò excoluit ipsam hæresin, cuius causa  
 Orientale videbatur imperium, cui Magnentius  
 inhiabat, liberatum, & Occidentali se auctum,  
 vt nihil apud eum antiquius fuerit, quàm de ipsa  
 bene mereri, & longè lateque in vniuersum Ro-  
 manum Imperium propagare: quod, dum  
 vivit, pro viribus præstitit. Etenim cum audis-  
 set

Hh 4 set non

Ariani quid  
 ad Liberium  
 Rom. Pont.  
 Iulij successorem.

Constantius  
 Imp. ex pro-  
 speris sit de-  
 terior.

**Constantij  
furor in  
Athanasium  
conuersus.**

**Legatio Li-  
berij Papæ  
ad Constanti-  
um.**

**Concilium  
vel potius  
Conuenticu-  
lum Ariano-  
rum Arca-  
di.**

**Vincentius  
Legatus &  
alii, coacti  
subscribunt  
damnationi  
Athanasij.**

**Secunda lega-  
tio Liberij  
ad Constanti-  
um de co-  
gendo Con-  
cilio.**

set non ex Arianorum sententia euenisse, ut à Li-  
berio Papa ipsi ijdem Ariani in communionem  
acciperentur, atque Athanasius damnaretur, in  
furorem exarsit; publicoquæ mandauit edicto, ut  
qui in damnationem Athanasij non subscribere,  
in exilium pellerentur: quibus auditis, Liberius  
Papa de cogendo Concilio ad eum legationem  
mittit, quò ipsum ab eo incepto furore placare  
posset: eo enim remedio anteuertere conatus est  
imminentem, non tam aduersus Athanasium, quam  
vniuersam ecclesiam catholicam ac presertim  
in occidentales orthodoxos Episcopos, persecu-  
tionem. Cum autem Apostolicæ sedis Legatus Vin-  
centius atq; collegæ, Arelatem ad Imperatorem  
Constantium peruenissent, inuenerunt ibi com-  
plures Arianæ factionis Episcopos, & aliquos  
occidentales, quos ijdem per Constantium in  
suam ipsorum communicationem pellerant,  
ac ad Athanasij damnationi subscribendam co-  
pulerant: Quin & ipse Vincentius primarius A-  
postolicæ sedis Legatus, eorundem importunitate  
& Constantij victus imperio, tandem (per  
dolor) sic deceptus atq; coactus id ipsum præsi-  
tit. Verùm in lapsu continuit gressum, ne in pro-  
fundum præceps deferretur impietatis; nam  
sic ipse subscripsit in Athanasium, ut factus quo-  
que fuerit proditor fidei, & perpetuo Arianis  
adheserit, sicut quidam: quippè qui postea aduer-  
sus eosdem pro tuenda fide Catholica peruen-  
rauit in fractus.

Porro Liberius Papa auditis ijs quæ prioribus  
à se missis Legatis ad Constantium contigissent,  
aliam rursum legationem ad eundem summa co-  
leritate misit. Cum enim edicto Imperatoris co-  
gerentur Episcopi occidentales ad subscribendam

dem late ab Arianis sententia in Athanasium,  
 & ingens ea ex re naufragium Catholicæ Eccle-  
 siæ immineret; ut hæc in Coneilio Episcoporum  
 examinentur, Romanus Pontifex litteris ad  
 Constantium in Gallijs agentem datis, eadem  
 legatione postulavit: ratus fore, ut cognita ex  
 confatis in Athanasium calumnijs Arianorum  
 perfidia, tum à subscriptione in ipsum Athana-  
 sium, tum à communicatione cum Arianis, ac  
 multò magis ab eorum hæresi, occidentales om-  
 nes procul abhorrerent Episcopi. Et quidè Con-  
 stantius Legatorum petitioni annuens sequenti  
 anno Synodum Mediolani indixit; longè alio  
 sanè intentione, nempe, ut in vnum Catholicos  
 omnes, quos posset, ita conuocaret Episcopus, ut  
 sic in locum vnum includeret, vbi ipse præsens  
 ad subscribendum in Athanasium, adhibita vi  
 quoque compelleret; quod & infelicissimè præ-  
 stitit. Concilio igitur Mediolani conuocato, ex  
 oriente pauci Episcopi illò aduentarunt; prop-  
 terea quòd alij morbo, ut est verisimile, præpe-  
 ditici, alij itineris longitudine deterriti, eò acce-  
 dere recusabant; at Episcoporum occidentis ibi  
 congregati fuere trecenti & amplius. Verùm  
 quantumlibet istiusmodi Episcoporum conue-  
 tus; ecclesiastici Concilij nomen præ se tulerit,  
 verius tamen dicenda fuit tyrannica còsultatio,  
 coniuratio Ariana, factio sceleratorum, conspi-  
 ratio impiorum, atq; ut proprius dicam, publi-  
 corum latronum violenta grassatio; quippè cui  
 præsideret vnà cum satellitio hæreticus Impera-  
 tor; vbi Arianis totum concessum; Catholicis E-  
 piscopis denegata omnia; suffragia vetita vel in-  
 terdicta, vilipensa; vbi præsidè essent satellites; &  
 parati astarent commentarienses atque expediri

Peruersa Co  
 stantij in-  
 tentio.

Concilium  
 Mediolanè  
 se indictum.

Synodus  
 Mediolanè  
 sic dicenda  
 factio sceler-  
 atorum.

Hh 5

lic



lictiores; vbi non sacri sancirentur canones, sed Episcoporum degradationes; exiliorumque scriberentur & subscriberentur sententiæ: vbi demùm nihil nõ auderet Ariana procacia, & nihil valeret Imperatoria vi suppressa Orthodoxorum constantia atque in dicendo libertas.

**Adnētus** legatorum ad synodum.

Istæc omnia antea odorati Apostolice sedis Legati, Lucifer episcopus Calaritanus atque collega, nec non Eusebius Episcopus Vercellensis, illò venire detrectantes, venire tamē postea in se, tandem Mediolanum aduenere: vbi illic contentus idem Eusebius vt in Athanasium subscriberet, ait, de sacerdotali fide prius oportere constare: compertos sibi quosdã ex ijs, qui ad hæreticam labe pollutos. Expositam itaque hanc apud Nicæam posuit in medio: spondens omnia quæ postularent esse facturũ, si pro fidei professione scripserint; quod & ceteri orthodoxi iustitantes testati sunt coram Imperatore: eximiam animi libertate docuere falsos esse Athanasii persecutores, neque vltius eorum dictis habent esse fidem. Hæc cum audisset Constantius, & rectè dicta pro contumelia accepisset, illos quos in exilium eicere mandat: concitator autem Athanasium factus, atrocius in eum edictũ promulgat; nimirum & eum debere suas pœnas dare, & Ecclesias Arianis tradi; ijsque se liberum facere, vt agant quod velint. Vnde nonnulli Episcopi consternati, Athanasij damnationi conlaserunt; sperantes ipsius cõdemnatione conlertum fore Ecclesiasticum bellum. Verum non libtis fuit Arianis, illos Episcopos ad subscribendum aduersus Athanasium adegisse; quin & eosdem vnã secum communicare pariter in adhibendo quod eum facere recusarent, eos vnã cum reliquis Episcopis

**Quid** in Synodo actũ.

scopus in scribere nicem sententias, in Porro rum hor illi ipsi a ris potest ad Praefectum hæcenus ratoris l daretur rum esse municat Notarij ni minas tes, vbi tra Atha cum Ari ren; po non coi suorum tium ne

**Cur** aliqui Episcopi cõsentiant damnationi Athanasij.

Et quid dente te scoporũ suam te rasset: n restitue quã iu cum Syn qui pried ex popu pluribũ ecclesie scapit



scopis insignioribus illis, qui in Athanasium sub-  
scribere noluerunt. Imperatoris sententiâ ab in-  
vicem separatos ad diuersa loca, post multas in-  
urias, in exilium misere.

Porro cum sic Constantius omnia pro Ariano-  
rum hortatu suggestioneque faceret, vel potius  
illi ipsi agerent, insultabantque in omnes, Cæsa-  
ris potestate succincti: Illic mandata litteræque  
ad Præfectum Aegypti missa, ut frumentum quod  
hactenus Athanasio ac suis ex Constantini Impera-  
toris liberalitate impendebatur, adimeretur,  
dareturque illis qui Ariana saperent, & ut libe-  
rum esset, contumeliam inferre in Athanasij cõ-  
municatores. Rursus ad alias partes edicta missa,  
Notariique præstito in singulis urbibus; & Palati-  
ni minas secum ad Episcopos & Iudices deferen-  
tes, vultu quidem de causa iudicaret, illi verò cõ-  
tra Athanasium scriberent, ut aut communionem  
cum Arianis haberent, aut poenam exilij sustine-  
rent; populi que qui ad communionem cum illis  
non coirent, vincula, contumelias, bonorum que  
suorum direptionem expectarent; neque nego-  
tium negligenter curatum est.

Et quidem Imperator cum eo modo, procedente  
tempore, subscriptiones plurimorum Episcoporum  
aduersus Athanasium extorsisset, quasi iam tot  
suffragationibus sibi iustitiam comparasset: ne  
quid tyrannicè agere videretur, si quem restituendum  
curaret, iterum e sede pelleret, quasi iusto aduersus  
eum bello indicto mittit ad eum Syrianum Ducem cum  
militum legionibus qui pridem Parasceues intempe-  
sta nocte, cum multi ex populo cum clero in orationibus  
peruigilaret: pluribus quam quinque armatorum  
millibus ecclesiam inuasit, obuios primò quosque cõ-  
trudant.

Exiliū Con-  
fessorum E-  
piscoporum.

Constantij  
progressus  
aduersus Ca-  
tholicos.

Athanasius  
diram sub  
Constantio  
patitur per-  
secutionem.

cidantibus: deinde eandem propè inter se coler-  
 tis manibus, ne quispiam inde exiret aut elaber-  
 tur, cingentibus. Athanasius autem haud necru-  
 se ad necem quæri, in tanta tamen tribulatione  
 populum deserere absurdum ratus, rectius  
 esse ut pro alijs pericula susciperet, manebat  
 dens in cathedra sua: verùm tandem à clero po-  
 puloque coactus eandem relinquere, plerique  
 digressis, ceteris eos subsequenter sese immi-  
 cens, ac per milites omnes inoffensè transiens,  
 Domino duce & protectore: nihilque ipsius les-  
 tentibus, elapsus, fugge inopinatè improvise im-  
 petu, cuiusdam virginis domum est ingressus, sed  
 mox inde recedens, in solitudinem sese conluc-  
 ibi cum lateret, rerum, quæ post discessum suum  
 Alexandria vel alibi factæ essent, ignarus, con-  
 rickitanti Ecclesiæ suæ consulere, ad Constanti-  
 tium Imperatorem in Occidentem proficisci dis-  
 sposuit: verùm cum inter hæc accepisset nunci-  
 de tyrannide Constantij ubique grassante, nem-  
 pè de exilio Occidentalium Episcoporum: deinde  
 de cladibus Aegypti, Libyæ, immò totius orbis  
 Ecclesijs illatis, sententiam mutavit, ac in eremo  
 se continuit. Quo quidem tempore superstiti-  
 huc erat Magnus Antonius, quem saltem in  
 se, si manere apud eum diu non licuit: facile po-  
 tandum. Porro ad evitandos curiosissimè in-  
 gentes eum Arianos, perinde ac venaticos canes,  
 occultiores latebras ipsum quæsisse oportuit: ubi  
 usque ad Constantij obitum commoratus,  
 haud otiosus vitam transegit: ibi enim complu-  
 ra conscripsit, quæ ad roborandos in fide Catho-  
 licos, & lapsos erigendos, magnoperè conduc-  
 rent: quibus insuper ipse Arianos, & eorum fra-  
 ctorem Imperatorem, atque Præfectos impietatis  
 exco-

Athanasij  
 magnanimo  
 mitas.

Athanasius  
 fuga lapsus  
 in eremo  
 delitescit.

Athanasij  
 latebra in  
 eremo pro-  
 fectus.

Quæ ibidem  
 conscripsit.

encolentes magnoperè exagigaret. Tunc enim luculentam illam epistolâ elucubrauit ad omnes in eremo vitâ solitariam agentes. Nam quod nō liceret singulos inuisere, coramque (vt in opacis erat) cum omnibus sermonem habere; voluit ea nobili scriptione cunctis præstò esse, eosdemque nē ex aduersariorum calumnijs quæuis posset pallare tētatio, de cunctis, quæ ab Arianis aduersus Ecclesiam Alexandrinam gesta essent, reddere certiores: cū id complures ex ipsis magnoperè exoptassent. Tunc etiam cum durissimū nuntium accepisset de his quæ dicatæ Deo virgines passæ essent, acerbissimos casus iugiter lacrymis prosequutus, eas consolaturus, literas ad ipsas scripsit: quarum tantum breue fragmentum extat, apud Theodoretum. Quod insuper accepisset, Arianos ignauitæ & socorditæ nomine fugam suam infamare penes populum non desinere, calumniantes scilicet quod malæ causæ diffusus, maleque sibi conscius solum vertisset, nec ea ex parte optimi pastoris numeros explèssent, cuius muneris est animam suâ pro ouibus ponere: sed mercenarij cuius est sibi potius, quam ouibus cōsulere: Athanasius ipse tūc ad hos redarguendos qui, quod optassent illum occidere, ad eò agrè ferrent iam fuga lapsum, & è manibus ipsorum ereptum, egregium planè commentarium tum elaborauit: quo tēxuit Apologiam de fuga sua. Quod autem Arianis, & in primis ipse Constantinus Imperator, quò sua ipsorū facta aliquo prætextu iustitiæ obuelarēt, maledicta in Athanasium, vt impostorem & hominem omnium scelestissimum iactarent, immò & plura in eum etiam scriptis spargerent: quibus simpliciores fidē adhibentes possent in ipsum facilè cōmoueri: necessa-

Epist. ad Solitarios.

Litteras consolatorias ad virgines.

Lib. 2. ca. 14.

Ioan. 10.

Apologiam de fuga sua.



Item Apologia ad Constantiū.

cessariū eidē visum est, ad eundem Constantium Imperatorem scribere Apologiam, quę potius orasset, si licuisset, præsentem cōuenire, & coram dicere causam suam: in illa Apologia omnes calumnias quas in ipsum Ariani obiecerant per singulas, easdem confutando, recenset.

Magis Athanasius fugilatur.

Et quidem præter alias supra recensitas, hæc insuper tam Arianorum, quàm gentilium allegatione de eo erat vulgata calumnia; quod magis esset, atque augurandi calleret scientiam: cum prophetiæ dono imbutus, varia illis euentura, diuinitus sibi cognita, iisdem patefaceret. Eodem porro hoc quoque latebrarum eius temporis, sed vltimo fermè eius articulo, prolixiore pro se scripsit Apologiam, quam Secundam vocat, eandemque cunctis perspicuam & communem omnibus. Hicce vir sanctus latentis aduersus impios Arianos pugnavit armis; quibus illi confossi jaculis, maiori odio in eum accensi, ubinam gentium lateret, peruestigare sollicitius contati sunt, missis militibus eremum peruadentibus, & cuncta loca exquisita indagine perlustrantibus, & abdita quæque rimantibus: vnde eò loci profugiam qua siuit, vbi nec liberè aërè, nec frater

Athanasius Prophetiæ dono imbutus.

Athanasij Apologia II communis omnibus.

videre sibi liceret, vno excepto, qui ei necessarii ministraret, & epistolas ad eum, missas afferret. Præmia delatoribus proponerantur, si quis eum viuum; si id mirus, caput certè Athanasij detulisset. Ita totis regni viribus frustra aduersus eum, cui Deus aderat, certabatur. Interea vsque ad obitum Constantij quinquennio prope ita latuisse fertur in memorato loco; qui fuit lacus cisternæ veteris aquis sicca, instar illius in agro quoque positæ, in quam Ioseph à fratribus demissus est. Contigit verò interim sanctum Athanasium

Athanasij latebræ inaccessæ.

Athanasium sexennio apud formosissimam virginem latuisse (vt tradunt nonnulli) Arianorum

peruadentibus, & cuncta loca exquisita indagine perlustrantibus, & abdita quæque rimantibus: vnde eò loci profugiam qua siuit, vbi nec liberè aërè, nec frater videre sibi liceret, vno excepto, qui ei necessarii ministraret, & epistolas ad eum, missas afferret. Præmia delatoribus proponerantur, si quis eum viuum; si id mirus, caput certè Athanasij detulisset. Ita totis regni viribus frustra aduersus eum, cui Deus aderat, certabatur. Interea vsque ad obitum Constantij quinquennio prope ita latuisse fertur in memorato loco; qui fuit lacus cisternæ veteris aquis sicca, instar illius in agro quoque positæ, in quam Ioseph à fratribus demissus est. Contigit verò interim sanctum Athanasium

lum toto orbe conspicuum Antonium Magnum  
 et hac vita in cælum migrare, cum iam 5. supra 100  
 vixisset annum; qui moriturus nihil antiquius  
 habuit, quam fidem Catholicam suis præclare  
 testatam relinquere; de cuius fidei custodia eos  
 dem sapius antea admonuisset: sed & eius defen-  
 sorem gloriosissimum confessorem, voluit suis  
 exuijs honorare; dum Melotem & pallium tri-  
 tum cui superiacebat Athanasio dari mandauit:  
 quod ei nouum ipse detulerat. Et quidem Lega-  
 tarius, Antonium in Antonij muneribus ample-  
 ctitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, læ-  
 tanter vestimentum recordatur imaginem fan-  
 ctitatis.

Porro cum hæresis Macedoniana nuper exor-  
 ta increbescens fama aures quoque Athanasij  
 peruassisset; continuo, licet è latebris, ubi velut  
 sagitta in pharetra latitabat, & ipse primus ia-  
 cula intorquere aggressus est in monstrum: ut  
 quem acerrimum diuinitatis filij vindicem di-  
 uinos Spiritus constituerat, eundem quoque vo-  
 luerit esse suæ vnus cum filio & Patre substan-  
 tiæ defensorum. Quod scisset insuper Athanasij  
 Arianos fauore Constantij summa rerum iam  
 poteros, suam ipsorum perfidiæ professionem  
 tradidisse Catholicis subscribendam, additoque  
 eiusdem Imp. præcepto quamplurimos eandem  
 suæ ipsorum subscriptione corroborasse, sum-  
 mo dolore æstuans, clamat è deserto, ut leo rugit  
 è latu; dum quatuor pro veræ pietatis defensione  
 elaborauit atque edidit insignes orationes: qui-  
 bus Catholicæ fidei fundamenta stabiliret, & ad-  
 uersariorū falsitates retruderet. Extât illæ & sanè  
 magno Athanasio dignæ, Constantio autè Impe-  
 ratore Ariani hæresicos protectore ac promotore  
 per-

commentū  
 ceter illustr.  
 Baron.  
 a Gen. 37.

Obitus S.  
 Antonij Ab-  
 batis.

Athanasius  
 donatus, ab  
 Antonio  
 meliore &  
 pallio.

Athanasius  
 primus op-  
 pugnat hæ-  
 resin Mac-  
 donianam.

Hæresis Ma-  
 cedoniana  
 quæ.

Athanasius  
 è latebris  
 fauciat A-  
 rianos.

Corpus S.  
 Athanasij

**A**riano de-  
mortuo suc-  
cedit Iulia-  
sus postea  
Apostata.

perditissimo infelicissimè demortuo, cum Iulia-  
nus ipsius patruelis liberis Imperij nactus esset  
habenas, ilicò vt ipso regni sui exordio omnes  
còciliaret sibi fideles, exulem diu pacem Catho-  
licæ Ecclesiæ restituit ab acerbissimæ illa tor-  
anis per Arianos persecutione fugatam: nam qui-  
cunq; fuerant à Constantio Episcopi exilio cò-  
demnati, eosdem abolicis damnationis illorum  
tabulis, ad suas ecclesias postliminio redire pe-  
misit.

**I**ulianus re-  
stituit exu-  
les Episco-  
pos.

Magnus itaque Athanasius post sublatum diu  
morte Georgium, secundum ei in sedem Alexan-  
drinam ab Arianis surrogatum Antistitem, im-  
mersus è latebris, & è sepulchro, in quo seorsum  
mortuus viuens diu permanerat, velut è mor-  
tuis resurgens, perspicuus cunctis Alexandria  
venit: vbi quali triumpho ab Alexandria  
tholicis Christianis honoratus, quantaque suscip-  
tus sit gloria, illud tantum dixisse sufficiat: ne  
ipsum quidem Constantium Imperatorem patri  
honorificentia exceptum ac introductum fuisse  
æstimatum esse. Tanta erat viri huius apud omnes  
veneratio. Quid publicos plausus commemorat:  
& vnguentorum profusiones; & totam vrbem  
lumine coruscantem; publica item & privata  
conuiuia; cæteraque quibus argumenta lætæ  
ciuitates edunt: quæ tum illi abundè & super-  
quàm par erat conferebantur? Qui quidem Ec-  
clesiam adiens, primum omnium cunctis eam  
Arianæ hæreseos expurgat inquinamentis, ac her-  
dibus diluit: non tamen vitur flagello, sed ver-  
tatis argumentis ad persuadendum maxime ob-

**A**thanasius  
rediens A-  
lexandriam  
magna pò-  
pa suscipi-  
tur.

**Quæ** ibidem  
eius studia.

paratis. Tum inter eos qui dissiderent, pacem re-  
ciliat: oppressosque tyrannide liberat: & quo  
nihil antiquius habuit, prolapsam fidei doctrinam  
erigit: ac li-  
cæde labr-  
aris lumir-  
sum quoq;  
sæ statum  
sede Apsto-  
Rur su-  
indigno fe-  
randrinâ,  
eiusque re-  
fioentissim-  
& in eund-  
quod ille n-  
tilium sup-  
dem conue-  
Christiano-  
simulque  
sus ipsum  
gi, auaripi-  
starentur,  
thanasius e-  
tis, de expel-  
nos, tum ad  
necando re-  
Athanasius,  
dinem Chr-  
fundentem  
entim est, q-  
primum si-  
indè se sube-  
navigio, re-  
rem iustus e-  
suga certio-  
cum quida-  
tilet, dicer-  
enigw

erigit ac liberè rursus Trinitas prædicatur super  
candelabrum posita, splendidoque vnus diuini-  
tatis lumine animas omnes collustrans. Conci-  
lium quoque Alexandriae congregauit, ad Eccle-  
siæ statum collapsum restitutum: quod & à  
sede Apostolica confirmatum fuit.

Concilium  
ibidem ce-  
lebrat:

Rursum verò qui erant Alexandriae Ariani,  
indigno ferentes animo, eum denuò sedem Ale-  
xandrinâ, ex qua sæpe eiectus fuerat, recepisse,  
eiusque reditu redditam Ecclesiam Catholicam  
florantissimam; scædus ineunt cû gentilibus: quos  
& in eundem concitant, ea arrepta occasione,  
quod ille nobilissimas quasdam matronas Gen-  
tilium superstitioni additas, ad Christianam fi-  
dem conuersas, magno dedecore Imp. Iuliani &  
Christianæ religionis summa gloria baptizasset:  
simulque in eum communicato consilio, aduer-  
sus ipsum ad Iulianum litteras dant, missi & Ma-  
gi, aurospices & angeres: qui omnes simul conte-  
starentur, nihil prosperum successurum, nisi A-  
thanasius expelleretur. Quibus Iulianus accep-  
tis, de expellendo eo ab vrbe, cûm ad A lexandri-  
nos, tum ad Ecdicium Aegypti Præfectum de eo  
necando rescriptum dedit. Quod vbi intellexit  
Athanasius, fugamque iniciturus videret multitu-  
dinem Christianorum circa se lachrymas pro-  
fundentem; Bono animo, inquit, estote nebula  
enim est, quæ breui euanescet: sicque, Ecclesia  
primum fidelissimis amicis commendata, clam  
indè se subduxit; repertoque ad ripam fluminis  
navigo, restâ in Thebaidem traiecit. Qui au-  
tem iustus erat vt eum occideret, factus de eius  
fuga certior, quantum potest, persequitur. At  
cum quidam ex familiaribus Athanasij anteuer-  
tisset, diceretque hominem eû properè persequi

Ariani mo-  
uēt gentiles  
in Athana-  
sium.

Athanasius  
Alexandria  
fuga lapsus,  
eludit qua-  
rentes se:  
clan. que ré-  
uersus ibidē  
latet.



nonnulli qui comitabantur orabant, ut de via in solitudinem deflecteret. At ipse dat mandatū gubernatori, ut nauigium versus Alexandriam dirigat. Sic igitur illis ei, qui persequeretur, obviam factis, venit homo ille, qui mandatū de interficiendo Athanasium acceperat: sciscitaturque quātum inde abesset. Cui Athanasius respondet, cum non longe abesse; sicque dimittit: ipse autem redit Alexandriam, atque reliquo tempore, quo vixit Iulianus, ibi delituit.

Athanasius  
persecutiōe  
gloriosior.

Iouianus  
succedit in  
Imperio Iu-  
liano.

Athanasius  
& alij ortho-  
doxi episco-  
pi extorres  
restituuntur.

Et quidem inde maiora fuere Athanasio trophæa victoriæ comparata; ut post alios Imperatores, Iulianum quoque aduersarium experiretur: eumque Christi virtute prosterneret. Primū namque sub Constantino Magno, deinde Iuliano eius Constantio; demum sub Iuliano quoque vltimè certauit: quibus prælijs non solum potentes ipsos duos Principes impios superauit, sed & sub illis militantes Ethnicos idolorum cultores, Iudæos & Arianos. Cui nouissimo, Iuliano nimirum perfidissimo Apostatæ, diuina indubite in eum animaduertente vindicta, in bello Persico extincto, Iouianus Christianæ religionis sanctissimus successit, qui ut præclarissimum sui Imperij fundamentum iaceret, rectamque legum institutionem, vnde conueniebat, auspicaretur: cum omnes alios Episcopos, tum Athanasium ante omnes; qui omnibus virtute antecellebat, & citra dubitationem vllam, pietatis causa plus vexatus fuerat, ab exilio reuocat. Quin etiam fidei nostræ veritatem à multis laceratam & perturbatam, atque in diuersas opiniones partesque distractam sibi tradi postulauit: ut maximè quidem vniuersus Orbis, si fieri possit, in fidei negotio consentiret, spiritusque auxilio in vnum coiret; sin minus



ipse certè optimè parti sese adiungeret, simulq;  
 & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet:  
 certè simul & magnificè de rebus maximis cogi-  
 tans. Quæ Athanasius mox vbi intellexit, si-  
 mulq; Imperatoris eiusdem litteras accepisset,  
 quibus se fidem Catholicam ab ipso edoceri vel-  
 le significabat: euestigio primarios Episcoporu  
 Orthodoxorum sibi subiectorum, ad Synodum  
 conuocat Alexandrinam. Vbi cõmuni concilio  
 decretum est, vt scripto libello Catholicæ fidei  
 mitterent ipsum ad nouum Imperatorem, nè il-  
 le (vt Constantio accidit) ab hæreticis præoccu-  
 paris in impietatem transuersus penitus agere-  
 tur. Periculum igitur Athanasius anteuertere o-  
 mini celeritate procurans: scriptum eiusmodi in  
 Synodo libellum misit ad Iouianum Imperato-  
 rem: qui eodem perlecto, multũ in cognitione,  
 quam de rebus sacris imbiberat, confirmatus: er-  
 ga eisdem feruentiori exardescere cepit amore.

Quidam verò Arianorum Episcopi in hæ-  
 resis pertinaces, conati sunt ab amicitia & cultu  
 Athanasij Imperatorem erga eum propensorem  
 diuellere: plurimas in eum accusationes planè  
 calumiosas inferentes. At vir sanctus inito cum  
 suis consilio Antiochiam ad Iouianum, litteris  
 Imperatoris euocatus, se conferens: ab iisdem  
 penitus se expurgans, præsentis congressu & col-  
 loquio Imperatori se carissimum reddidit. V-  
 bi verò res communes orthodoxæ Ecclesiæ, quo-  
 ad eius fieri poterat, ritè constituisset, ab eodẽ ad  
 propria remissus est cũ mandato, vt quo sibi libe-  
 ret modo, Ecclesias sibi subditas & populũ rege-  
 ret: plurimum quidem ab illo tum ob virtutem,  
 qua præditus erat, tum ob vitam piè actam, tum  
 demique ob prudentiam præstantiamq; doctrinæ

Athanasius  
 ex Synodo  
 Alexandri-  
 na fidei con-  
 fessione ad  
 Imper. mit-  
 tit.

Ariani Atha-  
 nasium Im-  
 peratori cri-  
 minantur.



Valens Ioni-  
ano suc-  
cedens factus  
Arianus ex-  
agitat Ca-  
tholicos.

laudatus. Et quidam cum Ioniano Imperatore è  
viviis paulò post sublato, Valens à fratre Valenti-  
no Imperij Orientalis suscepisset gubernacula,  
precedente tempore ab Ecclesia Catholica de-  
scissens & Arianis adhærens, vehementer admo-  
dum persecutionem aduersus Episcopos Orien-  
tis Catholicos excitat, edictumque promulga-  
t, quo aduersantes sibi Episcopos Ecclesijs spoliari,  
vertereque solum in exilium iubet. Proinde  
huius edicti auctoritate Aegypti magistratus im-  
pulsus, Athanasium Ecclesijs illius regionis pri-  
uare, & vix Alexandria eis ere labora. Ni  
littera Imperatoris non leuem cõplectebatur  
pœnam: sed omnibus ex æquo magistratus &  
militibus quoque illis subiectis, qui etiam co-  
rijs ingentis pecuniae multam irrogabant, &  
corporis præterea cruciatum minabantur, ad  
imperata facerent. Itaque multitudo Christiano-  
rum in vnum coacta postulabat à Præside, vt non  
temerè & inconsultò Athanasium vix exuiba-  
ret: at consideratè procederet. Quod cum ei pre-  
suadere non possent, restiterunt eius conatibus,  
& vim Episcopo afferri non permiserunt. Quia  
cum populus vndique conflueret, ac ingens  
multus ac turba cerneretur, ad id vt omnes sedem  
nem futuram expectarent: illic Præfetes de hinc  
Imperatorem facit per litteras certiorari, me-  
rim Athanasium in vix manere sustinens. Multi-  
tis verò diebus intermissis, cum iam tumultus  
videretur sedatus esse: Athanasius clam ex vix  
egreditur, & in locum quendam separatim  
abdedit. Nocte verò intempesta Præfetes Aegypti  
& præfectus præsidiariorum militum, ad Eccle-  
siam, in qua domicilium habebat, contendunt.  
Eò cum peruenissent, & illum in tabulatis que-  
runt.

Athanasius  
dicitur  
à populo  
contra Va-  
lentem.

Athanasius  
latebras ca-  
pitat.

fuissent, cōsilio quod intenderant, frustra suscep-  
 tos, inde recedunt. Quod verò vir sanctus tam  
 opportuno tempore, tum præcognouerit insi-  
 dias tum virârit, maioris videtur esse prouiden-  
 tiae, quam quæ homini attribui queat. Sunt autē  
 alij, qui dicunt eum cum mente perciperet tem-  
 merarium populi tumultū, & vereretur ne cla-  
 dis, quæ indè fortè accideret, ipse auctor & cau-  
 sa videretur, roto hoc tempore in patris monu-  
 mento diluuisse.

Valens verò Imperator haud diu pōst seniori  
 vsus cōsilio; vel quod opinionem de Athanasij  
 virtute omnium animis insitam non parui æsti-  
 maret; quodque verisimile erat, Valentinianum,  
 cum fidem Concilij Nicæni propugnaret, ipsum  
 hac de re incusaturum: vel quod metuebat, ne  
 cum tam multos Athanasius haberet fautores,  
 tumultū eius causa cierent, & res nouas nō sine  
 Republica damno molirentur; scripsit litteras,  
 ve Athanasius rediret, Ecclesiam quæ denuò ca-  
 pesseret. Qui ethi exindè, in sua Ecclesia absque  
 vexatione quietè permiffus fuit agere: Ecclesiæ  
 tamen sibi subiectæ à Præfectis eorum prouin-  
 ciarum nonnihil vexatæ sunt; & inter alias Ec-  
 clesia Libyæ à quodam Præfecto Cappadoce, ho-  
 mine moribus deprauato, licet fide Catholico,  
 labefactata est: quem in deteriora prolabentem,  
 nec mores emendare curantem Athanasius sen-  
 tentiâ excommunicationis perculit; scripsit quæ  
 ex more publicas litteras, quibus significaretur,  
 ne qui excommunicatus ab ipso esset, ab alio vs-  
 quam Episcopo reciperetur. Diuina reuerà fa-  
 ctum est prouidentia, vt post tot tantaquæ alia-  
 rum Orientalium Ecclesiarum naufragia liber  
 relinqueretur Magous hic, qui videbatur esse

Athanasius  
 ad suam se-  
 dem redire  
 iubetur.

Athanasius  
 excommu-  
 nicat Præfe-  
 ctum Libyæ

Immensi labores eius pro ecclesia.

columna, Athanasius; cuius labores his temporibus pro Dei Ecclesia toleratos narrare quibusnam vnquam pro dignitate sufficere quibus quoque contigit, Melaniam, nobilissimam mulierum Romanarum, Marcellini quondam Consul filiam peregrinantem a Alexandria peruenire: quam Athanasius summo humanitatis officio excipiens donauit pelle ouina, quam dono acceperat à Macario Abbate oblata ipsi munere à Leone pro gratiarum actione de cæculis cæcis ab ipso luci redditis.

Benignè suscipit Melaniam.

Athanasius nunquã cõdignè laudatus.

Cæterum prægrandis quidem liber conficiendus esset, si omnes præstantissimi huius Præfatis laudes à Patribus editas, quis simul in unum congereret: cum nihilominus impar sit omnis lingua ad celeberrima eius recensenda certamina, pro fide suscepta: vt nullus alius (fideles dicam) sit inueniri post Apostolos in Ecclesia Dei, quia acerbiora diuturnioraq; subierit pericula pro eadem tuenda, ac Magnus hic immo maximus Athanasius, quem Gregorius Nazianzenus, in oratione quam habuit in laudem Hieronimi, post alias laudes, oculum orbis sacerdotum Antistitem, confessorem, ducem & magistrum, sublimem vocem, fidei columnen, secundam CHRISTI lucernam, ac præcursorem appellat. Qui tandem quadragesimo sexto sacerdotij sui anno plenus dierum solutus carnis vinculis, accepturus immortalitatis coronam, Patribus suis Patriarchis, & Prophetis & Apostolis, & Martyribus, qui pro veritate dimicauere adiunctus est: excellentiori honore in discessu decoratus, quàm quo in ciuitatis ingressibus cumulatus fuerit. Sic nimirum è vita migrans: vt copiosos Orthodoxorum lachrymarum

Felicissimus eius obitus.

ram imbres excitaret, maioremque ijs rebus que  
in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in o-  
mnium animis reponderet; ac quasi flagrantissi-  
mo quodam unguento ipsum cælum scriptis  
suis exhilararet. Reliquit siquidem præclara eo-  
rundem posteris monumenta: Duos nimirum  
aduersus Gentes libros; Contra Valentem & Vr-  
factum Anefites Arianos, Vnum; Et de virgini-  
tate, & de persecutionibus Arianorum pluri-  
mos, & de Psalmorum Titulis; Historiam Magni  
Antonij Abbatis vitam continentem; & Episto-  
las de festis diebus conscriptas; & multa alia,  
que numerare longum esset: de quibus magna  
aviditate perquirendis, perquisitisque colendis  
est illud præclarum Cosmæ Abbatis elogium:  
cū, inquit, inueneris aliquid ex opusculis S. Atha-  
nasi, nec habueris chartas ad scribendum, in ve-  
stimentis tuis scribe illud. Quare dolendum E-  
pistolularum eius factam esse iacturam. Grego-  
rius verò Nazianzenus eximius S. Athanasij en-  
comiastes probè sciens precibus sanctorum hic  
adiuari fideles; eundem eiusmodi interpellat  
Apostrophe; Nos autem vtinam ipse benignus è  
cælis aspicias, atque hunc populum gubernes;  
perfectum, perfectæ Trinitatis quæ in Patris &  
Filij & Spiritus sancti contemplatione percipi-  
tur & colitur adoratorem; meque si quidem res-  
piciat futuræ sint, in vita retinens, gregem me-  
cum pascas; si autem Ecclesia bellis flagratura  
est, reducas atque assumas tecum, & cum tui si-  
milibus colloques: tamen si magnū sit quod postulo.  
Venerandum verò sanctissimi huius Antistitis  
corpus Alexandria Venetias translatum, illic ho-  
norificentissimè asseruari etiamnum fama tenet.  
Porro cum olim vrbs Romana, Petri Apostoli  
Sedes

Præclara ei  
scripta.

Oratio in  
laudem A-  
thanasij.

Greg Nazian-  
inuocat S.  
Athanasij.

Sedes, Athanasio magnis oppugnationum procellis agitato tutissimus portus fuerit, & tanquam aylum & perfugium calamitatum omnium beatissimi viri: non sine diuino consilio factum videtur, ut fortissimus fidei defensor, Religionis in Oriente propagandæ, & Ecclesiasticæ vnionis conciliandæ causa, iterum quodammodo post annos mille ducentos & amplius ad urbem redierit, præclaro ei constituto domicilio. Gregorius siquidem 13. Pontifex Max. studiosissimus Catholicæ fidei propagator, cupidissimusque Orientalis Ecclesiæ vnionis & pacis, Romæ templum egregium S. Athanasij nomine construxit, collegiumque Græcorum instituit: vbi cõplures adulescentes bonis moribus, & Orthodoxæ fidei doctrina erudiuntur: ex quo seminario vberes quando pietatis fructus ad Orientalem Ecclesiã venturos, Dei benignitate, & S. Athanasij patrocinio sperare licet.

Magnificum  
templū Ro-  
mæ S. Atha-  
nasio erectū

C. Baron. in  
not. Mart.  
Rom.

VITA S. ANTONINI ARCHIEPI  
copi Florent. ex ea qua est iussu Clementis septimi Rom. Pont. à F. Vincentio Maiorido oratoris Prædicatorum exactè cõscripta. Migrans è corpore anno Domini 1459. Relatus autem in numerum Sanctorum, ab Hadriano Sexto Papa, anno 1523.

2. Maij.

Patria & parentes S. Antonini.

Antonius, qui propter staturæ breuitatem Antoninus vocabatur, Florentiæ honestis parentibus, Nicolao & Thomaſia, anno 1389. Urbano Sexto Pontifice & Venceslao Cæſare natus est. Nicolaus pater vir probatis moribus, Tabellionatus collegio, quod in vrbe Florentina haud contemnendo loco habetur, quæſtus præfuit. Ut primùm infanciam excessit, tanta cepit

primorū integritate ac præcipuo pietatis studio  
 florere, vt totius penè ciuitatis ora in se conuer-  
 terent. Annos natus quindecim, perfectioris vitæ  
 desiderio inflamatus, ad Ioanndomicum Florē-  
 tinum admirandis virtutibus & doctrina in pri-  
 mis clarū (qui ad radices Fesulanæ ciuitatis cœ-  
 nobium Diui Dominici à fundamentis excita-  
 to) profectus est, vt per eum ad idem vitæ insti-  
 tutum assumeretur.

Sed Ioanndomicus quamuis mirificè adole-  
 scentis indole, & acuto viuaciq̃ ingenio dele-  
 ctaretur, teneram tamen ætatem caufatus, & gra-  
 cile corpusculum miseratus, propositum eius di-  
 stulit. Cumq̃ ex eo num̃ literarum studijs ope-  
 ram daret, quæ reret, audiretq̃ eum in Pontifi-  
 cius sanctionibus voluendis, (quas in vnum volu-  
 men digestas, Decretum vocitant) sedulum esse:  
 Heus, inquit, fili reuertere ad paternos lares,  
 mox inter nostros admittendus, cū Decretum  
 totum ita excusseris, vt planè imbibiſſe videaris.

Putabat enim se ea ratione pueri ardorem tan-  
 tiſper temperaſſe, quòd non tam properè rot ca-  
 nonum poſſet immenſitatē & volumina deuora-  
 re. Sed Antoninus propositi ſui tenax, elapſo ſta-  
 tim anno Feſulas reuerſus, promptè & alacriter  
 ad omnia tanta facilitate reſpondit, vt iam non  
 exclusus, ſed iniecto regulari habitu attonſus,  
 annum agens xvj. intra Prædicatorū ordinem ad-  
 miſſus ſit.

Cumq̃ Feſulanum cœnobium nondū abſolu-  
 tum eſſet, mox Cortonā regularibus imbuendus  
 diſciplinis miſſus eſt, vbi iam tum radios doctri-  
 næ ac ſanctitatis emittere videbatur: quibus po-  
 teſt, quaſi iubar ſplendidiffimū tenebricoſas ho-  
 minum mentes illuſtrauit. Exaeto anno iurauit  
 in Præ-

Petit admit-  
 ti in ſocie-  
 tatem Domi-  
 nicanorum.

Induitur ha-  
 bitu S. Do-  
 minici.

Vigilia, studia & preces eius.

Multis coenobijs praesuit.

Vitae austeritas.

Insignis eius humilitas.

Item misericordia.

in Prædicatorum instituta, Fæfulasq; reuersus ocio perpetuum bellum indixit, prorsus vt formidare ac cibi parcissimus, aut in orationibus pernoctaret, aut certè lectioni & conscribendis, quos nobis tâta omnium ordinum atque adeò totius orbis utilitate reliquit, libris incumberet. At mirum profectò est, vt tâtulus homo grauissimis morbis ad mortem crebrò confectus, potuerit non dicà totò conscribere, sed vel per legere: præsertim cum profecturis plerumque fungeretur, quæ solù hominem & curarum vacuù exigere videntur. Romæ, Neapoli, Florentiæ, Senis, Caietta, Cortone, Fæfulis Priorem egit. Mox etiã Romanæ provincie ac Neapolitanæ Vicarium generalem, quod illi munus demãdatum fuerat, vt collapsas à peregrinis domos, in pristinum vitæ cãdorem reuocaret. Institutorum sui ordinis erat seruantissimus. Cõtinuo semper est vsus, sed & zona interdù ferrea, caninis cupiditates domabat. Humi accubans, aut tabulato illisus dormiebat: sed & frequenter intotò semet funiculo verberebat. Vt sacerdotio initiatus est, quotidie & ipse sacrificabat, & sacrificio etiã alteri deuotus adstabat. Eò humilitatis se abiiecit, vt Præfectus etiã coenobijs & promonacijs, culinã adiret, cacabos, ollas, athena mūditijs, & infimæ sortis famulis seruiret. Quod ipsi Pontificè ageret, non omisit. Iã verò quo charitatis & misericordiæ ardore flagrauerit, quis oratione consequi valeat?

Cùm aliquando puellam immanè lachrymantem, & querulas voces edentem conspiceretur, cognitaq; eiulatus causa, quòd capisteriũ capiti cum linteis lotis impositũ, casu repentino distingisset, blandè illam affatus, vt domũ ad matrem reuerteretur suasisit. Sed illa cum matris munita & m-



Et iurgia maximè timeret, Antonini non modò  
 uoces ad aures non admisit, sed etiã fuga sibi con-  
 silere uoluit. Tũ ille misericordia motus, ne quid  
 libis missella cõtraheret, & in apertũ salutis dis-  
 crimẽ cõijceret, acceptas capisterij partes, cùm  
 Iesu nomẽ inuocasset, factõ crucis signo itã coag-  
 mentauit, ut nulla in eo fracturæ indicia appare-  
 rent. Hęc illi ante initum Pontificatum prima  
 uirtutum tyrocinia fuẽre.

Interea Bartholomæo Zarabella, qui Florẽtię  
 Pontificiam dignitatem cum auctoritate tenebat  
 humanis rebus exẽpto, Eugenius Quartus Roma-  
 nę Ecclesię Pontifex, Antoninũ Archiepiscopũ  
 Florẽtinũ declarauit. Quod ut uir sanctus pri-  
 mũ intellexit, fugam statim animo uoluntate  
 cepit, tantãq; animi cõstantia ac ferè pertinacia  
 oblatę dignitati resistere, ut nisi diuina quẽdã uis  
 intercessisset, nunquã expugnatus ad consentien-  
 dam fuisset. Cũquẽ nullũ omninõ elabendi per-  
 fugiũ sibi reliquũ cerneret, ad Præfulatũ molã  
 uelut ad pilstrinũ se trahi passus est. Videre lice-  
 bat uirũ sanctum toto in terram corpore prostra-  
 tum, passisquẽ manibus collachrymantẽ, pasto-  
 ralem demũ sarcinam in humeros reclinare.

Ad Pontificatum autem euectus, qualẽ se præ-  
 stiterit, quãtũque suis temporis Prælatos uirtutũ  
 omnium splendore obscurauerit, non est nostrę  
 facultatis exponere. Itã enim totos xiiij. in Episco-  
 patu exegit años, ut in cæteris quoq; Magnũ Gre-  
 gorium, qui tantundẽ Romanę Ecclesię præsedidit,  
 sit uisus imitari. Primũ omnium in familia mo-  
 destiã præ se tulit. Plures enim, quam sex eosque  
 frugi ac temperatos domi non habuit, qui  
 uix obeundis negocijs præpositi possent suffi-  
 cere, omni luxu tam in victu suo suorumque,  
 quã

Eius egregi-  
 um miracu-  
 lum.

Designatur  
 Archiepis-  
 copus Flo-  
 rentinus,

Angusta fa-  
 milia & res  
 familiaris,

quàm in amictu refecato. Suppellex aut infra-  
mentum aliquod quid esset, nesciuit. Vnicum  
tantum mulum, eumque non coemptum, sed  
dono acceptum, ad extremas necessitates aluit:  
quo tamen non nisi senecta & occulta aegritudi-  
ne confectus, cum aliqùd proficiscendum e-  
set, uehebatur Familiam, quam crebrò ad Dei cultum  
hortabatur, et si non splendide, non parè tamen  
ali imperabat. ipsi parabili faciliqùe cibo con-  
tentus; durum tantùm & inexorabilem exactio-  
nem placare studebat.

Noctu ad matutinas laudes, vigilabat semper,  
quibus attentissima mente persolutis, quod reli-  
quum erat temporis ad horam diei tertiam aut  
Iectioni sacræ, aut eudendis libris impendebat.  
Hora tertia sacrificium, quod rarò intermitte-  
rebat. Peracto sacrificio reliquum diei tempus  
in obeundo pastoralis munere absumebat. No-  
mo erat tam vulgaris, cui ad eum non patere-  
ditus. Ingenio fuit humanissimo, ut nullum vo-  
quàm nè domesticos quidem, qui ob oculos quo-  
tidie versabantur, quamuis ob culpam acerbior  
verbo prosciderit, sic ut nè paululum quid com-  
moueri, nè dicam excandescere, etiam si id tri-  
ximè vellent, posse videretur; deniq; facilius in-  
disses gelidum marmor, quàm mitissimum vo-  
trem incallescere. Omnes omnium causas, non se-  
cerdotum tantùm, sed prophanorum quoque  
ad eum vertebantur. Aedes assiduo religiosorum  
vsi terebantur: qui frequentissimi aut elemo-  
sinas accepturi (cuncta enim in pauperes, pauperum  
pauperum erogabat) vel de rebus dubijs consul-  
turi, quasi ad castelle oraculum consuebat. Tan-  
ta enim prudentia & metis acumine atque adeo  
consilio pollebat, ut cuncti eum etiam ante Post-  
tina-

Ingenium  
placidissi-  
mum.

Antoninus  
Confessorum  
curie dicitur.

titatum Antoninum: Confiliorum appellaret.  
 Sicuti verò ab illis negociorum fluctibus es-  
 ferriatus, mirum quanto ardore ad litterarum  
 studia sacrarum, atque ad orationis ancoram re-  
 correbat. Mitto nunc præter quotidianum ho-  
 rorum munus, privatas preces & orationes, quas  
 pro varijs ecclesiæ necessitatibus offerebat: illū  
 mentis ascēsum, qui nullo labiorum motu nul-  
 lagenū fluxura eget, quis (quæso) satis explica-  
 bit? Nulla fuit unquam tanta negociorum moles  
 ut vel tantillum hominem Deo plenum retine-  
 re possit, quin in sublime totus speculatum cæ-  
 lestia raperetur, prorsus ut ipsa corporis moles  
 simul cum mente subleuata, in aëre pèdula ma-  
 neret. Quod quidem contrigisse constat, dum no-  
 stis ad imaginem crucifixi intrā cubiculum ab-  
 stus oraret. Accidit etiam cum die quodam ad  
 orationis secreta se conferret, ut ad sublimem  
 Crucifixi imaginem raptus, dulciter illud am-  
 plius stringeret, & oscula lateri de fesso fige-  
 ret. Hinc illa inter tot rerum fluctus, animi tran-  
 quillitas: qua usque adè præstabat, ut nulla un-  
 quam tanta posset perturbatione ac mundi tri-  
 cis irretiri, ut quoties vellet, non statim ad diui-  
 narum rerū theoremata rediret, & interna qua-  
 dam mentis dulcedine frueretur.

Severitati summam humanitatem & miseri-  
 cordiam semper copulavit: qua, in primis in er-  
 ratis sacerdotum utebatur. Ita factum est, ut oleo  
 clementiæ ad rigoris vinum adiecto, neque ad  
 delicta prorsus coniuveret, neque etiam ad vi-  
 vum vulnera resicaret. Quo temperamento pe-  
 ritus artifex vsus, Clerum, quem in omne fl. giti-  
 orum genus ferè prolapsum acceperat resump-  
 to quodam probitatis ac modestiæ nitore, in me-  
 liorem

Eius miræ  
 ecitates.

Rapitur sub-  
 limis ad cru-  
 cifixi imagi-  
 nem.

Fortitudo  
animi eius,  
in perferen-  
dis labori-  
bus.

Omnia pon-  
tificis mu-  
nia per se  
obit.

Eius mirā-  
acula.

Stérile mā-  
tronam, im-  
presso etu-

liorem formam restituit. Non frigora, nō ætus  
non pluuia, non turbines, nulla denique peri-  
cula præfulem morabantur, quò minus omnia  
sedulo & statim obiret: ita vt robustissimos iuue-  
nes, in perferendis laboribus, senex ipse & tenui  
valetudine superaret. Triennio ferè, antè quàm  
mundo excederet, cùm comperisset in maximo  
templo, diuinas laudes confusus, quàm paratè  
set celebrari: statuit eò singulis noctibus, ad mo-  
destiam exemplo magis quàm edicto docèdam  
se conferre. In proposito persistètem, nullis pro-  
cibus & hortatibus potuerunt duo ex domesti-  
cis sacerdotibus auocare, quin nocte quadam  
quæ ventorum turbine & pluuijs solito spere-  
ùs inhorruerat, ad ecclesiam illam fidei lectu-  
ritatis igne feruidus properaret. Omnia  
Episcopatus templa, non per vicarios, sed ip-  
se visitabat. Quas dùm obiret, signis numero-  
paucis ac magnitudine præstantibus illustrabat.

Ad Mugellanam vallem cùm venisset, ea Bo-  
noniam versùs ad radices Appennini iacet, cog-  
nito plebanum quendam graui ægitudine con-  
flictari, accessit: lectulo innixus, certis precibus  
cum intima pietate fufis, sanauit. Cùm ruralibus  
ecclesijs adhuc operam daret, Franciscus viri-  
moribus & litteris cultissimus, eum ad villam  
Castilionem benignè inuitauit. Annuic vir mo-  
tissimus, ibidemque nocte vna exacta, cùm po-  
stridè se ad iter pararet, Franciscus paucis eua-  
nescentis iam nobilis familiæ calamitatem appo-  
ruit, quæ vnum Dantem (is germanus erat) reli-  
quum haberet, vxori sterili copulatum. Pater-  
nam itaque sufficiens proli benedictionem  
daret. Marietta (id enim vxori nomè erat) ad pro-  
des procumbenti, impresso in frõte crucis signo

benedixit  
inde in d  
ma peper  
Floren  
Ordinem  
tercutis la  
lura eiu  
dubium, v  
descender  
uerat ad  
morbo co  
satis comp  
striges co  
ctulo, nu  
complexi  
tur: quæ c  
plorare.  
cùm fruct  
Antonini  
mater im  
lum orati  
cisset, ita  
num præ  
Non ce  
tina vrbe  
nigenitus  
genere co  
Pater pat  
dolori &  
fide, reli  
aduolat.  
Pontifex  
quenter fr  
tissimo p  
stueret,

benedixit: ex illo foecunda reddita, foeminā pri-  
cis signo, ef-  
ficat valdè  
foecundam,  
mo, deindè septem mares conspicua omnes for-  
ma peperit,

Florentiæ Elizabeth, tertium D. Dominici  
Ordinem professa, quæ ad sexennium morbo in-  
tercutis laborauerat, ad Antonini pedes prouo-  
luta eius benedictionem flagitauit. Accepit, ac  
cubium, vtra prior in eam, salus, an benedictio  
descenderit. Benedicto Tempore, Florentino. fili-  
us erat adhuc à maternis vberibus pendens; quo  
morbo constaretur, ne ipsis quidem medicis  
satis compertum; vt complures sentiebāt, quem  
striges cōpressum fascinauerāt Nunc enim è le-  
ctulo, nunc è cunis raptus, interdum à nutricis  
complexibus auulsus, nudo in pauimēto locaba-  
tur: quæ quis faceret, nullus vnquam potuit ex-  
plorare. In hunc ad usquè ferè medullas arefactū  
cum frustra medicorum tātata remedia vidisset,  
Antonini curatoris optimi orationum præsidia,  
mater implorauit. Ex eo cum acceptum sudario-  
rum oratione fusa super cubantem filium inie-  
cisset, statim restituta salute, omnes illæ dæmo-  
num præstigiæ diffugerunt.

Vide rem  
miram.

Non contemnenda nobilitate sunt in Floren-  
tina vrbe Filicarij. Ex ijs cuidam filius erat, vt v-  
nigenitus vnice dilectus. Is, dubium quo morbi  
genere correptus, misellus tandem exspirauit.  
Pater paternis effectibus victus, cum satis diu  
dolori & lachrymis indulisset, tandem armatus  
fide, relicto in cubiculo cadauere, ad Antoninū  
aduolat. (Is tunc in D. Marci coenobio nondum  
Pontifex habitabat.) Vbi accessit, interclusa fre-  
quenter singulis voce interitum filij sui pien-  
tissimo patri detexit, atque vt eum sibi viuum re-  
stitueret, flagitauit. Antoninus quauis sibi tātum  
vt iura

vt iura naturæ solueret, non arrogaret, homini  
tamen miserando ciulatu & luctu deformatum  
miseratus, obortis lachrymis ad Deum preces  
fudit; moxque blandè patrem affatus: Ne te, in  
plangore amplius conficias, nè te maceres. Ido-  
mum, & filium ad vitam iam reuocatum amplexare:  
Affuit dicto fides. Redijt, filiumque vitæ re-  
stitutum amplexatus est.

A teneris vnguiculis mirificè cum Antonino  
creuit miseratio. Florétina ciuitas, tamen multa  
Italię vrbes ingenijs, nobilitate, & opibus vel  
æquet vel superet, ob confertam tamen populi  
multitudinem, agri angustia mirum in modum  
premitur. Hinc fit, vt qui mercatura florere  
non iuuantur (quæ pars est populi multo mi-  
ma) aut nullis omninò aut exiguis agrorum pro-  
uentibus fulti, possint pro splendore natalium  
vitam agere: præsertim si quæ fuerint filiarum  
maturæ viro, maritis collocandæ. Huic vrbi in  
commodo Antoninus inprimis occurrendum  
putauit. Itaque viros duodecim statuit, quos à  
Martini liberalitate, D. Martini collegiū appella-  
uit. ij, quidquid ex ciuium collatione, in opor-  
tissimum coaceruare poterant, totum in  
pauperes, sine dolo, sine fraude, sola necessitate  
nulla carnis vel sanguinis habita ratione, dis-  
debant: in eos præsertim qui nobili progenu  
sanguine, emendicare stipem per urbem erode-  
cebant. Hoc institutum, labentibus annis tantum  
coaluit, vt eo sexcentis familijs, in totum vel in  
parte succurratur: in quod & bonam prouidentiam  
sui partem ipse contulit, & magistratum, alio-  
que tam ciues quàm externos, ad idem beneficium  
excitauit. Ipse præterea, si quædo aliquid in Chri-  
sti nomine peteretur, mira avaritate tribuere  
sua domi

Insigne mi-  
saculum:

Collegium  
S. Martini  
ab Antoni-  
no Florétina  
institutum.

Liberalitas  
eius in pau-  
peres.

domi non haberet, à proximis mutuo capiebatur: qui si recusassent, vestes, caligas, calceos, domesticam suppellectilem erogabat.

Accidit quandoque, cum sub manu tonsoris sederet (is Petrus appellabatur) ut civis quidam pre foribus stare nunciaretur, qui infimis precibus panem unum peteret: Antoninus ut petenti satisficeret imperavit. At minister cum tres tantum panes domi esse referret, diceretque commodum non esse ut alios pararet, vir sanctus nihilominus eum pauperi dari voluit. At illo abeunte, mox alij duo superuenere, quibus par largitate reliquos duos distribui iussit. Tum prefectus panariæ cellæ, bile actus, panes alios instanti prandio parare recusavit. Cumque iam tōso anxistire, Petrus recedere vellet, Antoninus eum ad prandium inuitavit. At ille, ecquid, inquit, me detinere vis, qui pane careas? Et Præsul: Ne queso diffidas, inquit, nam qui iumentis opportuno tempore escam tribuit, is certè nos homines pascere non negliget. Mox igitur mensam sterni, & præfectum panem apponere iubet. At illo nè micam quidem panis in arca esse dicente: Præsul, vade, inquit, & diligentius scrutare. Is accepta claue arcam adiens, dictu mirum, cãdido pane refertam reperit, quem angelico ministerio misericors Dominus ibidem collocãrat. Præter quotidianas eleemosynas, nummos aureos centum in Paschalibus celebritatibus, in subsidia pauperum & pietatis vsus erogabat, vsque adeo cauens nè quid ad futuri temporis vsu in arculas reconditū maneret, ut etiã eo vita functo, funeri sũptus necessarios defuisse certū sit.

Ac nè prodegisse fortunas Antoninum, sed pauperes recreasse cognoscamus, breuiter rem

Kk

gestam

Psal. 146

Panis diuinitus dati.

Obserua hic  
paupertatē,  
multis cau-  
sam eternę  
salutis esse.

gestam enarrabo. Ambrosiana fortē via, solenni die de more iter faciens, in pauperis tecti culmine adeste Angelos contemplatur. Rei admiratione percussus, cum domum introisset, vidit ac tres vnā filias reperit, nudis omnes pedibus & laceras: quæ vt paupertatis extremam iniuriam propulsarent, lanificio, seu textinæ (non enim habeo exploratum) certē operi nescio cui, honestæ virgines incumbebant. Antoninus qui tota misericordia redundabat, nē celebri die operam lanificio cogerentur dare, simul ex proximis commorantibus edoctus, esse probis moribus & ingenuis, statim iubet quantum sat esset, non modo ad inopiam fugādam, sed ad commodos quoque vsus erogari. Labente tempore, cum illic rursus iter faceret, iam non angelos, sed hominem videt fastigio domūs insidere; ac tum subito se mali aliquid suspicatus, quærit quid id esset, nū prolapsæ in scelus aliquod, florem virginis delibassent. Cognito quod refertur elemosinam iam cū inopia non pugnarent, quod lanificio intēderent, quod multū à religioso illo viuentis more concidissent quod delicias demum in vestibus, tūm reliquos ornatus corporis ad amantissimam ingratiitudinis maximæ coarguit, quod in multis viciis luxus, quæ ad fugandam inopiam dederant, auertissent. Tum quod angelos primū, mox demum monem vidisset explicauit; malam esse rerum conuersionem factam; nempe quod simplici cultu, amico angelis, antea vixissent: nunc insolentiores facti, ad luxus & illecebras, demoni ausus præberent; redirēt itaque ad se, antiqua virtutis stitura resumerēt, & nullū ocio, nullum damnum locum darent.

Florentino cui pauperi, complures erant filie  
iam



iam nobiles, & natu gradēs. Is Antonini monitis, Anunciatae templū, nō modo in ea ciuitate, sed in tota penē Italia celebre petitur, opē filiabus deipara Virgine ante lucē plerūq; properabat. Dūq; in officio perseueraret, accidit vt die quodā duos luminibus captos, præ foribus tēpli stipem de more petere cerneret. Ij, cū se latere putaret, de quæstu plusquā maximo colloquētes, vter maiora lucra reportasset, inter se certabant. Cū verō alter in capitiō affutos sibi esse cc. aureos nummos, alter in galero ccc. affirmaret: bonus ille vir vtroque arrepto, ad Antoninum statim conuolauit. Is ilicō aduocatos cæcos, vt mēdaces ac fures increpauit, quōd inopiam simulātes, eas pecunias egentioribus abstulissent. Itaq; sanctus præsul, vni xxv. alteri xxx. nummos aureos: quod reliquum erat pauperi ciui, ad filiarum dotes fidelis dispensator assignauit.

Penē fugerat, quōd eius etiam nuda verba, diuina quadam liberalitate redundabant. Fiscellam pomis refertā, sancto antistiti vir fortē pauper, spe amplioris muneris donauit. Antoninus hilari vultu & verbis dulcibus gratias agens: Retribuat, inquit, tibi Deus. Ille autem tā angustus animo, quā fortunis tenuis, amisisse se & oleū & operā putās, mœrens & quærulū abijt: quōd nihil plus quā verba reportasset. Id vbi Præsul renunciatum est, is reuocato ad se homine, papyrum, atramentum, & calamum, & præter hæc trutinam afferri iussit. Mirantibus cunctis quid ageret: tria illa verba papyro perexigua inscripserunt in altera lancium papyrum, in altera poma omnia composuit: ac sublata trutina, statim papyrus, tāquā si ferri massam adiecisset, descendens, pomis in sublime volitantibus,

Nota de mēdicis fraudulentis.

Nota rem miram.

K k 2

præ-

præponderauit: Nè me, inquit, ingrati tudinis argue. Disce vel serò, diuina tuis munera prægrauare,

Fortiter tuetur Ecclesiasticam libertatem.

Neque verò inter tot miserantis dulcedines, defuit animi magnitudo, vt cum res posceret, de ire obuiam magistratibus, & intrepidus iniqua consilia & conatus, euertere non auderet. In primis verò Ecclesiasticam libertatem, ad usq; dignitatis & vitæ pericula tutatus est. Octouirum magistratus Florentiæ, quanquam nõ supremus, vitæ & necis imperiũ haberet) duos fortè sacerdotes in crimen deprehensos, ac noctu à satellitibus captos primo diluculo ad præsulẽ clangentibus, deduci imperârũ: satis esse pœnarũ pœnitentiã, q̃ publica eos ignominia affecisset. Antoninus ea re adedõ offensus est, vt statim igne quodam iustitiæ inflammatus, ad supremi magistratus aedes profectus sit: eosq; temeritatis graui simè coarguens anathemate illaqueatos esse pronunciãuit, à quo non nisi Summi Pontificis potestate liberari possent. Discerent in posterum aut nullo pacto, aut certè consideratius alienas causas tractare. Erant Octouiri, quanquam lapsi fuerant, non tamen ingenio perditõ & deploranda. Vbi antistitis constantiam cognouerunt, contentia ducti: supplices ad Pontificẽ literas delata. At Pontifex iubet eos Antoninum conuenire, ut vtrò supplices culpã fassi, pro canonũ iniusticia anathemate soluerentur. Antistes, quoniã publicè deliquerãt, zona collo indita, ad fores tẽpli nulli procedere: atq; ibi spectante populo, cõuerberatos terga, vinculo excommunicationis liberauit.

Vide genus pœnitentiæ.

Vt verò anathematis gladium, in rebus maxime arduis distrinxit: sic ad leuissimos casus, cum excommunicatio sit pœnarum maxima condõ-

hæc ut autem pœnæ illius magnitudinem alijs  
 declararet, & tali exemplo vltus fuisse legitur.  
 Caudus panis in medium allatus, cum in eum  
 anathematis verba protulisset, statim in carbo-  
 nis atredinem est conuersus. Mox iterum: Heus,  
 ait, si hoc nexu anathematis te libero, ac statim  
 excussa atredine, pristinum candorem recepit.

Nullus fuit locus, in quo se fortem & intre-  
 pidum non ostenderet. E templis, in quibus ma-  
 ximè mundiciam & sanctitatem diligebat, non  
 dico semel, sed sæpè scœminas impudico habitu  
 quasi instrumenta dæmonum ad perdendas & in  
 Venerem alliciendas animas, effugauit. Iuuenes  
 qui spectatum venerant, quantacunque nobili-  
 tate ac gratia pollerent, castigatos verbis acriter  
 extruisti. Tum urbem inambulans, cruce præuia,  
 aleatores vel solo aspectu perterritos, ad fugam  
 compulsi. Nouum ludi genus, sortes, in vrbe tūc  
 exortum, quàm celeriter aduenit, tam properè  
 explosit. Mille nummos aureos, qui ex eo ludi  
 genere sacerdoti cuidam obuenerant, interce-  
 pit: quos pauperibus commodissimè erogauit.  
 His, nulla in re non vigil, illa addidit: Iohannem  
 Caninum, medicum exterum quidem, sed Flo-  
 rentiæ commorantem, necromanticum, in Dei-  
 param Virginem latrantem, tum hæreticis dog-  
 matibus pertinaciter inquinatum: quanquam  
 reclamantibus ciuibus, concremauit.

Egregium quiddam est, vitæ innocentiam &  
 morum integritatem in vitæ cursu retinere, sed  
 si ad morum sanctimoniam fax litterarum adiū-  
 gatur? quid, quæso, absolutius, quid consumma-  
 tius omni ex parte potest cogitari? Præstitit vtrū-  
 que Antoninus tā egregiè, vt omnes æquauerit?  
 multos etiam excesserit. Scripta eius, quæ omni-

Pœna excō-  
 municatio-  
 nis quæ hor-  
 renda.

Egregiū fa-  
 cinus. tanto  
 pastore di-  
 gaum.

Hæreticum  
 comburere.

Præclara ei  
eruditio &  
scripta.

bus ad manum sunt, fidem faciunt, quæ quoniam  
quotidiano vsu trita sunt, per me vt notiora fiat,  
non laborabo. Hoc vnum maximè in homine  
mirandum, quod, cùm omnia omne genus do-  
ctrinarum adyta penetrârit, nullius tamen pre-  
ceptis institutus fuerit; prorsus vt supero lu-  
mine illustratus, plurima eum hausisse certum  
dubium nô sit. Nec mirum sanè, qui etiam ante  
na soli Deo cognita penetrauit.

Prædicat  
mercatori  
periculum.

Quidam eius amicus mercaturæ deditus, ab illo  
dè ab illo monitus, ne se tanta lucri cupiditate  
trahi pateretur, ne vè tanto animi angore in pa-  
randis opibus vexaret, sed partis, quibus ab-  
bat, diuitijs acquiesceret, si vellet ingens, quod  
imminebat in aquis periculum euadere, eius ad-  
monitioni aures occludebat. Sed paulo post  
bita procella, inter Venetias & Patavium facta  
naufragio, monita illa non contemnenda fuisse  
didicit. Cumque iam pelago submergendus si-  
rebatur, gembundus Antonini præsidium im-  
plorauit; & ecce Antoninus adesse visus, cap-  
lis eductum ex aquis liberauit. Plurima sunt hu-  
ius virtutis exempla, quæ nos breuitati conside-  
tes præterimus; hoc dixisse sufficiat, tantam præ-  
omnes sanctitatis eius fuisse opinionem, vnde  
eunti quacunque, flexo poplite mares, foeminae  
diuites, inopes, senes, paruuli ad benedictionem  
Præsulis curuarentur.

In multa a-  
pud omnes  
est venera-  
tione.

Cum iam tempus appeteret, vt quod in hoc  
vitæ curriculo in lachrymis seminârat, in exul-  
tatione, ad caelestem vitam translatus, tandem  
teret, postquâ annos xiiij. ac menses ij. Florantem  
ecclesie præfuisse, ad quâ lvij. ætatis anno inter-  
cunctus, in morbû incidit: quo paulatim ingra-  
uescente, sacro se Eucharistiæ & extreme Vnctio-

Corripitur  
morbo.

eis clypeo muniuit. Cumq; iam ferè ad ipsum  
vix limè processisse, ita vt nihil nisi truncatum  
quidpià eloqui posset, illud tamen moribundis  
vocibus crebrò repetebat: Seruire Deo, regnare  
est. Tum illud quoq; frequenter iterabat: Sancta  
& immaculata virginitas, quibus te laudibus ef-  
feram nescio; incertum, an ad Deiparam Virgi-  
nem conuersus, quæ se luctâtem cum morte vi-  
sisset, an hilaratus, quod inuiolatum ad illum  
vsque diem virginitatis florem conseruasset.

Quo tempore sanctus Præsul animam effla-  
uit, Pius secundus Rom. Pont. Florentiam appu-  
lerat, qui maximè Antoninum obseruans, quan-  
to perè vinentem coluisset, officijs in defunctum  
magnifico apparatu & honore præstitis decla-  
rauit. Quo die in D. Marci templo exequiæ cele-  
bratæ sunt, foemina inualido latere, & quo non  
videbatur, sancti corpus attigit, & integrum late-  
ris visum, antè quàm templi limine pedem effer-  
ret, rediisse prædicauit. Simile quoq; beneficiû in  
promortuo brachio Mathæus Ciachus recepit.

Postquam verò in sepulchrum illatus est, tot  
ac tantis miraculis splendescere cœpit, vt cun-  
cta recenferi nequeât. Fabrianû oppidum est in  
Piceno non ignobile. Hic foeminae cuidam tota  
facies & caput adedò miserandum in modum in-  
tumentum, vt oculorum orbis reconditi laterêt;  
Accedebat totius corporis contractio, prorsus  
vt omnium membrorum officio destituta iace-  
ret. Tota erat in ærumnis & angoribus: non no-  
ctu, non interdiù somnû carpebat. Habebat hæc  
germanû Andream, qui ex Prædicatorû Ordine, a-  
pud B. Præsulem diu adusq; obitû perstiterat. Is  
sororem suâ adedò miseram ad implorandû bea-  
ti viri præsidium hortatus est: futurum vt ab eo

Kk 4 aliquod

Verissima S.  
viri, in extre-  
mis senten-  
tia.

Pius II. Rō.  
Pont. S. viri  
funus curas  
magnificè.

Miracula  
post obitū.

aliquod calamitatis suæ remedium perciperet. Misera muliercula cùm se vndique humano auxilio destitutam cerneret, fratris adhortatione incensa. Deum, vt se sancti meritis iuaret, maximè precata est. Acceperat à fratre suo Antonini tunicam, quæ illi post mortem beati viri obtigerat. Hanc ad carnem induens, fide mirabiliter incalescens, tota nocte gestauit: precibus interrim & gemitibus diuinam opem implorant. Vbi diluxit, non modò facies detumuerat, sed membris omnibus ac neruis tantus vigor redierat, vt quæ antè nec stare nec iacere poterat, ad flumen lotura lintea, integra valetudine curaret.

Florentia in monasterio D. Lucie, vbi libagnis D. Dominici nobilis virginum coetus habitabat, virgo Charitas, Guidonis Tholosini filia, toto sexennio contracta, adè vt os genibusingeretur, frustrà medicorum artes & remedia experta fuerat; quæ salutis desiderio ardens, cum in Antonino magnam spem collocasset, vt à Deo optatam sibi sanitatem obtineret, nocte quadam diuinis in cubiculo meditationibus intentata, ab eodem quod desiderabat, obtinere meruit. Sed ne vastum mare miraculorum ei ingrediar, calamum reprimò. Quomodo enim scribendorum miraculorum fines esse poterit, qui à patrandis miraculis nunquam abstinuit? adè vt sole quodam prodigiorum terras illustrare videatur?

DE INV  
historia  
Cui Soc  
R. & R  
nea scri  
N  
du  
ue  
videret. m  
rum conc  
denique.  
lymis, ci  
honorem  
Per idem  
ter Hiero  
illa loca  
Jigionis  
ximè ino  
visa est.  
posset. V  
bus virib  
cum illu  
supplicio  
dum terra  
nefas est.  
xerant, &  
finem ere  
oraturus  
retur: eo  
omnino t  
ritionem  
At ver  
quo stab  
manifest

DE INVENTIONE S. CRVCIS. EX  
*Historia Ecclesiastica Zozomeni lib. 11. cap. 1.*  
*Cui Socrates lib. 1. cap. 13. Theodoretus lib. 1. ca.*  
*1. & Ruff. lib. 10. cap. 7. & 8. planè consenta-*  
*nea scribunt.*

C. Baro. to.  
 3. Ann. & in  
 not. Mart,  
 Rom.

**N**iceno Concilio feliciter ad exitum per-  
 ducto, Imperator \* cùm Ecclesiam vni-  
 uersam in doctrina fidei consentientem  
 videret, mirificè exhilaratus, vbi pro Episcopo-  
 rum concordia, pro se, pro liberis, pro imperio  
 denique Deo gratias egisset, templum Hieroso-  
 lymis, circiter locum qui Caluarie dicitur, ad  
 honorem Dei illustrandum, ædificare instituit.  
 Per idem ferè tempus, Helena Imperatoris ma-  
 ter Hierosolymam, cùm precandi, cùm sancta  
 illa loca visendi causa venit. Quæ quoniam re-  
 ligionis Christianæ amore & pietatis studio ma-  
 ximè incensa erat, operæ precium sibi factura  
 visa est, si venerandæ Crucis lignum inuenire  
 posset. Veteres enim Gentiles, qui omnibus opi-  
 bus viribusque Ecclesiam persecuti fuerant, lo-  
 cum illum qui Christi pro nobis in Crucem acti  
 supplicio & sepulcro celebris est, ingenti lapi-  
 dum terræque aceruo obruerant, &, quod dictu  
 nefas est, Veneris fanum eodem in loco extru-  
 xerant, & simulacrum impuræ meretricis ad eū  
 fœnem erexerant, vt qui Christum eo in loco ad-  
 oraturus veniret, ipsam Venerem colere vide-  
 retur: eoque modo Christianæ religionis cultū  
 omnino tollerent, proque eo nefandam super-  
 stitionem confirmarent.

3. Maii.  
 \*Constantinus.

S. Helena in-  
 uisit Hiero-  
 solymā reli-  
 gionis ergo.

Templū Ve-  
 neris in lo-  
 cū Caluarie.

At verò tandem locus erutus est, & error, in  
 quo stabiliendo tantoperè laboratum fuerat,  
 manifestè deprehensus, iudicio, vti quidam me-  
 morant,

Kk 5 morant,



Tres cruces  
inuentæ.

Macarius  
Episc. Hie,  
rosolymo-  
rum.

morant, Hebræi cuiusdam, Orientem versus ha-  
bitantis, qui à viro quodam scripto admonitus  
locum commonstravit; sed quæ verior est opi-  
nio, monstratioe Dei O. Max. qui signis quibus-  
dam & somnijs, homines ad loci memoriam ex-  
citavit. Itaq; ut primùm locus ille Imperatoris  
mandato fuit perpuratus, in profundo quodam  
in parte illius antrum, vnde Christus resurrexerit,  
emersit; in altera autem parte eiusdem loci, tres  
inuentæ sunt cruces, & aliud lignum separatis  
quod tabulæ gessit similitudinem, verbis & lino-  
ris non Hebraicis solùm, verumetiam Græcis &  
Latinis inscriptum, IESVS NAZARENVS REX  
IVDAEORVM. Cæterum adhuc per difficultate  
erat, Crucem Domini à reliquis duabus, quibus  
scriptio ab ea diuisa esset, internoscere; nec  
debat præterea, quod tres illæ cruces ita promi-  
scuè proiectæ erant, ut nullo modo lignum Do-  
minicæ Crucis se proderet. Quare cum hæc  
causa adhuc ignotum esset, & diuiniore quod  
quàm quod sit inhumana positum potestate ego-  
ret iudicio, eiusmodi quiddam accidisse cõtra-

Nobilis quædam mulier Hierosolymis, in  
morbum grauissimum, eumque planè insanabilem  
forè incidere: ad quam in lecto decubentem,  
Macarius Episcopus Hierosolymorum, sibi  
Imperatoris matre & alijs, quos ipse circum  
se habebat assumptis venit; atque ut primùm  
potestatus est, cederatq; inspectantibus istud signum  
nimirum eam esse Domini Crucem, quæ mulie-  
ri adhibita, morbo illam liberaret: singulas  
cruces allatas mulieri admouit. Verum duabus  
illis appositis, factum quidem ineptum, & p-  
nè ridiculum visum est: quippè mors nihilominus  
mulierem iam iam erat occupatura. Soli  
mul-



med. ut tertia itidem fuit adhibita, derepente aperit oculos & collectis viribus, extemplò è cubili sana exiit. Fertur item mortuum Crucis virtute, simili ratione ad vitam reuocatū. Huius Crucis salutaris, iam tū inuētæ, maxima pars adhuc etiā Hierosolymis in capsā argētea custoditur: reliqua verò ab Imperatrice ad filiū Constantiū deportata est, quod ad clauos attinet, quibus corpus Christi confixum erat, memorant eos ab Helena quoque inuentos, & Imperatori transmissos, ex quorum altero galeam, ex altero freno fieri præcepit, ut scriptum est à Zacharia Propheta, & à quo prædictum; quod in tempore isto, illud quod sit in freno equi (his enim ferre verbis vitur Propheta) sanctum esset Domino Omnipotenti.

Ista quidem ut olim præcognita à sanctis Prophetis, præuisaque fuere, sic postea factis planè admirabilibus tum confirmata, cum Deo tempus visum est eiusmodi rebus opportunum. Neque certè rãtoperè mirandū, præsertim cum ipsi Gentiles ingenuè fateantur hoc esse Sibyllæ carmen.

*O lignum felix in quo Deus ipse pependit.*

Illud enim ita esse, nemo, etiam si acri studio cõtrã pugnare voluerit, pernegabit. Quare & lignum Crucis, & eius veneratio, à Sibylla præsignificata est.

Testatur S. Paulinus stupendum planè ac perenne miraculum de ligno S. Crucis toti orbi notissimum; nam cum vndique è remotissimis etiam regionibus Hierosolymam religionis ergo Christiani confluere consueuissent, acciperentque de ligno Crucis particulam, illud, diuina quadã virtute operante, nullam sentiebat ex dimi-

Crux Domini sanat foeminam moribundam; itè que mortuum.

Zach. 14

Carmen Sibyllæ de Crucis Christi.

S Paulinus de ligno S. Crucis non imminuit.

S. Cyrillus  
Catech. 10.

514 MART. ALEXAND. & EVENTII &c.  
diminutione iacturam. Sanctus etiam Cyrillus  
affirmat, totum terrarum orbem, ligno S. Crucis  
Hierosolymis accepto, esse locupletatum. Erat  
autem custodia Crucis demadata vni ex sancto-  
ribus cleri Hierosolymitani, quæ Paschatis tem-  
pore ex adytis templi populo adoranda produ-  
cebatur.

Porro illud hîc obseruandum est, Græcos a-  
liam etiam de S. Cruce celebrare consueuisse  
solennitatem ad 16. Kal. Iunij: quæ recolitur me-  
moriam admirandæ illius apparitionis Crucis fi-  
gni, suprâ Hierosolymam meridie factæ: cuius  
rei gestæ historiam, S. Cyrillus tunc eiusdem ec-  
clesiæ Episcopus, exactè describit post cateche-  
ses.

C. Baro. to.  
1. Annal.

ILLVSTRE MARTYRIVM ALEXAN-  
dri Papæ, & Euentij, atq; Theoduli Presbytero-  
rum. Item Quirini tribuni & aliorum. ex eo quod  
optima fide apud Surium extat. Passus est Ale-  
xander anno Domini 132. Hadriani Imp. 13.  
cum sedisset annos 10, menses 5. & dies 20.

3. Maij.

Hermes Præ-  
fectus vrbis  
credit cum  
alijs multis.

**A**lexander ætate quidem iuuenis, sed fide  
canus, & sanctitate incomparabilis, qui  
quinto loco à B. Petro Romanæ vrbis  
Cathedram obtinuit, magnam Senatorum pat-  
tem conuertit ad Dominum, ipsumque vrbis Præ-  
fectum Hermen cum vxore, sorore, & liberis lu-  
mine fidei illustrauit: eosque omnes cum 150.  
seruis eorumque coniugibus & filijs, à veteris  
vitæ delictis sacro fonte expiauit. Quæ mox ad  
Hadrianum vt perlata sunt, is confestim misso  
è Seleucia Aureliano, vtriusque militiæ Comite,  
Christianos omnes crudeli internecone deleri  
iussit.

iussit. Qui urbem ingressus, inuidiosis profana-  
 rum Pontificum criminationibus inflammatus,  
 Hermes præfectum in vincula conijci, Alexan-  
 drum verò in carcerem abduci iussit. Cùm autè  
 Hermes apud Quirinum tribunum in vinculis  
 haberetur, tribunus Hermetis æquanimitem  
 admiratus: Ecquæ, inquit, ratio, vir illustris, te ad  
 hæc vincula, abdicato honore, suscipièda adigit?  
 Cui Hermes: Nò ego, inquit, honorè omnè pror-  
 sus à me abdicavi, sed potiùs mutavi, ut potè qui  
 pro terreno, cælestè expecto. Cui rursus Quiri-  
 nus: Equidè satis mirari nequeo, te virù pruden-  
 tē eò dementia nunc esse deuolutum, ut credas  
 te extra hanc vitam non dico honores, sed ali-  
 quid omninò adepturum: cùm humana corpora  
 usque adeo in puluerem redigàtur, ut ne ossa  
 quidem post breue tempus supersint. Tum Her-  
 mes: Erego ante hos annos nihil à vita hac ex-  
 pectandum credebam, sed iam pridem ab Ale-  
 xandro Episcopo aliter edoctus, indubitata fide  
 teneo hominem in alium à Deo finem creatum  
 esse, quàm ut pecudum instar, moriatur. At Qui-  
 rinus, audito solo Alexandri nomine, Præfectū  
 rogare & obsecrare institit, ne se in pestem ante  
 oculos positam, tanto mentis furore præcipitè  
 daret, Alexandrum enim esse hominem scele-  
 rum, & qui propter maleficia flammis exuren-  
 dus esset, Hermere autem in sententia perseue-  
 rante, & Alexandrum multis iustitiæ & pruden-  
 tiæ laudibus extollente, tandem ait Quirinus:  
 Præfectò si is est Alexander, quem tu mihi præ-  
 dicas, & te, & se pariter ex hac captiuitate libe-  
 ret: & tum demùm vera te dicere credã, Et iam  
 quidem triplicia utriusque vincula iniiciam, nun-  
 tiaboque Alexandro, si quidem Dei sui virtute  
 quem

116 MART. ALEXAND. & EVENTII &c.  
quem colit ad te peruenire potest, ego quoque  
stræ religioni accedam: sin minus, pœnas certis  
suo malificio dignas protinus pendet.

**Angelus S.  
Alexandri  
è carcere e-  
ducit ad z-  
des Quirini.**

Cum que abiens Quirinus hæc Alexandro  
ciaffet, sanctus Pontifex protinus in genua pro-  
uolutus, ardentes Christo preces obtulit, ut Qui-  
rinum è sempiternis tenebris, ad veritatis luz  
lumen transferre dignaretur. Ecce autem ille in  
vota precesque incumbente, astitit protinus Dei  
Angelus, admirabili splendore coruscans, qui  
perpto ostio Alexandrum ad Hermen gaudens  
perduxit. Non multò post eò adueniens Quiri-  
nus, cum vtrumque extensis manibus simul orã-  
tes inueniret, terrore correptus obstupuit. Tan-  
dem resumpto non nihil animo: Certè, inquit,  
hoc artibus magicis effectum est. Tùm Herma  
animo in Christi amorem fidemque mirificè in-  
flâmato: Itanè, inquit, tu magicis artibus tribuisti  
quòd Omnipotentis Dei virtute mirabiliter ge-  
situm est? Sed ut clarius cognoscas, ô Quirine,  
quanta Deus noster virtute polleat, quantumque  
fideles suos beneficijs afficere soleat, non gra-  
uabor ea quæ in beneficia contulit, explicare.

**Hermes Qui-  
rino Miracu-  
lum narrat.**

Cum vnicus mihi esset filius nimio languore  
oppressus, prorsus vt extremum vitæ periculum  
ei immineret, abij cum vxore in Capitolium  
sacrificaturus: quòd vitam ei obtinere possent.  
Sed postquam satis diu in sacrificijs offerendis  
muneribusque Pontificibus largiendis sudatum  
esset, filius nihilominus vitam cum morte mu-  
tauit. Aderat nutrix luminibus orbara, quæ ma-  
gno animi dolore victa, & me & coniugem in-  
crepuit, asserens: si lumpta in Christum fide ad  
limina S. Petri eum perduxissem, certo certius  
filium à mortis periculo præseruassem. At ego  
ob

ob hæc nutricis verba, stolidam planè ut existima-  
bile correptus mulierculæ respondi: Tu cæ-  
citate graui misera ab ea calamitate te liberare  
nequis? & quo pacto tu filio meo sanitatem &  
vitam promittere audes? Tu vade & prius per-  
tuum illum Alexandrum luminibus tuis consu-  
lto, & dum demùm credam eum aliquid opis  
filio meo exhibere posse. Vix hæc effatus eram,  
cum illa horâ circa tertiam abiit, & hora diei se-  
xæ ad me sana reuersa est; imponensque hume-  
ris filij cadaver ad pedes Alexandri illud proie-  
cit, orans ut tam admirabile Christi beneficium  
potius in filium meum restituta ei vita, conferre  
dignaretur, miseranda cæcitate in se redeunte.  
At Alexander: Sic, inquit, hunc Christus excita-  
bit, ut semel tibi reformata non auferat lumina.  
Cumque facta oratione extinctum filium ad vi-  
tam reuocasset, eum mihi incolumem restituit.  
Hæc ego cum viderem an diutius obstinata men-  
te tanta bonitati Dei resistere poteram? An non  
crederem eum vitæ & necis potestatem habere,  
qui mortuos viuificat, & viuos vita spoliât? Cer-  
tè credidi Christo, ei que me totum consecraui, &  
in his etiam vinculis, illius amore libèter susce-  
ptis, exulto; neque perituri hominis offensionem  
reformido, certò sciens sempiterna mihi bona  
in caelis constituta esse, cum ijs, qui pro Christi  
nomine hic in terris supplicia subeunt.

His auditis Quirinus: Est, inquit, mihi filia quâ  
viro tradere cupio, forma quidem eleganti, sed  
struma in collo deformata; quam si sanare pote-  
ris, ego vobiscum Christum confitebor. Cui A-  
lexander: Eam, inquit, in carcerem ad me addu-  
cito, ei que hæc vincula ferrea, quæ collum meum  
circundant imponito, & manè saluam eam in-  
uenies. Abi autem festinus: nam is idem qui me

**Filius Ptafe-  
sti mortuus  
excitatur.**

Angelus re-  
ducit Alexā-  
drum in car-  
cerem.

huc adduxit, eò reducet, prius quam tu ad car-  
rem venias. His dictis egressus Quirinus ad fil-  
am abiit: Alexander autem duce angelo ad car-  
cerem reuersus, custodibus qui ad portā vigiles  
excubabant nihil sentientibus, vincula relump-  
sit. Mox adueniens Quirinus apertoque ostio, ad  
pedes Pontificis procidit, ei que filiam suam sa-  
nandam obtulit. Tum Alexander: Prius, inquit,  
perquire nū inter vinctos tuos quispiam sit qui  
pro Christi nomine patiat, eum que cum ho-  
nore ad me adducito. Mox Quirinus Eusebium  
Theodulum que presbyteros adduxit; quibus vi-  
sis vir sanctus vehementer gauisus, vincula sua  
Balbina (hoc namq; filia nomen erat) imposuit,  
& omni deformitate colli, dicto citi, liberavit.

Captiui om-  
nes credunt  
in Christū.

Eo miraculo motus Quirinus carcerem aper-  
ruit, & Alexandro liberam abeundi facultatem  
concessit. At Alexander: Non hoc, inquit, sed ali-  
ud mihi à te beneficium exhiberi volo. Vinctos  
omnes huc adducito, eosq; Christo nomina dei  
hortare. Tum Quirinus clara voce: Quisquis ve-  
ram sinceram que Christi religionem amplecti  
voluerit, baptizatus libertate donabitur. Accu-  
rerunt protinus omnes ad Alexandrum, qui ei  
Christum annuncians tanto lumine fidei omnes  
illustravit, vt nulla iam pro Christi nomine im-  
plicia recusarent. Eultabant omnes grauissimo  
dæmonis iugo à ceruicibus excusso in Christi bo-  
nignitate, prorsus vt carcer ipse in ecclesia mu-  
tatus videretur.

Quirinus  
torquetur.

Hæc protinus ad aures delata sunt Aureliani,  
qui furore correptus, Quirinum cōstanter Chris-  
tum confitentem in eculeo torqueri iussit. Cuius  
que nullis Aureliani iniurijs, nullis tormentis  
cederet, tyrannus amputatis manibus pedibus  
que,

capite dum plecti, & corpus canibus proijci  
iustit: quoddà Christianis raptum, humatum est  
via Appia in cœmiterio Prætextati.

Plectitur  
Pita.

Filia autem eius Balbina in virginitatis pro-  
posito perseverans, frequenter beati Alexandri  
vincula magno cum pietatis ardore exoscula-  
batur. Quo se honore indignum reputans Ale-  
xander, eam hortabatur vt desisteret, magisque  
ea vincula que Apostolorum principem Petrum  
constrinxerāt exquireret, eumque illis honorem  
deferret. Balbina his auditis multo studio ac de-  
siderio ea quæ sicut: ijsque tandem inuentis, tan-  
ta letitia exultavit, vt se à gratiarum actione Do-  
mino referenda die noctuque continere nō pos-  
set. Tradidit ea postea Theodoræ scemina reli-  
giosissimæ, S. Hermetis sorori, cuius decollati  
ab Aureliano corpus illa collegerat, & via Sala-  
ria verere, non longè ab vrbe Roma 5 Kal. Sep-  
temb. sepelierat.

Vincula S.  
Petri a Bal-  
bina inuen-  
ta.

S. Hermes  
decollatus.

Eodem tempore ira percitus Aurelianus, mis-  
sis militibus omnes in carcere Christianos iam  
recens à sordibus peccatorum sacro larice expi-  
atos alligatis collo saxi, marinis fluctibus sub-  
mergi iussit. Abijt cum ijs Christi virgo Balbi-  
na, quæ glorioso pariter triumpho exultan-  
te vni consequi meruit. Vnus restabat A-  
lexander, cum duobus egregia pietate presby-  
teris Euentio & Theodulo. Is igitur in medium  
productus, cum ab Aureliano Christianæ fidei  
rationem, quam ita mordicè omnes taeren-  
tur, reddere iussus esset, respondit; Sanctum da-  
re canibus à Christo prohibemur. Ea responsio-  
ne grauitè iacessitus iudex: Quid, inquit, num  
ego canis sum? Certè, inquit Alexander, etiam ca-  
ne deterior. Post has autem aliasque varias di-

Christiani  
multi in  
mare met-  
guntur.

Mathæi 7.



S. Alexander  
dixit crucia-  
tur.

ceptationes vltro citroq; habitas, tandem Aure-  
lianus furore excandescens, in eculeū eum la-  
ri, vngulis atrectari, & lampadibus latera eius  
aduri iussit. Cumq; carnifices in supplicijs info-  
rendis persisterent, & vir sanctus nullā omnino  
vocem vel gemitū ederet, admirās iudex tam al-  
ti silentij causam quæsiuit. Cui Pontifex: O ratio-  
nis, inquit, tempore homo cū Deo loquitur. Rur-  
sus Aurelianus: Capiat te, quæso, aliqua vel ætatis  
saltem tuæ miseratio, qui annos nondū xxx. ex-  
dens pulcherrimū iuuentutis florem cæco furo-  
re perdere festinas. Imò, inquit Alexander, vitā  
tu animam nō perderes. Pendente autē in eculeo  
Alexandro, misit ad Aurelianū vxor eius Severi-  
na, vt virū iustū missum faceret: nī mallet de ipso  
mala morte perire, & eam viduam relinquere.

Euentius  
grandæuus.

Eo nūcio sinistra tactus suspicione iudex, quā  
Alexandrū valdè charū haberet, ægrè paruit do-  
positum tamen ex eculeo mitius aliquantulum  
habuit. Eo autem soluto, immanis tyrannus ad-  
mouit Euentiū, quem ante omnia de nomine &  
tempore quo Christo nomē dedisset, percuncta-  
tus est: Et Euentius forti viriliq; animo: Equidem  
Euentius, inquit, vocor; Christiana autē sacra  
annos lxx. suscepi, xj. ætatis anno baptizatus  
verò ad presbyterij honorem indignus promo-  
tus sum. Secundum annum in carcere ago, ætate  
vniuersam; annum lxxx. dignam his vinculis &  
certamine tali, quo nunquam mihi in hac vita  
gracius, nunquam iucundius quidquā accidit.  
Cui iudex: Consule quæso senectuti tuæ, & ab-  
irato Christo nobis adhære, vt locum & hono-  
res inter primos consequaris. Respondit Euen-  
tius: O te miserum & amentē, nunquam te mo-  
talem esse recordaberis? Tu potius Christo Dei  
filio



filio adhære, vt illius misericordiam consequatur.

Tum Aurelianus amoto Euentio ; Et tu, inquit, Theodule, pari furore iussa nostra pro nihilo ducis ? Cui Theodulus : Imo, inquit, te ipsum pendo nihili, qui Sanctos Dei varijs afficis supplicijs. Aurelianus eo martyris responso in rabiem conuersus, præcepit accendi furnum, & Alexandrum cum Euentio ad dorsum pariter colligatos, in arduas cõijci flammâs ; Theodulum verò ad furnum sisti, vt fractus eorum cruciatus, in dæmonum sacrificia consentiret. Porrò Alexander eum in clamans: Frater, inquit, Theodule, festinans veni huc, & esto nobiscum. Nam quartus ille, qui inter tres Hebræos pueros apparuit, etiam nobis adest. Exiliens ergo in furnum Theodulus, illud Psalmistæ cecinit: Igne nos examinasti, & non est inuenta in nobis iniquitas. Tùm Aurelianus dolore pariter & furore tabescens, Euentium & Theodulum capite plecti iussit. Alexandrum verò per tota membra creberrimis punctis confodi, donec spiritum exhalaret.

Cumque tyrannus defunctis iam martyribus tanquam victor insultaret, repente vox de cælo ad eum facta, Aureliane, inquit, his, quibus tu insultas paradysus apertus est, tibi verò tartarus. His auditis Aurelianus tremore correptus, ad Severinam vxorem suam cõfugit, eamque obnixè, vt precibus suis omnipotentem Deum placare, & constituta sibi tormenta auertere dignaretur, rogauit: Nam, dicebat, ex quo hæc vox auribus meis insonuit, totus intremui, & in febres incidi. Severina autem, vt erat præstanti pietate femina: Ego verò, respondit, abibo, Christianæque martyres meis ipsa manibus sepeliam, nè

L 1 2 eadem

Theodulus.

Alexander & Euentius mittuntur in furnum.

Daniel. 3.

Psal. 10.

Euentius & Theodulus gladio feriuntur.

Alexander crudeliter necatur.

Severina, Aureliani vxor Christiana.





mes dies in eo pietatis studio constanter exegit. repente horribili de cælo tonitru, claustra ipsius carceris perfracta sunt, & ingens lumen obscuro carceris angulos illustrauit, virginemque vox de cælo cibum potumque sumere hortata est: ve inuicto animo cum tyranno altera die cõgredi posset. Fecit illa vt cælitus monita erat, ac placide se somno tradidit.

Insequenti luce Præses pro tribunali sedens eam adduci iussit. Illa autem protinus adducta, sublati cum intima pietate in cælum oculis, iterum Christum inuocauit; cumque Festum in tribunali suo superbientem cerneret, leniter subrisit. Tum Festus: Ecquæ, inquit, tibi ridendi causa est? Cui virgo: dicam equidem; Præuideo istud tuum solium euertendum, ideoque inanem tuam gloriam nisi. Sensit Præses virginis cõtumeliam, iussitque illam flagellis verberari. Quæ iterum oculis ad cælum sublatis: Gratias, inquit, ago tibi Domine Deus meus, quod me miseram & peccatricem famulam tuam, Sanctorum tuorum honore dignatus sis.

His auditis Præses magis turbatus, cum se cõtumeliosè peti existimaret, iussit eam ad lupanar abduci, vt omnium exposita libidini vexaretur. Sed Deus, qui suorum curam paterna prouidentia gerit, per angelum suum, quendam ex militibus annos natum tres & viginti excitauit, vt virgini in tantis periculis constitutæ, maturè opem ferret. Is in eam cellam, in qua virgo erat, ingressus se ad eius pedes abiecit; & quomodo per Angelum admonitus eò venisset, exposuit. Dum hæc fierent, repente lux magna vtrumque circumfulsit, & vox cælitus demissa, Antoninæ (quæ insidias suspicabatur) metum omnem ademit. Tum

L13

Anto-

Ridet præsedem & flagellatur.

Antonina  
habitu mu-  
tato exijt è  
carcere.

Antonina induta militis chlamyde, vultu inter-  
ram demisso, istinc egressa est, & tanquam ca-  
mula quædam è laqueis liberata, corporis pol-  
lutionem euasit.

Præses verò cum existimaret Alexandrum esse  
se, qui iam libidinem suam cum ea explisset, missis  
confestim quatuor militibus eam adduci iussit,  
ut quibuscumque posset ignominij afficeret.  
At milites cum locum ingressi Alexandrum in-  
uenirēt, perculsi manu eum apprehensum ad præ-  
sidē duxerunt. Quo viso, Præses maiore oppre-  
sus admiratione: Video, inquit, quid, sit. Tur-  
fariam illam à te vitiatam chlamyde tua con-  
ctam dimisisti, quam te vxorem ducturum pro-  
misisisti. Sed meas nequaquam manus effugit.  
conuersus ad milites iussit eum suspendi, ab-  
gellis acriter verberari. Cumque tormentis sus-  
tigaretur, neque tamen vocem ullam, vixisse  
nequicquam Præsidi, ederet: ecce Antonina de-  
uinitus mota, forti virilique animo ad Præsiden-  
tem venit, qua visa, Festus mente sanè confusa et pe-  
turbata, militibus, ut eam quaestionibus subiret-  
rent, imperauit. Ardebat enim scire Præsidi, quomodo  
ab Alexandro vitium passa esset. Cumque milites  
eam cruciatibus vrgerent, ut quid cum Alexandro  
egisset, proderet, tandem ait: Scelerate, & crudeli-  
sime Præses, nos neque tuæ crudelitatis neque libi-  
dinis participes sumus: nam Deus ipse, cui serui-  
mus, me sua misericordia incorruptam seruauit.

Alexander  
flagellatus.

Antonina  
eruciatur.

Præciduntur  
martyrum  
manus.

Festus hoc responsum admiratus, cum nulla  
modo eos, ut dijs sacrificarent, impellere possent,  
an. borum manus abscindi iussit. Illi vero, proba-  
ta sententia, mox manus extendentes amputa-  
das obtulerunt. Eo affecti supplicio, cum go-  
nerosi Christi milites eandem animi fortitudi-  
nem

eam constantiamque referuarent, Festus in furorem rabiemque conuersus, ingētem in quadam fouea pyram excitari iussit, inque eam arida pice vehementer flagrantem martyres conijci, ne illa ipsorum memoria, ossibus etiam in cinerem redactis, deinceps extaret. Cumque hæc omnia ex animi sui sententia Festus perfecisset, lætus quidem domum redijt: sed mox amissa loquendi facultate, septem diebus continuis, iusto Dei iudicio, tantis cruciatibus vexatus est, ut eorum magnitudine victus, animam efflauerit. Quo sepulto pax Ecclesiæ restituta est.

In ignem eō  
ijciuntur.

Vltio dini-  
na in Præsi-  
dem.

MARTIRIVM S. VIRGINIS ET MAR-  
tyris Pelagiæ Tarcensis, ex Metaphrasæ.

C. Baron. in  
not. Mart.  
Rom.

Quo tempore Diocletianus Imperator, Christi Ecclesiam tyrannide vexabat, fuit Episcopus quidam Clino nomine virtute & pietate in primis clarus, qui, ut Christi oves tyranni furore dissipatas congregaret, aliasque demonis faucibus eriperet, atque ad ouile perduceret, admiranda fortitudine laborabat. Virtutis eius fama per totum Orientem celebrabatur. Iamque Tarsum urbem Ciliciæ deuenerat, in qua mirabili pietatis splendore omnes impietatis tenebras ita dissipabat, ut Imperator maiore furore commotus, eum ad necem inquiri precipere. Sed is diuina virtute elapsus euaserat, ac tanta tamque eximia sanctitatis suæ indicia reliquerat, ut nihil eius nomine & fama ea in ciuitate celebrius esset.

\* circa annū  
Christi 302.  
4. Maij.  
Clino Epif-  
copus egre-  
gius.

Erat eodem tempore virgo quædam Pelagia nomine, quam propter eximiã formæ pulchritudinem Deoelctiani filius in coniugem expectabat.

tebat: sed illa constanter atque præcisè humanas nuptias recusabat, ut Christo multò suavius ferire posset. Cumque virtutis amore, Clinonis episcopi conspectu vehementer flagraret, ut eius sermonibus erudiri posset: accidit ut noctis tempore diuina reuelatione, sanctissimi illius viri adspectum & formam contempleretur, cuius excellenti integritate, grauitate, continentia, constantia, alijsque virtutibus, quas in eius vultu quam lucidissimo speculo cernebat, ad eum religionis ac fidei amorem exarsit, ut se conuincere non posset, quin statim illius colloquio frui vellet. Et nè fortè inani somnio delusa erraret, misit confestim quosdam paternæ domûs famulos, ad eos qui pro Christi nomine in carcere uicibus tenebantur, & à Clinone Episcopo sacris aquis expiati fuerant, ut diligentiùs de habitu & forma viri explorarent. Qui cum formæ constitutione per omnia ei similem quæ nocte in somnis exhibita fuerat, referrent, illa nihil deinceps coactata matrem adij: finxitque se nutricem suam, quam vnicè charam habebat, inuisere velle. Mater quamuis agrè annueret, ne tamen gratiam aliqua tristitiæ nube inuolueret, inducam protinus regali purpura, varijs gemmis distincta cum famulorum & militum multorum comitate dimisit.

Nondum decem milliaribus processerat cum ecce vnus è militibus, cui Longino nomen erat, vidit sanctissimum Episcopum, sub montis cuiusdam arboribus inambulantem; quem ut proximùs ex habitu & decora faciei specie cognouit, ad comilitonem suum conuersus (vterque enim eorum iam antè Christo nomen dederat) Iuliane, inquit, Frater, en præclarum illum mira-

miraculorum effectorem, Dei hominem Clino-  
nem, cuius fama totum per Orientem vagatur.  
Hec fortè eunuchus quidam cum audiret, nun-  
ciavit confestim dominæ suæ; quæ ex iumento,  
cui infidebat descendens, summo cum honore  
ac reuerècia viro Dei obuiâ processit, ac mox se  
ad eius pedes demittens: Miserere, inquit, mei, ser-  
ue Dei omnipotèris, ac dignare me hodiè quâuis  
indignâ Christo Dei filio desponsare, qui occul-  
tas cordis mei partes splendore veritatis suæ illum-  
inare dignatus est. Cum hanc virginis oratio-  
nem tam admirabilem episcopus audiuisset, su-  
blatis ad cælum manibus, summas Deo Patri  
gratias egit: ac fusa deindè pro eius constantia  
oratione baptismate eam lauare instituit. Cum-  
que rursus attonito similis hæeret, secumq; re-  
putaret non tam leniter expiandam esse: ecce  
virgo Pelagia vidit duos eximio splendore mi-  
lites, supra fontem stantes, ac linteum niuei can-  
doris in manibus gestantes. Tum verò exclamâs:  
Pater mi, inquit, quid dubitas, quid vereris me  
Christi ancillam à diaboli nexibus liberare? Vix  
hæc effata erat, cum Clino eosdem milites, Dei  
virique angelos cõtemplatus est. Tum omni cun-  
ctatione posthabita, ad fontem, qui diuinitus e-  
ruperat, accessit; aqualque ipsas expiauit, & san-  
ctas effecit, sicque Pelagiam virginem in nomi-  
ne Patris & Filij & Spiritus sancti illuminauit,  
& sacrosanctæ communionis participem factâ,  
à se dimisit.

Pelagia verò antè quàm se in viam daret, in-  
percepta Christi gratia mirificè exultans, depo-  
sita regali purpura ad Episcopum accessit, & ait:  
Quandoquidem virorum sanctissime, à tuis ma-  
nibus illam Domini & æterni Regis purpuram

Pelagia lo-  
quitur cum  
S. Clino.

Visio S. Pe-  
lagia.

Baptizatur  
Pelagia in  
fonte diuis-  
nitus erum-  
pente: cuius  
tamè aquas,  
Clino pri-  
mo sanctifi-  
cat.

Hæc muta-  
tio dextera  
excelsi.

percipere merui, existimo indecorum esse, post  
hac fragilem hanc terrenamque vestem &  
reliqua hæc mundi ludibria gestare. Quare  
te, quantum possum, oro, ut hæc accipere ac de-  
uendere velis, eorumque precia indigentibus  
tribuere: ex hoc enim tempore, hæc eadem mi-  
hi sunt execrabilia. His dictis coeptum in ad-  
nutricem suam profecuta est: quæ cum moriturus  
sueto illi obuiam procederet, vidit Pelagiam  
tunc multò quàm antè lætiores pulchriorem-  
que. Vidit etiam in ea mutata omnia. Nam quæ  
antè elato admodum animo inceserat, tunc  
dè submisso humilique se gerebat. Quæ pompo-  
sis antèa vestibus ornabatur, tunc abiectionis  
habitu contenta, nihil præ se magnificum, nihil  
sumptuosum ferebat. Quæ antèa delicijs  
habebat, & exquisito ciborum apparatu mensam in-  
structam habebat, tunc macie & squalore con-  
stituta, ieiunia & preces adamabat. Ex quibus om-  
nibus, nutrix facillè eam Christianam factam esse  
se cognoscens, in domum suam admittere ausus  
non fuit: ne simul cùm illa ad carceres supplicia  
raperetur. Itaque relicta nutrice ad marem re-  
dijt, quæ ut filiam mutata veste venientem vide-  
re statim animi deliquium passa concidit, ac mor-  
tuæ similis diu resupina iacuit. Interea Pelagia  
transmisso cum virginibus quibusdam, quæ se  
Christum etiam aggregauerant, flumine, precibus  
ac ieiunijs multò instantius ad futura seces-  
samina preparabat: cùm mater resumptis vir-  
ginibus filiam requirebat, qua non inuenta, cõsellum  
militum in omnes vias & semitas misit, ut virginem  
adducerent. Sed illi loca omnia, ad quadraginta  
vsque miliaria, nequicquam perscrutantes  
infecta tandem redierunt.



Post hæc Pelagia cælesti virtute egregiè munita, utro se in matris conspectum dedit, eamque modestis verbis redarguit, quòd tanta infania acciperet, bellum cum ipso Deo, cui omnia famulatur, suscipere præsumeret. Mater autem cum ex filie verbis quid futurum esset, vel luce meridiana clarius perspiceret, confestim Diocletiani filio significavit, sponsam illius Christianorù Deo conjugatam esse. Quo audito, ille paulatim mœrore contabuit, cù indies reputaret animo, quantas sollicitudine eius nuptias ambijisset. Cumque nullam spem eius potiundi amplexibus reliquã videret, neque tamen vehementem amoris ignem, qui medullas depascebat, extinguere posset, furore illius tandem superatus, inuisam lucem proprio mucrone, in seipsum crudelis, miserrimè abruptit.

Pelagiæ verò mater cum filie sponsum manus sibi violentas intulisse audisset, extremum familie suæ excidium ab Imperatore pertimescens, apprehensam filiam ad Diocletianum perduxit, ut quælibet de ea pœnas expeteret. Diocletianus autem quanquam furore incredibili percitus, vix sibi ipsi à manibus temperaret, tamè visâ Pelagiâ, ita illius furor quieuit, ut non iam de filij nece vlciscenda, sed potius de amore virginis cogitaret. Erat enim tanta illius pulchritudo, quantâ nulla orationis vis pro dignitate explicare potest. Statim igitur, ut eâ à Christi cultu auerteret, allata ingenti auri vi, blanditijs eam aggressus est: matremque centum auri talentis donatam, domum remisit. Pelagiã verò honorificam militum manu deductã, stabili sibi matrimonio iungere cogitabat. Itaque coram vniuerso exercitu sic illam affatus est: Vnum est quod à te perô,

vt ab-

Magna fortitudo illæ puelle.

Amoris infania perdit Imperatoris filium.

Pulchritudo Pelagiæ eximia.

Diocletianus  
Pelagiā cupit  
coniugē.

vt abnegato Christo, mecum matrimonio copu-  
leris, & amplissimis Imperij mei fribus pota-  
ris. Ad quæ Pelagia: Insaniens tu quidem temere  
ista locutus es, ego enim nulla tibi ratione con-  
pularor: sed Christo sponso meo ad extremam  
vitæ spiritum fidelis adhærebo.

Supplicium  
bouis avari  
candentis.

His auditis Diocletianus bouem æneum, li-  
gna, bitumen, picem & adipem afferri præcepit:  
subiecto quæ igne, bouem illum tam vehemen-  
ter incendi iussit, vt totus igneus longissimè re-  
luceret. Tum verò adducta in medium adole-  
scentula: Exue, inquit, vestes quibus induta es.  
Pelagia cum vidisset paratos esse qui illi en-  
rent, magna voce atque clamore Imperatorem  
appellans: Recordare, inquit, vxores, pulchritu-  
dine tuas, eadē, qua ego, carne indutas esse. Cum  
quæ Imperator præ amoris infania, multò magis  
eam vestibus spoliari iuberet, illa prompta  
& alacri manu eas in cōspectu Imperatoris ab-  
iecit & nuda ad ardentem machinam propera-  
uit: se quæ in os bouis, virili planè constantia in-  
iecit. Corpus illius fuit breui tempore ardoris  
vehementia absumptum; ex quo tanta odoris  
suauitas per totam urbem emanauit, vt duo mi-  
lites (quorum vni Theonicus, alteri Iulianus no-  
mē erat) qui iam antè pietatē taciti in corde ho-  
uebant se diutius continere non possent, quasi  
apertam confessionis laudem erumperent, at  
beatam martyrem deprædicarent. Et illis qui-  
dem fuere continuò vincula iniecta: vixit  
verò reliquæ, nè à Christianis honore sepulchri  
exciperetur, in montem Linacum nomine, pro-  
iecta.

Vide quid  
posuit Chri-  
sti gratia.

At Clino Episcopus cælesti monitus oratione  
ad protinus se contulit, & in montis vertice ex-  
statio.

struſto quodam ſacello, honorificè collocavit; ac monti deinceps, hunc titulum indidit: *Mons congregationis*, in quo virgo Pelagia, quæ ſeipſam Deo obrulit, & pro veritate certavit, requieſcit.

Mons congregationis.

MARTYRVM SS. SYLVANI, GAZAE

C. Baron: tom 3. annal

Episcopum, & sociorum, qui varijs suppliciorum generibus consumpti sunt, Anno à partu virginico 309. Sub Maximino Imperatore, in Oriente regnante. Ex Ecclesiastica historia Eusebii Casarensis lib. 8. cap. 22.

Quoniam septimus intentatæ contra nos persecutionis iam propè confectus esset annus, & res nostræ sensim, & quasi tacito gressu ad quandam tranquillitatem securitatemque prolaberentur, & ad octavum annum decederent, in quo non exigua confessorum multitudo apud metalla in Palæstina cogebatur, qui magna iam in ritibus religionis perfungendis libertate utebantur, ad eò ut domos in Ecclesias ædificarent: Præfectus provinciæ vir sævus & improbus, qualè scelera eius in martyres Christi admittit ipsum planè commonstrabat, eò statim profectus, simulatque facta & vitæ institutionem eorum qui ibi degebant audiuerat, Imperatorem facit per litteras certiozem, & in ipsam ea quæ ad eorum famam violandam maxime valere putabat, ad eum perſcribit. Undè qui metallorum venis præerat eò accessit, & tanquam ex Imperatoris mandato, confessorum segregavit multitudinem, sicque distribuit, ut detorſerit alij Cyprum, alij Libanum incolerent; alios etiam in alia Palæstina loca dispersiens, omnes varijs laborum molestijs vexari conteri-

a. Maij. Quod ad Sylvanum & alios quosdam attinet.

que

que precepit. Deinde quatuor ex eorum nomine  
ro eximens, qui principem locum inter eos tene-  
re videbatur, ad magistrum equitum mittitur, quorum  
duo Petrus & Nilus appellabantur Aegyptio-  
rum episcopi, tertius presbyter fuit. His etiam  
quartus accessit Patermythi, vir propter singula-  
re erga omnes pietatis studium facile clarissimus.  
Ex quibus magister equitum religionis & fidei in

**Horu mar-  
tyrium inci-  
dit in 19. Se-  
ptēbris diē.**

Christum inficiationem postulat: atque haud com-  
voti factus, eos ignis incendijs cremados tradit.

**S. Sylvanus  
egregius  
martyr.**

Alij rursus ex confessoribus, qui aut propter  
ingrauescentem aetatem, aut membra infirma,  
aut alias corporis infirmitates erant illo operi  
ministerio soluti, ibi in locum separatum ad in-  
colendum amandati. Quorum primas tunc Syl-  
vanus Episcopus Gazæ, qui pium virtutum specu-  
men & egregium exemplar Christianismi om-  
nibus ostendit. Iste à primo die persecutionis (pro-  
pè dixerim) ad extremum, usque per totum tem-  
poris spatium, varijs certaminibus, pro crebra  
dei confessione decursis nobilitatus, ad illum tem-  
poris articulum reservabatur: ut omnia certami-  
na martyrum in Palestina interfectorum, postre-  
mus quasi sigillo cruoris obsignaret. Cum eorum  
iuncti erant ex Aegypto complures; inter quos  
erat Iohannes, qui memoriae bonitate facile ho-  
mines nostri temporis superavit & quantum in-  
teà luminibus orbus erat, tamen tortores adeo

**Iohannis  
martyr ex-  
celsi mira-  
memoria.**

savi, truculenti, crudeles, & immanes fuerunt  
propter egregiam in Christi nomine confessionis  
constantiam, qua magnoperè excellebat, tum igni-  
tis cauterijs eius pedem pari ratione cum alijs  
prorsus labefactarent, tum pupillam oculi, qua  
visum amiserat, candente ferro exurerent. Eum  
autem ob morum probitatem & piam videntem

rationem  
quod qui  
dem illuc  
tum mem  
rum Scrip  
deis, ut ai  
pellibus,  
conciun-  
sed in tab  
mo solert  
quam scri  
rat, inter  
sepè histe  
storum  
lio, taqua  
ferre pot  
illis  
commor  
tura in o  
citationis  
benignam  
ut per ma  
sequerent  
ster diabo  
tentissim  
non ampl  
molestiam  
tollere in  
lenti por  
ab improb  
vlla ex par  
tis suis ac  
dem accip  
ximini l  
gna mar

rationem, præsertim, cum cæcus esset, non est  
 quod quisquam tantoperè admiretur: quâdoqui-  
 dem illud non tantùm habet admirationis, quâ-  
 tum memoriæ vis, qua quidem integros sacra-  
 rum Scripturarum libros, non in tabulis lapi-  
 deis, ut ait Divus Apostolus, neque in animalium  
 pellibus, membranis, aut chartis, quæ vel tineæ  
 conficiunt, vel temporis consumit diuturnitas:  
 sed in tabulis reuerà cordis carnis, id est, in ani-  
 mo solerti, & sincera mentis intelligentia tan-  
 quàm scriptos habuit; adeò ut quando visum e-  
 rat, interdum legis & Prophetarum testimonia,  
 sæpè historias, nonnunquàm euangelia, aut Apo-  
 stolorum scripta, memoriter ex animi domici-  
 lio, tãquàm ex quodam literarum thesauro, pro-  
 ferre potuerit.

2. Cor. 3.

Illis autem quos diximus in loco separato  
 commorantibus, & consueta ipsorum vitæ insti-  
 tuta in orationibus, in ieiunijs, in reliquis exer-  
 citationibus exequentibus, Deus ipse dexteram  
 benignam & propitiam porrigens, largitus est,  
 ut per martyrium salutarem vitæ exitum con-  
 sequerentur. Hostis namque & aduersarius no-  
 ster diabolus eos quidem, utpotè precibus at-  
 tentissimè ad Deum fuis, contra ipsum armatos  
 non amplius ferre poterat: sed sicuti putabat,  
 molestiam ipsi exhibentes trucidare, & è terra  
 tollere instituit. Quippè Deus illi hoc agere mo-  
 lesti potestatem concessit, ut pariter nec ipse  
 ab improbitate, quam dedita opera decreuisset,  
 vlla ex parte arceretur: & hi præclara pro mul-  
 tis suis ac varijs certaminibus præmia iam tan-  
 dem acciperent. Ea de causa ex scelestissimi Ma-  
 ximini Imperat. mandato, vno die vndequadra-  
 ginta martyres capitis pœna mulctantur

Vide Fris-  
 rû Christi-  
 anorum e-  
 excitia.

Martyres 31

M A R-

MARTYRIVM S. FLORIANI MILITIS, quod spontaneus subiit, anno Christi Salvatoris 297. Dioclet. & Maximia. Imp. l. 4. c. 10. quod est apud Surium optima fide.

C. Baron, 16. Annal.

4. Maij.

Laureacum

Egregia fortitudo S. Floriani.

Caeditur fustibus.

Isctatur in fluuium

**I**N diebus Diocletiani & Maximiani, cum diuersis agonibus aduersus impia Imperatoris edicta Christiani cerrarent, Aquilinus Praeses in castro Laureacensium, non minus quinquaginta egregia pietate viros comprehendit, ac multis supplicijs maceratos in carcerem misit. Ad quorum confessionem beatus Florianus ardescens, Laureacum abiit, vt illorum sanctorum pro CHRISTI nomine participaret. Vt autem eò peruenit, foris ex commilitonibus quibuscum antea militauerat, audiuit Chianos ad idolorum sacrificia perquiri. Tum inflammato animo: quem alius, inquit, queritis? Ecce ego quoque Christianus sumite, inquit Praesidi hic me adesse. Praeses Aquilinus his auditis eum ad se vocauit, & dijs sacrificare iussit. Cumque ille constanter ac praeside negaret se facturum, fustibus grauius caesus est; deinde cum nihil de animi magnitudine remitteret Praeses scapulas eius acutis clauis ferreis infringi iussit. Sed neque eo supplicio quidem motus, Deum glorificabat: & iniquum Praesidem superatum esse declarabat.

Tum Praeses ignominiam non ferens, eam sententiam in Aoisuro fluuium de ponte precipitari iussit. Adfuit protinus iuuenis quidam saeuus & crudelis, qui ligato ad collum eum genti saxo, de ponte eum in fluuium praecipitauerat, cuius oculi mox crepuerunt. Fluuium autem suscipiens martyrem, eleuatis vndis corripuit eum.

eius in quoddam eminentius saxum exposuit; quod aquila nutu Dei eò aduolans, expansis alis protegebat.

Apparuit aut in visione B. Florianus Valeria matronæ religione ac pietate eximiæ, indicauitque ei quo loco corpus eius humo contegeret. Illa visione hac admonita, mox adfluuium abiit; corpusque præ Gentilium metu virgultis inuolutum, ad locum sepulture destinatum perduxit. Cum autem inter eundem, iumenta quæ sacras reliquias uehebant, nimia lassitudine oppressa oneri succumberent, matrona tremens Dominum rogauit, ut ipse opem ferre dignaretur; statimque fons illic erupit, cuius aqua iumenta recreata, susceptum iter cum sacro pignore confecerunt. **Miraculum præclarum.** Eo autem in loco ubi martyr sepultus iacet, præ clara de cælo miracula exhibentur, multaque beneficia ijs, qui rebus in aduersis inuicti athletæ auxilium implorant, diuinitus præstantur.

VITA S. MONICAE MATRIS S. AV.

*gustini, desumpta ex libris Confessionum eiusdem. Migravit ad Dominum anno 389. secundum fastos Onuphrii, ætatis suæ 56.*

C. Baron. to. 4. Annal.

**M**ISISTI manum tuam ex alto Domine Deus, & de profunda caligine erroris Manichæorum eruisti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua, amplius quàm flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide & spiritu, quem ex te habebat, & exaudisti eam Domine. Exaudisti eam nec despexisti lachrymas eius, cum profluentes rigarent terram sub oculis eius, in omni loco orationis eius, & exaudisti eam.

4. Maij. Ex confessio-  
ne Augusti-  
ni lib. 3. cap.  
11. & 12.

Mm eam.

**Visio S. Monica.**

eam. Nam vndè illud somnium, quo eam confolatus es, vt viuere me secum crederet, & habere secum eandem mēsam in domo, quod nollet ceperat, auersans & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula, & aduenientem ad se iuuenem splendens, hilarem, atque arridentē sibi, cum illa esset mœrens & mœrore confecta. Qui cum causas que sisset ab ea mœsitiæ suæ quotidianarumque chrymarū, docendi, vt assolet, non discendi pietia, atque illa respondisset, perditionem meam se plāgere, iussisse illum, quòd secura esset, admonuisse, vt attenderet & videret, vbi illa, ibi esse & me. Quod illa vbi attendit, vnde iuxta se in eadem regula stantem. Vndè quia erant aures tuæ ad cor eius? O tu boni nepotens, qui sic curas vnumquemque nostrum tanquàm solūm cures: & sic omnes tanquàm gulos. Vndè illud etiam, quòd cum mihi narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, illa se potiùs non desperaret futuram esse, quæeram: continud sine aliqua hæsitatiōe. Non inquit, non enim mihi dictum est, vbi illa & tu: sed, vbi tu ibi & ille. Nouem ferme sequuri sunt, quibus in illo limo profuit tenebris falsitatis, cum sæpè surgere conarer, grauius alliderer, volutatus sum: cum tamen illa vidua casta, pia, & sobria, quales amant, quidem spe alacrior, sed fletu & gemitu dignior, non desineret omnibus horis orationum suarum de me plangere ad te: & intrabant meo spectum tuum preces eius, & me tamen dantes bas adhuc volui & inuolui in illa caligine.

**S. Augustinus Manichæus.**

Et dedisti alterum responsum per factorem tuum, quendam episcopum, nutricum in re-



desia & exercitatum in libris tuis. Quem cum illa foemina rogasset, vt dignaretur mecum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, ac docere bona (faciebat enim hoc si quos forte idoneos inuenisset) noluit ille, prudenter sane quantum sensi postea. Respondit enim, me adhuc esse indocilem, eò quod inflatus essem notitate hæresis illius, & nonnullis quæstiunculis iam multos imperitos exagitassem, sicut indicauerat ei. Sed sine, inquit, illum ibi, & tantum roga pro eo Dominum: ipse legendo reperiet, quis ille sit error & quanta impietas. Simul etiam narrauit, se quoque paruulum à seducta matre sua datum fuisse Manichæis, & omnes penè non legisse tantum, verum etiam scriptitasse libros eorum, sibi que apparuisse, nullo contra disputante, & conuincente, quòd esset illa secta fugienda: itaque fugisse. Quæ cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere, sed instaret magis deprecando, & vbertim flendo, vt me videret & mecum differeret, illo iam substomachâs tædio: Vade, inquit, à me, ita viuas: fieri enim nõ potest, vt filius istarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia mecum recordabatur, ac si de cælo sonuisset.

S. Augusti-  
nus lachri-  
marũ filius.

Ex libro 5.  
cap. 8. 9.  
& 10.

Egisti etiam mecum Domine, vt mihi persuaderetur Romam pergere, & potiùs ibi docere quod docebam Carthagine. Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsque ad mare sequuta est: sed sefellit eam violenter me tenentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret: & finxi me amicum nolle deserere, donec vento facto nauigaret, Et mentitus sum matri, & illi matri, & euasi. Quia &

Mm 2

hoc



hoc tu dimisisti mihi misericorditer, seruans me  
 ad aquis maris, plenum execrandis sordibus  
 vsque ad aquam gratiae tuae, qua me abluto. siccarentur flumina maternorum oculorum, quibus  
 pro me quotidie tibi rigabat terram sub ventu  
 suo: & tamen recusanti sine me redire, vii per  
 suasi, vt in loco qui proximus nostrae nauis,  
 memoria beati Cypriani, maneret eo nocte. Sed  
 in ea nocte clanculo ego profectus sum: illa autem  
 tem remansit, orando & flendo. Et quid a te pete  
 tebat Deus meus tantis lachrymis, nisi vt  
 gare me non sineres? Sed tu alte consulens & re  
 audiens cardinem desiderij eius, no curasti, quod  
 tunc petebat, vt in me faceres, quod semper pe  
 tebat. Flauit ventus & impleuit vela nostra. &  
 littus subtraxit aspectibus nostris. In quo mare  
 illa insaniebat dolore, & quærelis ac gemitu  
 implebat aures tuas, contemnentes ista cum de  
 me cupiditatibus meis raperes ad finiendas  
 suas cupiditates, & illius carnale desiderium no  
 sto dolorum flagello vapularet. Amabat enim  
 secum praesentiam meam more matrum, sed  
 multis multo amplius. & nesciebat, quid tu illi  
 gaudiorum facturus esses, de absentia mea. No  
 ciebat, ideo flebat & eiulabat, atque illis cen  
 atibus arguebatur rea reliquiarum Euz, cum sp  
 mitu quærens, quod cum gemitu pepererat. Sed  
 tamen post accusationem fallaciarum & crudeli  
 litatis meae, conuersa rursus ad deprecandum  
 te pro me, abiit ad solita, & ego Romam.

Et ecce excipior ibi flagello aegritudinis cor  
 poralis. & ibam iam ad inferos, portans ei mala  
 qua comiseram & in te, & in me, & in alios. Cul  
 ta & graua super originalis peccati vinculum,  
 quo omnes in Adam morimur. Non enim quicquam

quam eorum mihi donaueras in Christo, nec  
 soluerat ille in carne sua inimicitias, quas tecum  
 contraxeram peccatis meis, Quomodo enim eas  
 solueret in cruce pharasma, quod de illo cre-  
 dideram? Quam ergo falsa mihi videbatur mors  
 carnis eius, tam vera erat animæ meæ: & quam  
 vera erat mors carnis eius, tam falsa vita animæ  
 meæ, quæ id non credebatur. Et ingrauescentibus fe-  
 bribus, iam ibam & peribam. Quo enim irem,  
 si tunc abirem hinc, nisi in ignem atque tormenta  
 digna factis meis, in veritate ordinis tui? Et illa  
 hoc nesciebat, & tamē pro me orabat absens. Tu  
 autē ubique præsens, ubi erat exaudiebas eam. & erā v-  
 bi miserebaris mei, ut recuperare salutem corpo-  
 ris mei adhuc insanus corde sacrilego. Neque enim  
 desiderabam in illo tanto periculo baptismum tu-  
 um, & melior eram puer, quando illum de ma-  
 terna pietate flagitavi, sicut iam recordatus at-  
 que confessus sum: sed iam in dedecus meum  
 creueram, & consilia medicinæ tuæ demens ir-  
 ridebam, qui me non fuisti talem bis mori. Quo  
 vulnere si feriretur cor matris, nunquam sanare-  
 tur. Non enim satis eloquor, quod erga me ha-  
 bebat animi, & quāto maiore sollicitudine par-  
 turiebat me spiritu, quā carne pepererat. Non  
 itaque video quomodo sanaretur, si mea talis il-  
 la mors transuerberasset viscera dilectionis eius.  
 Et ubi essent tantæ preces, & tam crebræ sine in-  
 termissione? Nusquam nisi ad te. An verò tu De-  
 us misericordiarum sperneres cor contritum &  
 humiliatum viduæ castæ ac sobriæ, frequentan-  
 tis eleemosynas, obsequentis atque seruientis  
 Sanctis tuis, nullum diem prætermittentis obla-  
 tionem ad altare tuum, non ad vanas fabulas &  
 aniles loquacitates, sed ut te audiret in tuis ser-

M m 3

moni-

S. Monica  
virtutes.Missæ quo-  
tidianæ, etiā  
antiquitas.

monibus, & tu illam in suis orationibus: Huiusmodi ne tu lachrymas, quibus non à te aurum & argentum petebat, nec aliquod mutabile aut volubile bonum, sed salutem animæ filij sui cuius munere talis erat, contemneres, & respiceres ab auxilio tuo? Nequaquam Domine, sed verò aderas & faciebas ordine, quo praedictaueras esse faciendum, Absit, ut tu falleres in illis visionibus & respõsis tuis, quæ iam commemoravi & quæ non commemoravi, quæ illi deli pectore petebat, & semper orans, tantum chyrographa tua ingerebat tibi, Dignaris enim quoniam in seculum misericordia tua, eis, quibus omnia debita dimittis, etiam promissibus tuis debitor fieri. Recreasti me ab illa crudelitate, & saluum fecisti filium ancillæ tuæ, interim corpore, ut esset, cui salutem meliorem atque certiorẽ dares.

Ex lib. 6. C. 6.  
fest. cap. 1.  
& 2.

Spes mea à iuuentute mea, ubi mihi erat, & quò recesseras? An verò non tu feceras me, & creueras me à quadrupedibus & volatilibus coli? Sapientiorẽ me feceras, & ambulabam per tenebras & lubricum & quærebam te foris, & non inueniebam Deum cordis mei, & veni in profundum maris, & diffidebam & desperabam de inuentione veri. Iam venerat ad me mater perterrita fortis, terra mariq; me sequens, & in periculis omnibus de te secura. Nam & per maria delicta crimina, ipsos nautas consolabatur, à quibus rudes abyssi viatores, cum perturbantur, consolari solent, pollicens eis peruentioem cum salute: quia hoc ei tu per visum pollicitus erat. Et inuenit me periclitantem quidem graui desperatione indagandæ veritatis. Sed cum ei cum indicassem, non me quidem iam videri.

S. Monica  
venit Romam  
ad S. Augustinum.

Monica  
cum  
illu  
miferic  
resuscit  
nis effe  
dico sur  
reddere  
ta erula  
eranta  
plange  
tum, se  
certa e  
cum pr  
fiducie  
quod  
sura e  
mibi  
lacrym  
& illu  
ecclési  
ad fon  
ligeba  
quod  
lam an  
per q  
sanita  
per ac  
certa p  
la  
Aphr  
tuliff  
episc  
bedie  
facile

Manichæum, sed neque Catholicum Christianum, non quasi inopinatum aliquid audierit, ex illius lætitia, cum iam secuta fieret ex ea parte miseria mea, in qua me tanquam mortuum, sed resuscitandum tibi, flebat & feretro cogitationis efferebat, ut diceret filio viduæ: Iuuenis, tibi dico surge, & reuiuisceret & inciperet loqui, & redderes eum matri suæ. Nulla ergo turbulenta exultatione exultauit cor eius, cum audisset ex tanta parte iam factum, quod tibi quotidie plangebat, ut fieret, veritatem me nondum adeptum, sed falsitati iam ereptum; imò verò quia certa erat, & quod restabat te daturum, quod totum promiseras, placidissimè & pectore pleno fiducia respondit mihi, credere se in Christum, quod prius quam de hac vira emigraret, me visura esset fidelem Catholicum; & hoc quidem mihi, tibi autem fons misericordiarum preces & lacrymas desiores, ut accelerares adiutoriū tuū, & illuminares tenebras meas, & studiosius ad ecclesiā currerē, & in Ambrosij ora suspenderer, ad fontem salientis aquæ in vitam æternam. Diligebat autē illum virum sicut Angelum Dei, quod per illum cognouerat, me interim ad illam ancipitem fluctationē iam esse perductum, per quam transcurum me ab ægritudine ad sanitatem, intercurrente acriore periculo, quasi per accessionem, quam criticam medici vocant, certa præsumebat.

Itaque cum ad memorias Sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes & panem & merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, ubi hoc episcopum vetuisse cognouit, tam piè atque obedienter amplexa est, ut ipse mirarer, qui tam facile accusatrix potius cōsuetudinis suæ, quam

Luce. 2.

s. Monica  
cur amarit  
s. Ambro-  
sium.

disceptatrix illius prohibitionis effecta sit. Non enim obfidebat spiritum eius vinolentia, eamque stimulat in odiū veri amor vini, sicut ple-rosq; mares & foeminas, qui ad canticum sobrietatis, sicut ad potionem aquatam madidi, nauis-ant. Sed illa cum attulisset canistrum cum solenibus epulis prægustandis atque largiendis, plus etiam quam vnum pocillum pro suo palato sitis sobrio temperatum, vnde dignationem sumeret, non ponebat. Et si multæ essent, quæ illo modo videbantur honorandæ memoriæ defunctorum, idem ipsum vnum, quod vbiq; poneretur, cum ferebat, quo iam nō solum aquatissimo, sed etiam tepidissimo cū suis præsentibus per sortitiones exiguas partiretur: quia pietatē ibi quæ-  
bat, nō voluptatē. Itaq; vbi cōperi, à p̄claro predicatore atq; antistite pietatis præceptū esse, illa nō fieri, nec ab eis qui sobriè facerēt, nē vlla occasio se ingurgitādi daretur ebriosis, & quia p̄ræta-  
lia superstitioni gētiliū essent similima, abstinuit se libentissimē, & pro canistro plenis terrenis fructibus, plenum purgatoribus votis pe-  
ctus ad memorias martyrum afferre didicerat, ut & quod posset, daret egētibus, & si cōmunitio Dominici corporis illic celebraretur, cuius passionis imitatione immolati & coronati sunt martyres. Sed tamē videtur mihi Domine Deus me<sup>9</sup>, & ita est in cōspectu tuo de hac re cor meū, non facile fortassē de hac amputanda consuetudine, matrem meam fuisse cessurā, si ab alio pro-  
hiberetur, quem nō sicut Ambrosium diligebat, quem propter salutē meam maximē diligebat, eam verò ille propter eius religiosissimam conuersationem, qua in bonis operibus tam feruēt spiritu si equentabat ecclesiam, ita ut sapē erumpere-

S. Ambrosij  
encomium.

peret, cum me videret in eius prædicatione, tunc mihi, quod talem matrem habere sciam qualem illa me filium, qui dulcius illis omnibus, & inueniri posse viam vitam me putabam.

Atque interea mater ingressa est, qua ad nos, quid promouissimus: nam & enota erat. Cuius & ingressum & rogati scribi nostro more iussissem: Quid agitur, nunquid in illis, quos legitis libris, minas inquam audiui in hoc genus dicitur introducat; Cui ego: Non valeo quam, superborum imperitorumque qui similiter in legendos libros, atque tantos homines irruunt. Non enim quales ipsi, sed qualibus induci vestita pompa rerum fortunæque præfusa Mei autem libri, si quorum fortè nesciunt, lectoque meo nomine non dicitur quis est? codicemque proiecerint: non vel nimium studiosi, contemptum in intrare perrexerint: me tephantem non molestè ferent, nec ceterorum, quorum meis litteris sermo non talle cõtemnent. Nec deerit, mihi hominum genus, cui plus placeat hanc mecum philosophari, quàm si quicquid in munditatis aut grauitatis inuenirentur sunt apud veteres philosophia tua mihi plurimùm placet. Atque ignores, hoc Græcū verbū quod nominatur, Latinè amor sapientie etiam diuinæ Scripturæ, quod amplecteris, non omnino philosophos huius mundi euit;

M m

ne, gratiam, ne vitabam vitam mi-

stuitque

quæstio

onè cum

is, inquit,

etiam fœ-

disputatio-

ne curo in-

te iudicia,

que in salu-

n cogitant,

us sint; quã-

lgeant, &c.

ianus tetige-

ixerint, iste

sed vel curi-

a vilitate li-

um philoso-

phæquam isto-

miscetur, for-

crede, tale ho-

mo ipsum, quia

hic aliud aut

erit. Nã & fœ-

hata, & philo-

Nã ne quid ma-

od philosophia

tiæ dicitur. Vn-

tas vehementer

hilosophos, sed

indos atque irri-

ndos

Ex lib. 1. de Ordine cap. 11.

Philosophia.

Philosophi  
quinam in  
scripturis  
reiekti.

544  
dendos est  
philosoph  
aliud, quã  
rem te igit  
amares : ne  
diocriter a  
quantum m  
multò plus  
quantum me  
feceris, ut i  
nec ipius mo  
limum est, h  
philosophia  
ne me non lib  
Hic illa cum b  
tantum menti  
multa nos verb  
essent, & iam li  
liqua forent, pl  
ut meo stomach

Ex lib. 9. Cõ.  
scil.

Annus erat, at  
na Valentiniã  
Ambrosium per  
fuerat seducta ab  
ecclesia, mori pa  
tuo. Ibi mater me  
vigiliarum prima  
uebat. Nos adhuc  
citabamur tamen  
ta. Tunc hymni &  
morem Orientali  
roris radio contab  
lo in hodiernum r  
omnibus gregibus

VITA S. MONICAE

te præcipiunt. Nam quisquis omne  
iam fugiendam putat, nihil nos va  
non amare sapientiam. Contemne  
ur in his litteris meis, si sapientiam  
an autem contemnerem, si eam me  
nares: multò minus, si tantum  
e, amares sapientiam. Nunc cum ei  
quam me ipsum diligas, & meum  
diligas, cumque in ea tantum pro  
m nec cuiusvis commodi formid  
rtis, quod viris doctissimis effulsi  
rrore deterrearis, quam hominum  
arcem omnes esse confitentur  
enter tibi etiam discipulorum  
landè ac religiosè nunquam me  
um esse dixisset, & videtur  
a fuisse, ut neque scribere  
bri modus esset, neque tabularis  
acuit quæstionem differri: si  
o parcerem,

te non multò amplius cum  
regis pueri mater, hominem  
equeretur hæresis sue causa  
Arianis. Excubabat pia p  
irata cum Episcopo suo  
a, ancilla tua sollicitudine  
s partes tenens orationibus  
frigidi à calore spiritus  
auitate at conita acque  
psalmi ut canerentur, ser  
um partium, ne populus  
esceret, institutum est  
tentum, multis iam ve  
nis. R. n. 1223

tantibus.  
aperiisti.  
Proculy &  
pra in the  
portuè p  
miam, l  
fissa d  
brosiana  
verabant  
sanabant  
cecus ciu  
volutua  
diffet, ex  
rogauit. C  
sudario t  
fuo tuo m  
cit, at que  
Indè fam  
lucentes,  
dendi lan  
tameo fur  
meas. Et c  
guentorum  
ideo plus  
rum, o h  
quantum p  
Qui ha  
sociali ne  
municipio  
prior nobi  
relicta mi  
mul eram  
querebam  
ret seruien  
parica. Et c



Inuenta cor-  
pora integra  
SS. Geruasij  
& Protasij.

tribus. Tūc memorato antistiti tuo, per visum  
aperuisti, quo loco laterent martyrum corpora  
Protasij & Geruasij, quæ per tot annos incorru-  
pta in thesauro secreti tui recōdideras, vndē op-  
portunē promeres, ad coërcendam rabiem foe-  
mineam, sed regiam. Cū enim propalata & ef-  
fusa digno cum honore transferrentur ad Am-  
brosianam basilicam, non solum quos immundi  
verabant spiritus, confessis iisdem dæmonibus  
strabatur: verumetiam quidam plures annos  
cæcus cuius, ciuitatiq̄ue notissimus, cū populi  
tumultuantis lætitiæ causam quæsisset atque au-  
disset, enlinit, eoq̄ue se vt diceret suum ducem  
rogauit. Quō perductus, impetrauit admitti, vt  
sudario tangeret feretrum preciosæ in conspe-  
ctu tuo mortis Sanctorum tuorum. Quod vbi fe-  
cit, atque admouit oculis, confestim aperti sunt.  
Indē fama discurrens, inde laudes tuæ feruentes  
lucentes, indē illius inimicæ animus, etsi ad cre-  
dendi sanitate non applicitus, à persequendi  
tamen furore compressus est. Gratias tibi Deus  
meus. Et tamen tunc cū ita fragraret odor vn-  
guentorum tuorum, non currebamus post te: &  
ideo plus stebam inter cantica hymnorum tuo-  
rum, olim suspirans tibi, & tandem respirans,  
quantum pater aura in domo foenea.

Psal. 115.

Cæcus sana-  
tur ad SS.  
Geruasij &  
Protasij.

Cant. 1.

Qui habitare facis vnanimis in domo, con-  
sociali nobis & Euodium iuuenem ex nostro  
municipio. Qui cū agens in rebus, militaret,  
prior nobis ad te conuersus est & baptizatus, &  
relicta militia seculari, accinctus est in tua. Si-  
mul eramus, simul habitabamus placito sancto;  
querabamus, quisnam locus nos vtiliùs habe-  
ret seruientes tibi; pariter remeabamus in A-  
panicæ. Et cū ad ostia Tiberina essemus, mater  
defun-

Psal. 67.  
Cap. 3.



Obitus S.  
Monicæ.

546

VITA S. MONICAE

defuncta est. Non præteribo quicquid mihi an-  
ma parturit de illa famula tua, quæ me partu-  
riuit: & carne, vt in hanc temporalem, & corde  
vt in æternam lucem nacerer. Non eius, sed tua  
dicam dona in ea: neque enim seipsam fecerat,  
aut educauerat seipsam. Tu creasti eam, nec pa-  
ter nec mater sciebat, qualis ex eis fieret illa. Et  
erudiuit eam in timore tuo virga Christi tui, re-  
gimen vnici filij tui in domo fideli, bono mem-  
bro Ecclesiæ tuæ. Nec tantam erga suâ disciplinâ  
diligentiam matris prædicabat, quantam famula  
cuiusdam decrepita, quæ patrem eius infan-  
tem portauerat, sicut dorso grandiuscularum puellarum  
paruuli portari solent. Cuius rei gratia, &  
propter senectam ac mores optimos, in domo  
Christiana satis à dominis honorabatur. Vnde  
etiam curam Dominicarum filiarum commissa  
sibi diligenter gerebat, & erat in eis correpti-  
dis cum opus esset, sancta seueritate vehemens  
atque in docendis sobria prudentia. Nam extra  
præter illas horas, quibus ad mensam parentum  
moderatissimè alebantur, etiam si exardesceret  
siti, nec aquam bibere sinebat, præcauens con-  
suetudinem malam, & addens verbum san-  
ctum. Modò aquam bibitis, quia vinum in potestatis  
habetis: cum autem ad maritos veneritis, sub-  
iugum dominæ apothecarum & cellariorum, aqua loco  
debit, sed mos potandi præualebit. Hac ratione  
præcipiendi, & auctoritate imperandi, frangebatur  
audacitatem tenerioris ætatis, & ipsam puellari-  
tatem formabat ad honestum modum, vt iam non  
liberet, quod nec deceret. Et surrepleta eam  
cut mihi filio famula tua narrabat, surrepleta eam  
vinolentia. Nam cum de more tanquam puella lo-  
bria iuberetur à parentibus de cuppa vinum de-  
pro

Sapiens di-  
ctum vetulæ.

promere, submisso poculo. qua desuper patet, potiusquam in lagunculam funderet merum, primoribus labris sorbebat exiguum, quia non poterat amplius sensu recusante. Non enim vlla temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus ætatis excessibus, qui ludicris motibus ebulliunt & in puerilibus animis maiorum pondere premi solent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo, quoniã qui modica spernit paulatim decedit, in eam consuetudinem lapsa erat, vt propè iam plenos metro caliculos inhianter hauriret. Vbi tunc sagax anus, & vehemens illa prohibitio? Nunquid valebat aliquid aduersus latentem morbum, nisi tua medicina, Domine, vigilaret super nos? Absente patre & matre & nutritoribus, tu præsens qui creasti, qui vocas, qui etiam per præpositos homines boni aliquid agis ad animarum salutem, quid tunc egisti Domine Deus meus? Vnde curasti? vnde sanasti? Nonne protulisti durum & acutum ex altera anima conuictum, tanquam medicinale ferrum, ex occultis prouisionibus tuis, & vno ictu putredinem illam præscidisti? Ancilla enim cum qua solebat accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, vt fit, sola cum sola, obiecit hoc crimen amarissima insultatione vœas meribibulam. Quo illa stimulo percussa, respexit fœditatem suam, confestimque damnata atque exiit. Sicut amici adulâtes peruertunt, sic inimici litigantes plerunque corrigunt. Nec tu quod per eos agis, sed quod ipsi voluerunt, retrahis eis.

Mala cõsuetudo etiam in minimis, nisi mox reprimatur, ad peiora adducit.

Nota.

Cap. 9.  
S. Monica vt in matrimonio se gessit.

Educata itaque pudicè ac sobriè, potiusque à subdita parentibus, quàm à parentibus tibi, vbi plenis annis nubilis facta est, tradita viro seruiuit



uiuit veluti Domino. & fategit eum lucrati  
 loquēs te illi moribus suis, quibus eam polle  
 faciebas, & reuerenter amabilem atque mirabi  
 lem viro. Ita autem tolerauit cubilis iniuriam,  
 nullam de hac re cum marito haberet  
 similitatem. Expectabat enim misericordiam  
 super eum, vt in te credens castificaretur. Irato  
 rō ille sicut beneuolentia prācipuus, ita in  
 uidus. Sed nouerat hęc non resistere irato  
 non tantum facto, sed ne verbo quidem; irato  
 rō refracto & quieto, cūm opportunum  
 rationem facti sui reddebat, si forte ille  
 derātius motus fuerat. Deniq; cū matronarū  
 tā, quarum viri mansuetiores erant, pōpuli  
 vestigia etiam dehonestata facie gereret, hęc  
 amica colloquia illā arguebant maritona  
 tam; hęc earum linguam, veluti per iocum  
 uiter admonens, ex quo illas tabulas, quae  
 moniales vōcantur, recitari audissent, itaque  
 instrumenta, quibus ancillā factā esset, dep  
 tare debuissent: proindē memores conueniens  
 superbire aduersus dominos nō oportere. Cū  
 que mirarentur illā, scientes quam ferocem  
 ingem sustineret, nunquam fuisse audientem  
 liquo iudicio claruisse, quōd Patricius cecidit  
 vxorem, aut quōd à se inuicem vel vnum  
 domestica lite dissenserint, & causam fami  
 litem quārerent, docebat illa institutum sui  
 suprà memorauī. Quā obseruabāt, experta  
 tulabantur: quā non obseruabant, subie  
 bantur. Socrum etiam suam primō susurrā  
 larum ancillarum aduersus se irritam, de  
 cit obsequijs, perseuerans tolerantia & mansue  
 tudine, vt illa vltro filio suo medias linguarū  
 mularum proderet, quibus inter se &

domestica turbabatur, expeteretque vin-  
 tate posteaquam ille & matri obtempe-  
 rans familiaris disciplinam, concordia si-  
 mulens, proditas ad prodentis arbitrium  
 verbis coercuit, promisit illa talia de se  
 sperare debere, quæcumque de sua nu-  
 mero placeret, mali aliquid loqueretur: nu-  
 quid audente, memorabili inter se benevol-  
 tate vixerunt. Hoc quoque illi bono ma-  
 gno tuo, in cuius utero me creasti, Deus meus, mi-  
 nus græde donaveras, quod inter dissidentes atque di-  
 scordes qualiter liber animas, ubi poterat tam se præ-  
 bebatur pacifica, ut cum ab utraque multa de inui-  
 ce audiret amarissima, qualia solent eructare tur-  
 gens atque indiget, discordia, quando præsentia a-  
 mica de absentibus inimica per acida colloquia cru-  
 delitas exhalatur, invidiorum, nihil tam amicum  
 de altera proderet, nisi quod ad eas reconcilian-  
 das valeret. Denique etiam virum suum iam in  
 extrema vita tempora. Si eius, lucrata est tibi, ne  
 in eo iam fidei planxerit, quod in non dum fidei te-  
 lerauerat. Erat enim se tua servorum tuorum. Quis  
 quis enim eorum novit eam, multum in ea  
 laudabat, & honorabat & diligebat te: quia sen-  
 tiebat præsentiam tuam in corde eius, sanctæ cõ-  
 versationis fructibus testibus. Fuerat enim vnus  
 viri vxor, mutuam vicem parentibus reddiderat,  
 domum suam pie tractauerat, in operibus bo-  
 nis testimonium habebat. Nutrierat filios to-  
 tios eos parturiens, quoties ab te deuiare cerne-  
 bas. Postremò nobis Domine omnibus, qui ex  
 munere tuo finis loqui seruis tuis, qui ante dor-  
 mitionem eius in te iam consociati vinebamus,  
 percepta gratia baptismi tui, ita curam gessit,  
 quasi omnes genuisset: ita seruiuit, quasi ab om-  
 nibus genita fuisset.

Immi-

Inter discor-  
 des ut pacē  
 sit ita sit cõ-  
 si liare.

Patritius S.  
 Monica o-  
 pera credit  
 in Christū.

1. Tim. 5a



Cap. 10.

In nomine autem die, quo ex hac vita exiit, quem diem tu noueras, ignorantibus tuis, prouenit erat, ut credo, procurante te occurrentibus modis, ut ego & ipsa soli starem, inuenientes ad quandam fenestram, vnde hortus deum, quia nos habebat, prospectabatur, apud ostia Tiberina, vbi remoti à turbis itinere labore, instaurabamus notationi. Colloquebamur ergo soli & praeiterita obliuiscetes, in ea, o extenti, quae eramus inter nos, veritatem, quia tu es, qualis futura Sanctorum, quam nec oculi audiuit, nec in cor hominis habuimus ore cordis in super fontis vitae, qui est apud te, stro aspersi, quoquo modo mus. Cuiusque ad eum finem sermo fertur, ut carnalium sensu bet, in qua talibet luciditate non comparatione, sed in ratione quidem digna videretur, non ardente iore effertu in idipsum, perimus gratiam, in sancta corporalia, vnde Sol & Luna & stella lucent super & c. Dicebamus talia, etsi non isto modo verbis, tam enim Dominus, tu scis quod illa talia loquebamur, & mundus iste non habebat vilesceret, cum omnibus delectatur, tunc ait illa: Fili, quantum ad me in re iam delector in hac vita. Quid huc huc, & cur huiusmodi nescio, immo consumptum huiusmodi erat propter quod in aliquantulum immorari cupiebam, vnde hunc Christum videram, priusquam

Phipp. 3.

Isaiz 64.

Psalmo 33.



tem ista inanitas plenitudine bonitatis tue ceperat in eius corde non esse, nesciebam, & letabar admirans quod sic mihi apparisset: quam & illo sermone nostro ad fenestram, cum dixit: iam quid hic facio? non apparuit debere in patria mori. Audiui etiam postea quodam, cum Ostijs essemus, cum quibusdam amicis matris materna fiducia colloquebatur quodam de contemptu vitæ huius, & bono mortis, vixisse non aderam; illisque stupentibus virtutem foeminae, quam tu dederas ei, quaerentibus, utrum non formidaret tam longè à sua civitate corpus relinquere: Nihil, inquit, longè est Deo neque timendum est, nè ille non agnoscat fine seculi, vnde me resuscitet. Ergo die natalitatis suæ, quinquagesimo & sexto ætatis suæ, illa religiosa & pia corpore soluta est.

Obitus S.  
Monicae.

Premebam oculos eius, & consuebat in precordia mea mœstitudo ingens, & transibebat in lachrymas, ibidemque oculi mei, violento animi imperio resorbentem fontem suum vique ad siccitatem, & in tali luctamine valde mihi mihi erat. Tum verò ubi efflauit extremum spiritum, puer Adeodatus exclamavit in planctu, atque ab omnibus nobis coercitus tacuit. modo etiam meum quiddam puerile, quod dicebatur in fletu, iuuenili voce cordis coarctabatur & tacebat. Neque enim decere arbitrabatur funus illud questibus lachrymosis, gemitibusque celebrare: quia his plerumque solet deplorari quædam miseria morientium, aut quasi quædam nimoda extinctio. At illa nec miserè moriebatur, nec omnino moriebat. Hoc & documentis morum eius & fide non ficta, rationibusque certis tenebamus.



VITA S. \*GOTHARDI ANTIISTITIS \*aliàs Gothardi.  
Hildesemensis: ex ea quæ est apud Fr. Laurent.  
Surium. Excessit ex humanis anno ab orbe re-  
dempto 1037. sub Benedicto, 8. eius nominis sum-  
mo Pontifice, ac Conrado, eius nominis Impera-  
tore secundo: cum sedisset annos plus minus 15.

**B**eatu Gothardus in Bauaria apud Altha-  
hense monasterium, ex parentibus Chisti-  
ana religione ac vitæ sanctimonia specta-  
tis ortus est: qui cum eum à teneris vnguiculis  
multa sollicitudine ac pietate feliciter enutriui-  
sent, præclaræ iam indolis puerû in eodem cœ-  
nobio sacrarum literarum studijs curârunt ad-  
hibendum. Vbi à fratribus religiosè susceptus,  
tantos in iisdem (Deo donante) fecit progressus,  
ut à Christiano Pataviensi Episcopo, qui idem mo-  
nasterium tanquam beneficiarius gubernabat,  
in specialem admissus fuerit familiaritatem, ac  
integro triennio omnium itinerum suorum in-  
diuisus habitus comes: interim de ijs quæ fidei  
& religionis sunt accuratius ab eo instructus.  
Fratribus autem Althahensibus ad peragenda  
diuina ministeria obnixè eum repetètibus, Sub-  
diaconum ordinatum, egregium iam adolescen-  
tem benignè restituit. Apud quos indies primò  
se ad anteriora extendere; dein fratrum com-  
muni utilitati religiosè intendere; omnibus vir-  
tutum exemplis prælucere: ac omnimodis ad  
meliora vniuersos incitare. Hinc breui tempore  
monastica vitæ disciplinam perfectè assecutus,  
Diaconus quoque ordinatus, nò absque Dei pro-  
uidentia eius Monasterij, quod tunc Canonico-  
rum erat collegium, Præpositus est institutus.

Porro cum Imperante Othone 3. idem Cæno-  
bium

4. Maij.  
Patria eius.

Recipitur  
in Althahēsi  
monasterio

Felices eius  
Progressus.

Ordinatur  
subdiacon⁹.

Item Diaconus.

Fit Præposi-  
tus.

Fit ex cano-  
nicorū Præ-  
posito mo-  
nachus.

Sacerdotio  
initiat cre-  
atur Abbas  
Altaheasis.

Quæ in mō-  
te Heilinger-  
berch con-  
diderit.

\* Autor mā-  
fos vocat.

bium Episcoporum consilio in pristina mon-  
astica religionis statum esset restitutum, ac diu-  
nus cultus ad Regulæ sancti Benedicti præscri-  
ptum constitutus; Gothardus promptæ obedien-  
tiæ iuuenis, nouelli Abbatis Erchanberti sab-  
berrima adhortatione seculi vanitatibus et a-  
nimo renuncians, cum aliquot eius locustri-  
bus monachus effectus est; annum iam ægæ  
trigesimum primum: in quo sacro infirmo  
tam eximia habuit virtutum cum ætate incre-  
menta, vt Abbas ei omnem ouilis sibi crediti  
curam post se penitus demandare haud dubi-  
taret. Quin & cum idem venerabilis pater euo-  
lo triennio secretioris vitæ solitudinem co-  
petens, Monasterij administratione profusus  
se abdicasset, Gothardus dignitate sacerdoti-  
li iam decoratus, tum Antistitem authorita-  
tum fratrum vnanimitate ( cum biennio sus-  
set reluctatus ) tandem victus, Coenobij no-  
gimen in se recepit; moxque ab ipso promo-  
tionis suæ exordio totum se CHRISTI ser-  
uitio alacriter impendit, arctioremque & su-  
periores monasticæ vitæ tramitem cum ad-  
iunctis sibi fratribus sollicitè complexus  
in integro octennio in eodem indefessus per-  
uerans. Atque interim nihilominus in  
manuario multiplicia fratribus atque rebus  
ria emolumenta comparauit. In Monte  
dem, Heilingerberch nomine, firmum mō-  
nasterium, & in eo templum elegantissimum in ho-  
norem Deiparæ Virginis cum congruis  
cijs extruxit, & circunquaque maxime in  
Bohemico, extirpatis prius suo ac fratribus  
bore syluis & vepribus, ad triginta & octo  
plius \* mansiones ad fratrum vsus informauit.

Interim verò Cœnobij Hersfeldensis Abbatem Bernhario post diuturnum morbum vitam sancto, Gothardus eidem, consilio Episcoporum pater gubernatorque præficitur. Et quidem eò, à VVilligiso Archiepiscopo Moguntino perductus, diuino primùm invocato auxilio, fratres ibidem laxius quàm monastica disciplina ferebat, antè habitos, eximia dexteritate, comitate ac humanitate, à pristina perniciofa libertate auocatos, ad leue CHRISTI iugum recipiendum ac inuictò animo perferendum, præstante Domino, adduxit: temporalia simul cum spiritualibus collapsa egregiè restaurauit reformauitque. Atque sic in eo monasterio tam cum illis quos ibi inuenerat quàm cum alijs aliundè adductis fratribus annis septem DEO dignè, & coram hominibus laudabiliter vixit. Commendata autem sunt ei etiam alia duo monasteria, Degerense & Cremonense; quæ pari studio in Dei famulatu gubernauit.

Porro vir sanctus, senio iam & labore fessus, curarumque secularium pertæsus, Hersfeldensis monasterij præfecturam Arnolde præclaro viro, qui eius loci antè præpositus fuerat, commendauit; & Degerensis æquè venerabili primicerio suo: ac deindè ad Altahense monasterium se recepit; per mansurus illic, si tamen sic visum esset voluntati diuinæ, ad supremum vsque vitæ suæ diem in monasticæ vitæ studio atque cultu. Id ipsum siquidem monasterium summo perè excolere atque ornare conatus est; putà codicibus, sacris vestibus, alijsque varijs & vilibus Ecclesiæ ornamentis: in primis verò permultos illic fratris scientia & morum integritate

Præficitur  
Monasterio  
Hersfeldensi:  
ac id ipsum  
in vtroque statu reformat

Multum eò.  
tulit Alta-  
hensi Mo-  
nasterio.

gritate insignes atque spectatos enutriuit, quos  
postea in diuersa monasteria patres & doctores  
ablegavit. Sed cum in hac laboriosa, at ipsi tamē  
grata quiete annis decem eum in modum se co-  
parasset, totoque pectore, & nocturnis atque di-  
urnis suspirijs in eam curam cogitationemque  
incumberet, ut posset placere Domino in regio-  
ne viuorum, & videre Deum Deorum in Syon,  
eccē ad Imperatorem, (cui per id tempus inter-  
aderat Gothardus) perfertur tristissimus nunci-  
us de obitu Beruuardi Hildesemensis Ecclesie  
Antistitis præstantissimi: vnde multo magis  
affectus, & fidelis serui Christi, sui que amici  
mortem lachrymis profecutus, piam eius me-  
moriam Deo & sanctis Angelis eius, debita com-  
memoratione commendauit: dein virum sancti-  
tatis secretò etiam atque etiā adhortari, totoque  
pectore deprecari, tum publicè per Antistitem  
solicitare, quantenus honorificentissimam va-  
cantem sedem ascendere tranquillo animo con-  
sentiat. At ille fidenter admodum sese opponere;  
tali que functione & honore placè se in-  
dignum proclamare: affirmans se magna dimi-  
tarum onera eam ob causam à se reiecit, ut  
Deo posset vacare liberiùs, & fragilis humani  
finem in solita amicaque paupertate securus  
expectare. Ita tota hebdomada inter eos hæret  
actitata est: Gothardo nihil de animi sui obli-  
uata sententia remittente.

Tandem autem in vigilijs S. Andreæ Apostoli,  
quæ tunc in feriam quintam antè Domini adue-  
ntum inciderunt, in somnis talis ei visio contigit.  
Post solitas noctis vigilijs & preces, videtur  
visus est in atrio illius Ecclesie, in qua tribus  
post consecrandus erat, miram hominum multitudine

S. Gothardus  
recusat E-  
piscopatum  
Hildesemē-  
sem.

ordinem inter se tumultuantem, & de Episcopo  
Hildesemensi serid concertantem: tum verò ac-  
cedere ad ipsū in medijs turbis illis matronam  
quandam eximiam atque venerabilem, vultu  
& habitu admirandam; cui adiunctus erat pul-  
cherimus virginum cætus, eamque apprehensa  
manu ipsius. è frequentia hominum introducere  
eum in Ecclesiam; porrectaque manu dextera,  
nuntium admonere, vt coram Crucifixo veni-  
am peteret; statimque ipso se ad preces inclinante,  
illam cum alijs circumstantibus clara voce  
psallere: Infunde vnctionem tuam clemens no-  
stris sensibus Ad hanc vocem ipse à somno ex-  
citat, & visionis significatione compunctus,  
in sacram AEdem intrauit, & coram altari Do-  
mini se prosternens, eius bonitati se & visionem  
illam commendauit. Postquam autem illuxit,  
mentis suæ pertinacia remissa, visionis seriem  
Imperatori clàm exposuit; cum ecce eodem die  
Clerus Hildesemensis cum militari manu adue-  
nit: quibus simulac Imperator animi concep-  
tum, immò verò præpotentis Dei decretum in-  
dicasset, omnes vno animo libenter amplexi sūt,  
laudantes Deum. Hinc postera die summa Cleri  
populique voluntate & gratulatione pastora-  
lis cura ei demandata est: ac deindè proxima  
Aduentus Domini die Dominica, ab Aribone  
Moguntinensi Archiepiscopo dignè Deo conse-  
cratus est.

Itaque beatus Gothardus pontificalibus in-  
fulis decoratus Nonis Decembris Hildesiam ve-  
nit cunctis de eius aduentu ex animo gratulan-  
tibus. Cumque ibidem Orthodoxam fidem &  
religionem hætenus sartam, tectam, probeque  
obseruatam comperisset, statim in Dei erupit  
laudes,

N n 4

Pia quadam  
visione cõ-  
punctus tã-  
dem cõsen-  
tit in Epif.  
copatum.

Cõsecratur  
Antistes  
Hildesemē-  
sis.

Præclara eius studia in Episcopatu.

laudes, eamque omni deuotionis studio augere & amplificare conatus est. Foris quoque in populi gubernationem Episcopo digna sollicitudine & attentione solerter incubuit; atque pro ijs die ac nocte toto vitæ suæ tempore sine intermissione gemitus & preces DEO obtulit: seipsum verò in solita vitæ sanctitate & bonorum operum assiduitate non solum caute continuit, sed etiam quotidiana ijs adijcere incrementa studuit; in vigilijs, orationibus, conuicia & propè incredibile ieiuniorum frequentatione, largissimis eleemosynis, summaque vitæ grauitate & DEI timore fortiter vixit in suam, CHRISTI eum spiritu comberrante, perseuerans. Fuit sanè etiam ipse laboribus & Primoribus & formidini & honoribus teris pro sua cuique conditione talem sese exhibens, vt & timeretur ab illis & amaretur. Erat enim sollicitus pro omnibus & in CHRISTO omnibus omnia factus: sibi vni duntaxat rigidus, asper & parcus. Cœnobium suum cura pastoralis gubernauit sapientissimè. Thesaurum Ecclesiæ, quem ibi copiosum inuenit, non minus decenter, quam vtiliter augmentauit, & quicquid in templorum structuris, non intrâ primoriam duntaxat urbem suam, sed in alijs quoque suæ Diocœsis locis, dirutum & ruinofum, ac vetustate confectum reperit, summa celeritate instaurauit atque in melius restituit: quem de exindè miraculum gloriæ DEVS illustrare cœpit.

Primum eius miraculum.

Et primum quidem miraculum quod per eum CHRISTI gratia operata est, mirabile admodum fuit. Cum namque sanctus Praesul

sal ad Concilium, ab Aribone Archiepiscopo Moguntia coactum, eiusdem & Imperatoris iussu euocatus, haud contemnenda Cleri & militum frequentia quamuis inuitus & nolens stipatus, eò properaret: ecce mulier quaedam ab immundo vexata dæmone à parentibus & propinquis per Ecclesias ad Sanctorum imploranda patrocina circumducebatur. Qui cum audirent nouum illuc aduenire Episcopum, obuiam ei cum dæmoniaca foemina fidenter processere: sanctæ eius existimationis fama illecti. Et quidem haud fuere spe sua frustrati. Profligato siquidem spiritu nequam, nequicquam horrifico mugitu & vlulatu miserè sese opponente ac Gothardum se nec audire nec videre posse vociferante, misera illa liberata est. Hinc eum omnes plus reuereri & amare. At ille penitens humanam gloriam abhorrens grauitè eis interdixit, ne cuiquam id indicarent: verum neque ægra mulier, quæ miraculum in se experta fuit, neque turba, quæ ei interfuerat, id reticendum putauere.

Paludem quandam horrificam & circum eam habitantibus ob multifaria dæmonum terculamenta prorsus inuisam, Fulzam nomine, cum Cruce & Reliquijs Sanctorum ingressus, habitationem sibi illic condidit; atque ubi maximum videbatur esse discrimen, in honorem sancti Bartholomæi Apostoli oratorium construxit: cunctisque ludibrijs, prestigijs, ac phantasmatis profligatis, locum illum omnibus gratum, commodum atque habitabilem effecit. Condidit & ibidem domum hospitem; quam rebus omnibus

Sanatur dæmoniaca eius meritis,

Paludem à dæmonum prestigijs expurgat.

Quæ ibidem condiderit

humana

humanae inopiae atque indigentiae accommodatam abundantem, cuidam fide presbytero suo Bernardo commedauit; per Christi nomen crebro eam terribiliter obtestans, ut non solum pauperibus illic commorantibus, sed & cunctis forte aduentantibus victum & vestes necessarias prouidenti dispensatione subministraret. Erga delinquentes quoque & in peccata prolapsos mire se humanum, misericordem, mitem & placibilem praebat. Triennio autem post, montem speciosum ad Occidentem urbis situm coepit incolere, quem quinto post anno nomini S. Mauritij dedicauit. Insigne quoque templum in Holthufen in honorem S. Benedicti Abbatis, monastice conuersationi congruum consecrauit, & circumquaque per Dioecesim suam non paucas basilicas vel ipse accuratè condidit: vel ab alijs fidelibus constructas grato animo Deo consecrauit.

Mōs S. Mauritij propè Hildesiam.

Multa cōdit templa.

Alia eius miracula.

Claruit & Prophetiz spiritu.

Vt se habuerit circa vitam suam.

Longum nimis foret hic sigillatim commemorare, quot varijs modis, ut habet humana fragilitas, laborantibus, vel quod grauissimum est, peccatorum pondere pressis, vel diuersis morborum generibus vexatis opem impertierit, à presentibus periculis & calamitatibus eriperit, & à futuris Deo opitulante seruauerit. Ut verò ad finem vitæ huius (quem cuidam suo amico, vult ipsi eius exitum, prædixerat) propius accedat. B. Antistes, ita semper bonorum operum maiori studio de virtute in virtutem progredi conuocabatur. Cessante etenim iam multiplici actionis studio spiritalibus vacabat exercitijs; tria de communibus specialiter sibi retinens: puta psalterium, Eleemosynam, & in primis familiarem & amicam sibi abstinentiam, donec demum ingravescente senio incidens in morbum, corpore deficiente

deficiente  
decubuit  
mo singu  
requeret  
cienda es  
vanda si  
pro sua  
pans. Po  
bus adue  
bitus su  
& sepul  
Iudens  
futuram  
& celeb  
obedien  
cialem  
rate, ac  
reuerà  
expecta  
est eis,  
re corre  
Et qu  
tis: febr  
mò adue  
fica ad  
magna sa  
suppeteb  
pater ad  
bate præ  
ecclesiast  
xerat, in  
Mauritij  
ad eum l  
tus non  
dullitus



deficiente in loco quodam propè Holthufiũ de-  
 cebuit. Vbi conuocato & adunato Clero, pri-  
 mo singulos singulatim hortari, vt diligenter e-  
 sequerentur munia sua & quæ ex obedientia fa-  
 cenda essent: inde omnes generatim de confer-  
 uanda fide & religione saluberrimè admonere;  
 pro sua autoritate tum obsecrans tum incre-  
 pans. Postea illorum se petijt communiri preci-  
 bus aduersus insidias callidi tentatoris, eisq̃ue o-  
 bitus sui diem & tempus, exequiorum quoque  
 & sepulturæ modum, ita vt postea euenit, quasi  
 ludens desertis verbis prædixit: Ite (inquit) & ad  
 futuram Ascensionis Dominicæ iucunditatem  
 & celebritatem, pro sua quisque sui obedi-  
 entia ratione; & prout Dominus spe-  
 cialem cuique aspirabit gratiam, vos præpa-  
 rate, aduentumq̃ue meum hilares, & tanquam  
 reuera & hic & in futuro mecum gratulaturi  
 expectate. Hæc & plura dicens, benè precatus  
 est eis, dimisitq̃ue eos & admiratione & stupo-  
 re correptos.

Obitum &  
 alia palam  
 prædicit.

Et quidem vera fuit propheta sacri Antisti-  
 tis: febre etenim inualecente, Holthufium pri-  
 mò aduehitur; vbi pro consuetudine ecclesia-  
 stica ad visendum eum multis confluentibus,  
 magna satis, quibus exciperentur, adium copia  
 suppetebat. Exacta porrò hebdomada beatus  
 pater ad extrema planè tendens, ibidem ab Ab-  
 bate præsentibus fratribus sacri olei liquore  
 ecclesiastico more perungitur, & ità, vt prædi-  
 xerat, in vigilia Ascensionis Domini in sancti  
 Mauritiij montem aduehitur. Eò autem fratres  
 ad eum lachrymabundi conueniunt, ferre diu-  
 tius non sustinentes dolorem animi, qui eos me-  
 dullitè discutiabat, pro tam pij Pastoris deces-  
 su. Quos

Holthufium  
 aduehitur.

Indè ad mō-  
 tem S. Mauri-  
 tij.



fu. Quos tamen ille, licet iam deficiente loquen-  
di facultate, optimarum consolationum fomen-  
tis recreatos, à se iussit abire, & diluculo re-  
uertit: interim vir sanctus pro sua consuetudi-  
ne, psalmodiarum assidua ruminacione, reman-  
que diuinarum contemplatione noctem in-  
mnam transgebat. Peractis autem precibus  
matutinis, adest Clerus; admonetur à sacro  
Præsule verbis supremis, ijsque & paucis & la-  
lutaribus, de sacra religione & obedientia ac-  
curatè obseruanda; deindè Confessionis verba  
cum eis prolato, vltimum eis valedicens, abire  
iussit ad celebranda cum Abbate Missarum  
solemnia. Quarum celebritate peracta, cibo-  
que ac potu celeriter sumpto, fratres huius-  
ei decima ad dilectum Antistitem reuerentem  
corde & mente psallentem (penè iam officio  
linguæ cessante) psalmosque in solo pectore  
difficiliter ruminantem inueniunt; communi-  
catoque inter se consilio, quatuor pueros scho-  
lasticos ex vtraque lectuli eius parte statuerunt,  
qui psalterium ab initio distinctè recitarent.  
Eos audiens beatus pater, tanquam ea melodia  
delectatus paulisper quieuit; nonnunquam et-  
iam cum illis psallere iucundum ei fuit: ar-  
rò præcipuos illos versus, qui specialiter ad de-  
precandū dominū pertinebant, apertis sursum  
erectis luminibus altius vt potuit exprimebat.

Media autem nocte absoluto iam psalterio,  
& sine eius euentius apparente, cum in Ma-  
tutinalibus precibus ventum esset ad Canticum  
Zachariæ, Benedictus Dominus &c. vir beatus  
in supremo iam agone desudans, agrè apertis  
oculis, cum versus cantaretur à Clero, illumi-  
nare his qui in tenebris & in vmbra mortis se-

Vite gesserit  
morti pro-  
ximus.

deus ille, Ad dirigendos (inquit) pedes nostros  
in viam pacis: & sub his verbis Clero concinen-  
te Gloria Patri &c. cum Antiphona, Ascendo ad  
Patrem meum & patrem vestrum; ille ab astan-  
tibus è lecto sustollebatur: atque ita felicissima  
anima illa, tanquam suauiter obdormiente cor-  
pore, è carnis ergastulo soluta, migravit ad cæ-  
los. Quam ilicò subsecuta est anima pueri cui-  
usdam Brunonis nomine: quem tenerè admo-  
dum dum viueret diligebat, ac sic fore multo  
antè tempore prædixerat. Quis verò planctum  
& eiulatum vniuersi Cleri totiusque populi,  
amissionem tanti Præfulis deplorantium con-  
dignè explicare queat? Cuius quidem sacrum  
corpus è monte S. Mauritij ad Primariam vrbis  
AEdem, infinita omnis conditionis vtriusque  
sexus sanus cohonestantium turba comitante  
deductum, postera luce, ab Mindense Episcopo,  
Missæ officio deuotissimè peracto, in medio  
Choro more ecclesiastico honorificentissimè  
humatum est; vbi vsque in præsens à fidelibus,  
ea qua congruum est reuerentia visitatur: com-  
pluribus inclytis glorificatum miraculis. Bru-  
nonis autem pueri corpusculum, antè occiden-  
talem eius AEdis aditum, prius ab eodem Epif-  
copo terræ mandatum est.

In monte S.  
Mauritij  
moritur bes-  
tissimè sū-  
mo omniū  
luctu.

Sepellitur  
Hildesie in  
summo tē-  
plo & claret  
miraculis.

VITA S. IOHANNIS DAMASCENI.  
ex ea qua est à Ioh. Patriarcha Hierosolymitano  
conscripta. circa ann. salut. 730. temporib. Gre-  
gorij 2. eiusdem nominis Pont. maximi, Floruit  
Damascenus sub Leone Isaurico Iconomacho.

Vide C. Bar-  
in not. Mar.  
Ro. qui ibi-  
dem quosdā  
erroris ar-  
guit, quantū  
ad tēpus vitæ  
& personā e-  
ius. Itē tom. 4  
9. Annal.  
6. Maij.

Inter eos Sanctos, qui mentē ab ignorantia &  
obliuione, animam verò à perturbationibus  
motibus que omnibus vindicauerunt, qui mun-  
dum

dum lucubrationibus suis adornant, mentes  
que omnium veritatis lumine illustrant, hanc  
postremas obtinet percelebris ille Iohannes,  
cui cognomen à Damasco, ciuitate patria indi-  
tum est. Fuerunt autem illi & progenitores ad-  
modum pii, quique in medio spinarum, pietatis  
florum Christianæque scientiæ fragrantiam cu-  
stodiebant vnicè. Ab eo enim tempore, quo in  
Agarenorum manus ciuitas venit, soli ipsi Chri-  
stianum nomen, vt præclaram inuiolabilemque  
hæreditatem asseruabât, rectitudinem fidei nul-  
la ex parte corrumpentes. Enimuerò sicut signa  
in colle, imò sicut lumen in nocte, & sicut so-  
men Israël, & sicut scintilla in cinere, ita genus  
progenitorum Iohannis in Damasco relictum  
est, quod præclaram hanc facem, totum orbem  
olim illustraturam, proferret. Et tale quidem  
clyto illi progenitorum stemma fuit.

Parentes Io-  
hannis Da-  
masceni.

Patris eius  
virtutes exi-  
stis.

Pater eius vir cum primis pius, acque huma-  
nitate singulari præditus, dignitate facile prin-  
ceps, cum amplissimas possideret opes eas non  
in commensationes aut sumptus intempertuos  
effundebat, sed in redimendis Christianis capti-  
uis impèdebat. Reliqua autem bona immobilia  
quæ in Iudæa & Palestina habebat plurimam  
demptis Christianis ad refocillationem, vix  
quantum satis erat, subsidium impartiebat. Et  
sanè tâta vir ille humanitate & virtute pollebat,  
vt cum multa haberet, ipsa non tam sibi quam  
alijs possidere videbatur. Hac itaque non dicam  
hospitalitate, vt Abraham, sed humanitate præ-  
ditus cum esset, partum sanè admirandum pro-  
mij loco Deo accipere meruit.

Damasceni  
ortus ac ba-  
ptismus.

Nascitur igitur ei puellus ille præclarus, quæ  
tenero adhuc corpusculo, filium lucis fecerat  
viro

viro cuidam omnigenis disciplinis exercitato,  
 minimarum artium alimentis nutriendum tra-  
 didit. Quo autem modo virum hunc nactus fue-  
 rit, non erit abs re explicare. Barbari Damasce-  
 ni excursionem in maritima loca facta, Christia-  
 nos complures in prædam abegerant, quos par-  
 tim venales emptoribus proponebant, par-  
 tim gladio ad exitium petebant. In horum sorte  
 fuit vir quidam ex Italia ortus, (cui Cosmæ no-  
 men erat) qui internam mentis conditionem sa-  
 nè diuinam, tum honestate vultus, tum habitu  
 (prohibebatur namq; disciplinam monasticam)  
 referebat. Huic certatim omnes, qui ad mortem  
 rapiébantur, demisso corporis habitu supplica-  
 bant, vt sua intercessione Deum sibi conciliaret.  
 Id vbi animaduertère Barbari, destinatos morti,  
 supplicare viro tam benè honesteque morato,  
 accesserunt, & cuius apud Christianos auctori-  
 tatis esset, interrogarunt. Quibus ille. Non sum,  
 inquit, sacerdotio initiatus, neque aliqua digni-  
 tate functus, sed inutilis monachus, ac philoso-  
 phiæ professor, non nostræ tantùm, qua in Dei  
 cognitionem amoremque perducimur, sed eius  
 etiam, quæ ab exteris sapientibus tradida, sum-  
 mo apud mundi huius sapientes in honore est.  
 Hæc vt loquutus est, vim lachrymarum effudit.

Non procul stabat Ioannis pater, qui viso viro  
 sic lachrymante, calamitosum consolaturus ac-  
 cessit, & ait: Homo Dei, quid est quod huius mû-  
 di amissionem, tantis lacrymis prosequeris, cui  
 iam pridem, quantum ex habitu coniectare li-  
 cet renunciaisti? At monachus: Non huius, inquit,  
 vitæ amissionem deploro, sum enim, vt dixisti,  
 mundo mortuus: sed hoc vnum me affligit ma-  
 luit quod cum omnium artium disciplinis im-  
 butus

Cosmas mo-  
 nachus, Io-  
 hannis præ-  
 ceptor.



butus sim & instructissimā eruditionis supellectilem multis mihi sudoribus comparauerim hactenus mihi denegatum sic, vt per philosophiam filium mihi similem generem, quo aurea illa philosophorum progenies, semper in mundo conseruetur. His auditis Iohannis pater, qualem thesaurum magna auuiditate desiderans, concito gradu ad Saracenorum principem occurrit, eiusque prouolutus pedibus, Cosmam illum κόσμον & ornatum expetijt; statimque questi compos factus, virum illum domum suam duxit, summaque beneuolentia recreauit. Cuiusque illum rerum omnium suarum participem fecisset, petijt ab eo vt filij sui curam suscipere, & omnium disciplinarum cognitione digniter instrueret. Erat illi præterea alius quam egregia indole adolescens, quem tenello adhuc corpore pupillum, Cosmam nomine, Hierosolymis pulsum, in filium adoptauerat, qui communi & mensa & præceptore cum Iohanne fruebatur.

**Cosmas Hierosolymitanus.**

Itaque monachus is, tanquam alter Atlas ingentibus potius thesauris, alacritate incredibilem ad opus ferebatur, & vtrumque breui temporis spatio tam exactè omnibus disciplinis imbuuit, vt ferè nihil quod ad cuiusuis scientiæ perfectionem requiritur, in ijs desiderari possit. Nam cum ingenij felicitate studijque pertinacia, quidquid in grammaticis, dialecticis, & philosophiam ita complexi sunt, vt omnibus animi perturbationibus sedatis, admirabilem quædam de se mentis splendorem præberent. Inde in natura candorem, aliorum oculis vix tolerabile, tanquam perspicaces aquilæ intenderunt. Aristoteles

**Damascenus & Cosmas, magnos faciunt in studijs profectus.**

meticas autem proportionones, non minùs felicitèr quàm Pythagoras vel Diophantes ipsi affectati sunt. Geometriam ita edocti sunt, ut Euclidi non cederent. Musicam item quanto calluerint artificio, carmina eorum & hymni liquidò testantur. Denique quantum Iohannes in syderù scientia valuerit, ex his quæ scripsit luce meridiana clarius apparet. Iam verò quis non iure illius in diuinis literis studium admiretur? quis pro dignitate diligentiam, quis eruditionem commendare poterit?

Sed illa quamuis magna sint admiratione digna, mirabilius tamen est, quod tanta sciētix magnitudine non modò inflatus non fuerit, sed potius animum tantò submissiùs deprefferit, quanto altius mēte ac cogitatione in sublime tendebat. Etenim cum quadam animi in mūdum propensione, non secùs atque cum nauigio aliquo adhuc ipse ionataret, cupiebat hanc quoque mūdi nauem abiecere, corporeæque affectionis vestes omninò exuere, sicque nuda mente in pelagus se conijcere, atque in fundum ipsum vsque penetrare, ut ingentis pretij margaritum illic reconditum inueniret. Hac igitur cupiditate flagrans, ad imum vsque gurgitem se demittebat, nec eruditionis nomine tumorem vllum cōtrahebat, verùm per arcanæ sapientiæ amorem sese deprimebat.

His itaque disciplinis cum Iohanne tum Cosma imbutis, magister ad pueri patrē accessit, aitque: An quod tanta auiditate cupiebas, plenè cōfeceris. Pueri enim, & ingenij magnitudine, & laboribus Deo sapientiæ donum ipsis adaugentis, eò eruditionis euecti sunt, ut iam me antecelere videantur. Quocirca cum nulli iam ipsis de-

oo

inceps

Damasceni  
humilitas

568 VITA S. IOHANNIS DAMASCENI  
inceps vsui esse queam, superest, vt mihi merce-  
dem persoluas, hoc est, vt per te mihi in mona-  
chorum cœnobium abire, atque illic supremam  
sapientiam scitè inuestigare liceat.

Iohannes à  
Safacenorū  
principe di-  
gnitate or-  
natur.  
Leonis Leo-  
momachi fu-  
zer.

Hanc Philosophi orationem pater Iohannis  
quamuis illibenter in aures admitteret, ne ta-  
men malam pro tam præclara opera mercedem  
reponderet, amplissimo instructum vitæ in  
pace dimisit. Ille autem ad Lauram, quæ in Sabæ  
solitudine sita est, profectus, illicque ad supre-  
mum vitæ diem commoratus, ad ipsam sapi-  
entiam, hoc est, ad Deum migravit. Simul  
am è viuis excessit Iohannis pater. At verò Sa-  
racenorum princeps Iohannem accersit, pri-  
marij consiliarij dignitate, inuitum & circum-  
tumque reluctantem coornauit. Gubernandū  
temporis Romanum imperium Leo Manicus,  
qui plusquam belluino furore cum in Christo-  
næ pietatis cultores, tum verò in venerandas im-  
gines sæuiebat, & tyrannica impietate Ecclesia  
cœctum, tanquam leo rapiens & rugiens lanis-  
bat. Ibi tum Iohannes audita Leonis insania, om-  
nia eruditionis pietatisque instrumenta expeti-  
uit: atque Dei verbum, velut spiritus gladium  
incidendi facultate præditum, ad ferinæ illius  
mentis dogma, tãquàm caput amputandum  
iecit. Ad orthodoxos itaque libellos epistolares  
insigni eruditione refertos, pro venerandarum  
imaginum honore destinauit: omni que ratione  
ac studio, nouus veritatis pugil in id incubuit,  
vt antiquissimam Patrum traditionem, per  
totum terrarum orbem, sartam tectam conser-  
uaret.

Quod vt ab Imperatore Leone compertum  
est, accersitis continuò nonnullis, qui eadē secum  
mentis



mentis infania laborabant, id negotij ipsis dedit,  
 ut quavis tandem ratione, epistolam aliquam  
 Iohannis manu exaratam nancisceretur. Factum  
 est haud oscitanter à quibusdam scelerum pro-  
 pugnatoribus, quod imperatum fuerat: & epi-  
 stola Imperatori tradita. Qua accepta, Leo acci-  
 tis ex toto regno notarijs scribendi peritissimis,  
 iussit ut omnes ingenij vires intenderent, quò  
 singulari artificio, ipsius Iohannis characteres  
 exprimerent imitarenturque, ne vlla omninò li-  
 terarum differentia inueniri posset. Cùm igitur  
 multos scribendi peritissimos nactus esset, cum  
 denique iussit, ut epistolam tanquam ex Iohan-  
 nis persona, ad ipsum impium Imperatorè scrip-  
 tam exararent, cuius hæc esset sententia: Saluè  
 Imperator, Maiestati tuæ hoc nomine gratulor,  
 quòd eandem nobiscum fidem teneas, tuæque  
 Celsitudini honorem, quem debeo, tribuo: ea-  
 que de causa illud tibi significo, urbem hanc no-  
 stram exiguo Agarenorum præsidio munitam,  
 nullo serè negotio obtineri posse. Quare per  
 Deum te obtestor, ut tam præclaram occasionem  
 non negligas, sed ingenti, strenuaque manu huc  
 quamprimum aduoles. Ad id enim ipse quoque  
 non mediocrem tibi opem afferâ, quandoquidè  
 & vrbs & regio vniuersa in mea penè potestate  
 sita est. Hac epistola cõscripta, ex eadè animi per-  
 versitate, impius ille alterâ ad Damascenorum  
 principem hoc exèplo confecit. Cùm nihil sanè  
 pace atq; amicitia stabili in hac vita fortunatius  
 excogitari possit, tū nihil antiquius duco, quàm  
 icthū semel amicitiaæ foedus, ad extremū vitæ spi-  
 ritū firmū inuiolatūq; cõseruare. Quare cū ho-  
 mo quidā sub tua ditione Christian⁹, crebris me  
 literis incitare non desinat, ut violato pacis foedus

Leonis  
 fraus.

Imperato-  
 ris Leonis  
 falsa & frau-  
 dulenta Epi-  
 stola, ad Da-  
 mascenorū  
 principem.

Item alterâ  
 eiusdem.

370 VITA S. IOHANNIS DAMASCENI  
dere, per summum scelus urbem tuam (ad que  
præsentem opem suam pollicetur) in potestatem  
meam redigam, nolui tantam perfidiam te cela-  
re, nè fortassis fides apud me parùm sancta vide-  
atur. Mitto itaque vnam ex ipsius ad me datus  
epistolis, ex qua improbitatem ac fraudem eius  
optimè perspectam habere poteris.

His literis acceptis, Barbarus Iohannem acce-  
pit, fraudulentamque ei epistolam ostendit. Qua  
perlecta, Iohannes characteres suis quidem simi-  
les esse confessus est, se tamen literarum argu-  
mentum ignorare, imò huiusmodi quicquam  
ne in mentem quidem vnquam sibi venisse testa-  
tus est. Verùm ille Christi inimicus princeps, nul-  
lam Iohannis excusationem admittens, iniquum  
facinus imperavit. Nam nulla mora interposita,

Amputatur  
S. Iohanni dex-  
tera.

Suspenditur  
dextera in  
foro.

dexteram Iohanni amputari iussit. Cumque ille  
breue aliquod tempus purgandi sui causa mul-  
tis ab eo precibus peteret, Barbarus furoris ebori-  
us postulata reiecit, & dexteram illam, quæ ali-  
quoties Imperatoris impietatem, pfligarat, exci-  
di excisamque in foro ad terrorem suspendi iussit.

Cùm autem dies in occasum tenderet, ac Iohannes tyranni indignationem sedatam atque  
compressam esse conijceret, supplicibus ab eo  
precibus per alios petijt, vt suspensam in aere  
manum sibi donaret, quò doloris acrimoniam  
& acerbitalis aculeos, quos ob id ipsum vehemē-  
tiores esse dicebat, non nihil leuare posset. His  
precibus cessit barbarus, manumque viro iusto re-  
stitui iussit. Qua accepta, ille oratorij quod do-  
mi habebat ingressus, prono corpore ante ima-  
ginem, quæ Dei genitricis effigiem gerebat, pro-  
uolutus, excisam manum pristinæ suæ commi-  
suræ admouit: & intimo pectore ingemiscens,  
pro

propensissimam illam ad misericordiam Domini exorare cœpit, ut manum, quæ pro Dei & Sanctorum honore strenuè certauerat, restitueret. Cumque vir sanctus prolixis precibus non sine lachrymis oraret, tandem lassitudine oppressus in somnum incidit. Ecce autem in somnis constitutus, vidit genitricis imaginem placidis latisque oculis ipsum intuentem, dicentemque: Ecce sanitati manus tua restituta est: nunc igitur sine mora eam alacriter aduersus grassantem vique impietatem exerce.

Restituitur  
ei manus di-  
uinitus.

Expergestus igitur vir sanctus, cum excisam manum sanatam contemplaretur, incredibili gaudio exultans, manus in altum extulit, totamque illam noctem ad grati animi significationem, cum vniuersa familia in precibus & canticis & hymnis exegit. Hæc autem tanta animorum exultatio, & concinna iubilatio, cum ad vicinos & qui in orbem habitabant, sese diffunderet, factum est, ut quidam ex Christi inimicis Saracenis principem suum adirent, & Iohanni minimè dexteram amputatam, sed seruorum alicui, qui beneuolentia erga eum ductus, seipsum domini loco huic supplicio exposuisset dicerent: eos autem quibus huiusmodi exectio imperata fuisset, pecunijs corruptos pœnam in alium transtulisse. En enim, dicebant, Iohannes domi desidens, tanto se iubilo oblectat, ac si nuptiale festum celebraret.

Hoc nuncio allato, statim Ioannes accersitur, qui exectam dexteram exhibere iussus, eam certo Dei matris consilio ac providentia sibi restitutam esse, linea quadam excisionis in ea clarissimè elucente, demonstrauit. Tum Barbarus miraculo rei stupefactus: Quisnam, inquit, te in sa-



572 VITA S. IOHANNIS DAMASCENI  
nitatē asseruit, & quānā, quāso, medicametā im-  
posuit? Et Iohannes clara & ingenti voce mira-  
culū prædicans: Dominus meus, inquit, Iesus om-  
nipotens medicus, in sanitatem me vindicavit.  
Ad hæc Barbarus: Quantū coniectura assequor, h  
homo, insons hoc supplicium passus es: ac pro-  
pterea id nobis ignoscas velim, quod præcipi  
atq; inconsiderata sentētia tibi intulimus. Tu ve-  
rò pristinū munus administrabis, principib; &  
inter consiliarios nostros locū obtinebis. At Ioh-  
hannes mox humi prostratus, pronusq; perū  
iacens, vt aliam sibi viā multò iucundiorē opta-  
bilioremq; ingredi permitteret, instanter roga-  
uit. Contrā verò Barbarus, hanc ei potestāte prop-  
cisē negabat. Eratq; cernere tanquā gladiosores  
quosdam, Barbarū & virum iustū pugnantes. Ille  
enim multis mundi vinculis Iohannem coacte-  
re contendebat: hic contra magnā vim ac studiū  
adhibebat, & ea perumperet, atq; angelicis in  
sublime pennis volaret. At verò luculento tandē  
cum præconio vincit gladiator noster, omnesq;  
aduersarij illecebras, tanquā paruulorum sa-  
gittas ducit, victorq; discedit.

Tum verò nouo perfusus gaudio, confestim  
bonis omnib; in pauperes, captiuos, seruos suos  
(quos etiā libertate donauerat) & cognatos  
distribuit, quemadmodū ex matris suæ veteri mu-  
dus exiuerat, sic etiā, necessarijs indumentis exce-  
ptis, nudus è mundo excessit. Et quidem Hieroso-  
lymā profectus, cum in his venerandis locis ado-  
rationis munere, vt par erat, perfunctus fuisset,  
tanquā cernus diuina sibi flagrans in solitudine  
contendit, comitē ac socium non itinere dum-  
taxat, sed instituti etiā Cosmā habens, qui eandē  
cum ipso educationem ac disciplinā habuerat.

Iohannes om-  
nia sua  
pauperibus  
distribuit, &  
monasteriū  
petit.

Damasceno-  
rū princeps,  
vilo miracu-  
lo restituta  
manus, sibi  
ignosci pe-  
tit.

Inque Iohannes Sabæ Laurā diuinum planè monasterium ingressus, ad pastoris pedes sese abiectus, maiorem in modū obsecrans, vt se in ouium erum, quæ illic versabantur numerū adscribe-  
ret. Qua quidem re ouilis præfectus mirificè exhilaratus, eum suscepit & tanta à Domino gratia præuentum beatum prædicauit. Cumq; propter vitæ splendorem, doctrinæq; præstantiam inouitium illū vni ex magnis senibus, cuius ductu ac magisterio per Dei viam sine vlllo errore incederet, committere conaretur, ille quamuis omni virtutum genere maximè insignis, regendo tanto viro, tantaq; eruditionis gloria prædito imparè se esse affirmavit. Hoc igitur prætermisso, antistes alterum & tertium ad se vocauit: sed omnes ad vnum Iohannis instituendi curam deprecati sunt, atq; à se reiecerūt. Tandem post multos, senex quidā morū grauitate ac doctrina præcipuus prompto alacriq; animo promptum & alacrem Iohānem suscepit: & diurno temporis spatio, per omne tentationis & experimēti genus egregiè perduxit. Iohannes verò nequaquā se indocilem, nequaquā rebellem præbebat, sed quidquid imperatum esset, sine vlla recusatione aut murmure obibat.

Suscipitur  
in monasterio.

Atq; vt senex pugilem suum maioribus obediētiæ certaminibus assuefaceret, quid committitur? Per multis sportis, quas pro opere habebant, in vnum collectis, hoc prætextu vititur, Iohannem sic alloquēs: Audiui, fili, sportas Damasci carius, quàm in Palæstina partibus vēdi. Multis porrò, vt nosti, rebus indigemus. His itaq; acceptis, illuc quàm celerrimè poteris proficiscere, neq; vel obulo quidem minoris eas vende, quàm tibi impero. Prætiūm porrò duplo quàm

Egregia Iohannis obediētia & humilitas.



par erat, maius ipsi constituerebat. Huic imperio  
 minimè aduersatus est, nec imperantis sermo-  
 nem sibi discutiendum putauit: sed obedientia  
 tanquàm alis quibusdam instructus, huiusmodi  
 fascem in humeros tollit, ac Damascum petit.  
 Qua in vrbe qui priùs insignis & clarus exal-  
 ceris indutus vestibus & squalore obstitus, forum  
 peragrabat, vt sportas suas venderet. Cum egre-  
 nimium eas aestimaret, omnium probris & co-  
 tumelijs exagitatus, nihil præter sui risum acci-  
 piebat. Vnus autem ex ijs qui quondam illi  
 huc in dignitate constituto seruiuerat, in cogi-  
 tionem eius veniēs, grauissimo sanè dolore fru-  
 gius, quod virum tanta aliquando claritate &  
 honore conspicuum, extrema macie & squalore  
 horrido confectum cerneret, tanquàm ignota  
 accedens sportas emit, persolutoque quod in  
 illo postulatum erat pretio, eum dimisit. Quo  
 accepto, generosus ille vir, victoris cuiusdam  
 instar, humi prostrato aduersario, hoc est, inanis  
 gloriae ac superbiae tētatione deuicta, reuertitur.

Enimuerò Iohanni monachus quidam vici-  
 nus erat, qui terrestrem peregrinationem cū ce-  
 lesti domicilio commutârat. Is autem carita-  
 tem fratrem reliquerat, qui huiusmodi calu-  
 ritate profligatus, fraternam mortē impatiēti-  
 mo animo ferebat. Cumque Iohānes illi con-  
 laretur, & sermonibus varijs à mœrore & ni-  
 mio luctu reuocare contenderet, is qui in luctu  
 versabatur, summis infimisq; ab eo precibus pe-  
 tere cœpit, vt aliquod sibi carmen recitandū  
 animi causa conderet. Cū autem Iohānes se-  
 nis mādātū pertimesceret, nullo modo eius pe-  
 titioni morem gerere voluit. Tādē verò mœ-  
 tuis precibus expugnatus, præcipue q̄ reuocari  
 let

Egregia tan-  
 ti viri obe-  
 dientia.

se trancam habiturum promitteret, Iohannes  
 carmē modulari cœpit, quod ad hunc vsq; diem  
 omnium cantu celebratur, nimirum *Vanitas om-*  
*ni hominis.* Aberat autem tunc quidem à cella se-  
 nex, sed postea superueniens, cū modularum  
 illum carminis sonum foris audiret, ingenti cū  
 iracundia irrumpens: Siccinè, ait, veterum tua-  
 rum pollicitationum oblitus, pro eo quòd in lu-  
 ctu & mœstiria versari debebas, diffusus gaudio  
 sedes, & delicias ex cantu captas? Hæc dicens, si-  
 mulque excusationem omnem quam Iohannes  
 adhibebat reiiciens, statim eum è cella exturba-  
 vit. Tum verò vir sanctus, grauiori, quàm is qui  
 fratrem auiserat, Iuctu oppressus, animum in om-  
 nes partes versabat, quomodo senem sibi concil-  
 liaret. Tandem ad alios quos reliquis virtute  
 superiores esse nòrat, accedit, eosq; ad inflectē-  
 dum senis illius animum deprecatores adhibet.  
 Abierunt illi, sed senem illum inexorabilem in-  
 ueniunt. Cumque quisquam ex illis diceret; Li-  
 cet tibi quidem aliud ei qui peccauit obedientiæ  
 mandatum iniungere, nullo tamen modo à tuo  
 contubernio remouere, ille respòdit: Hoc man-  
 datum Iohanni, siquidem inobedienciæ veniam  
 dari sibi cupit, constituo, vt Lauræ ambitum per-  
 agrans, suapte manu monasticarum cellarum  
 sordes atque excrementa purget. Hæc illi vt au-  
 dierunt, pudore suffusi ac tristres recesserunt, se-  
 nis illius rigiditatem ac duritiam ad stuporem  
 vique mirantes. Quibus cū Iohannes occurris-  
 set, patris de se sententiam sciscitatus est. Illi au-  
 tem tantam senis acerbitatem esse respòdebant,  
 vt ea ipsius stuporem commoueret, seq; ne ipsius  
 sententiam exponerent, pudore quodam prohi-  
 beri. At ille etiam atque etiam, vt eam aperirent,

Condit eui-  
 dam carmē,  
 in scio ma-  
 gistro.

En vt vir  
 sanctus à se-  
 ne exercea-  
 tur.

Durā ei pro  
 inobedienci-  
 a multam  
 senex interro-  
 gat.



576 VITA S. IOHANNIS DAMASCENI  
petebat. Cuius precibus commoti, turpem illam  
re-purgationem commemorant. Qua audita pro-  
pter omnem eorum expectationem, maximope-  
rè delectatus, hoc sibi facile ac perquam incun-  
dum esse asseruit. Confestim itaque conquisitis  
instrumentis, ad repurgandas faeces accommo-  
datis, ad illius cellam, cui seni vicinus erat, acce-  
dit; eamque ingressus, manus illas, quas prius mal-  
tis suauibus vnguentis perfuderat, contamine  
coepit, dexteramque illam à Deo curatam (si sin-  
gularem viri humilitatem) ceno ac stercore co-  
spersit. At senex comperta Iohannis ingenii ob-  
sequendi promptitudine, mox aduolans ipsam  
amplexus est, atque de ipsius collo pendens ma-  
nusque & oculos atque humeros excollassit.  
O quantum beatæ obedientiæ, quantæ humili-  
tatis pugilem in Christo genui. Iohannes autem  
senis verbis rubore affectus, pronus cadebat, op-  
pimentumque lachrymis rigabat. Non enim pe-  
rentis sermonibus inflabatur, nec ad senis enco-  
mia intumescibat, sed amplius depressus, animi  
suum quàm maximè conterebat.

Vide mira-  
bilem tanti  
viri humili-  
tatem.

Beata vir-  
go, apparet  
seni in som-  
nis.

Non multum temporis intercessit, cum seni  
in somnis illa omnium laude celebratissima &  
purissima virgo apparet, aitque ad eum: Ego  
fontem eum obstruxisti, qui tam suauem tan-  
tissimum, ac copiosum & nectareum lacum  
profundere potest? Fontem fluere sine. Floret  
nimis uberrimè, atque vniuersum terrarum orbem  
peragrabit, hæretumque maria operiet, atque  
in admirandam dulcedinem conuertet. Mirè  
itaque is qui hoc arcanum acceperat Iohannem  
accersens, quæ gloriofa Dei genetrice audierat  
ei exposuit; atque, ut ingentem prudentiæ meditationem  
quæ corde perceperat, salubriter eruclaret, ho-  
tarus



etatis est: sibi que ignosci petebat, quod pro sua (videlicet) rusticitate illi impedimento fuisset.

Ab eo itaque tempore Iohannes diuinos canones auspicatus, eos omni eruditione ac pietate repletos edidit libros, qui tantæ omnibus admirationi sunt. Porro ad huiusmodi labores hortatorem & extimatorem habebat Casmam, qui propter singularem eruditionem ac prudentiam à Hierosolymitano Patriarcha, ad Maiumæ Episcopatum vi adactus est. Iohannes verò ab eodem Hierosolymitanæ ecclesiæ gubernatore, ad Presbyterij dignitatem vocatus, quia sapientie amore incredibili ardebat, gratissima illi solitudinis requie concessa, permissum, ut quos iam antè magno studio ac labore codices elaborauerat, ad incudè reuocaret. Et sanè quisquis in ipsius lucubrationes cum iudicio incubuerit, speculationum altitudinem ac dictionis elegantiam cum admirabili grauitate coniunctâ facile perspiciet. Iam verò ipsius pro pietate zelum, quoniam ex ipsius monumentis contemplabitur, quoniamque pacto sapientiæ diuitias cunctis distribuerit. Ipsum namque diuinus zelus ed impulit, ut supra leges diuinas pugnans, è Damasco prius, ac postea è Palæstina, eos qui diuinas imagines in vrbe Constantinopolitana euertebant, contumeliosque afficiebant, impeteret. Quo quidem nomine ille quoque magnæ vrbis alumus, qui idem cum primo martyre nomen habebat, saxiisque, ut ille pro Christo sic pro ipsius imagine, obrutus in cælum ascendit, diuinum virum ac diuinitus afflatum appellat. Quamuis autè summo sacerdotio initiatus non fuerit, martyrij tamen corona cinctum perspicere licet, ut patet qui propter pietatis & religionis defensionem,

Iohānes nauat operam conscribendis libris.

Iohānes ordinatur presbyter.

Is fuit Stephanus iunior.



578 VITA IOHAN. EPIS. HAGVSTALDEN-  
nem, dextera manu priuatus fuit. Cum igitur  
hunc modum religiosæ vitæ curriculum confi-  
cisset, tandem vinculis mortalitatis solutus  
Christum migravit, quem nunc non in effigie  
sed facie ad faciem, æternùm beatus contem-  
platur.

✠ Augustal-  
denfis.  
C. Baron. in  
not Mar  
Rom. & to.  
9. Annal.

VITA IOHAN. \*HAGVSTALDEN-  
Ecclesiæ primùm, deindè Eboracensis Episcopi  
ex ea quæ est per Venerab. Bedam Ecclesiæ  
historia Anglorum lib. 5. cap. 2. Migravit huius  
vita anno Domini 721.

7. Maij,

**P** Rincipio regni Alfridi, qui post fratrem  
suum Ecgfridum genti Nordanhunorū  
præfuit, defuncto Eata episcopo, Johannes  
vir sanctus, Hagustaldensis ecclesiæ Præfatus  
suscepit, qui eximia sanè vitæ sanctitate, & mi-  
raculorum virtute clarus fuit. Est locus quidam  
non longè ab Hagustaldensis ecclesiæ diocesi  
interfluente Thino amne separatus, in quo  
sanctus capta opportunitate temporis, maxima  
in Quadragesima, cum paucis orationi & lectio-  
ni operam dare consueuerat. Cumque tempore  
quodam ibidem mansurus adueniret, inuicem  
pauperem aliquem maiore infirmitate vel in-  
opia grauatum inquirere, vt cum secum de-  
illis (hoc namque ei solitum erat) haberet. Post  
continud adolescens quidam ex villa non  
remota adductus, qui præter alias caluita-  
tes mutus erat, & tanta capitis scabie laborabat  
vt coma destitutus, horridos tantùm in circum-  
crines gestaret. Hunc igitur Episcopus ad se  
ductum, in paruo quodam tugurio apud ma-  
nere voluit, vt quotidianam ab eo stipem accipe-  
ret.

Secunda autem Quadragesimæ Dominica, auctore ad se muto, linguam proferre iussit. Proculit ille, & Episcopus impressa in eam Crucis figura, præcepit ei ut verba proferret. Res mira. Mutus ille statim soluto vinculo linguæ, articulatum ac distinctè fari cœpit. Antistes ea Domini misericordia vehementer gavisus, & ampliora Dei beneficia nequaquam desperans, præcepit medico, ut sanandæ scabredini capitis eius, curam adhiberet. Fecit ille ut iusserat, & iuvante Præfulis benedictione, nata est cum sanitate cutis venusta species capillorum: factusque est iuuenis vultu limpidus, & loquela præptus, capillis pulcherrimè crispis, qui antè fuerat deformis pauper, & mutus.

Cum defuncto Bosa eximiæ sanctitatis & humilitatis viro, Iohannes pro eo Eboraci substitutus esset, venit ad quoddam Virginum monasterium, ubi virgo quædam repentini doloris infirmitate tacta, gravissimo languore decumbebat. Brachium namque, ex incisione venæ parùm considerata, tumorem quendam contraxerat, qui duobus vix manibus circumplecti poterat. Itaque cum lecto affixa, vltimum spiritum trahere videretur, Abbatissa Episcopum, ut eam sua benedictione munire dignaretur, rogavit. Paruit ille libens, virginis calamitatem miseratus. Cumque

Sanat muti,  
impresso  
crucis si-  
gno.

Sanat virgine  
nem valde  
ægotam.

factus cum pietate magna ad Deum precibus benedictionem tribuisset, continuè fugatum dolore, fuga quoque tumoris horrendi, sanitaque secuta est: & erepta morti ac doloribus virgo, laudes Domino Salvatori unà cum cæteris seruis illius retulit.

Aliud quoque huic nõ multum dissimile miraculum, Abbas Berechtus quondam eius diaconus



580 VITA S. IOHANNIS DAMASCENI  
 nus narrare solebat. Villa erat Comitis cuius  
 dam, cui Huch nomen erat, cuius cōiurx quadra-  
 ginta diebus acerbissimo languore detenta, pedi-  
 foras efferre non poterat. Contigit autem, eodē  
 tempore, virum Dei illō ad dedicandam eccle-  
 siam ab eodem Comite vocari. Dedicata autem  
 ecclesia, cūm ægrè tandem ab Antistite, ut locum  
 pranderet obtinisset, misit vir sanctus languen-  
 ti mulieri aquam benedictam, quā in dedica-  
 tionem ecclesiæ consecrauerat; præcipiens ut ei  
 gustaret, & dolori applicaret. Quod ut factum  
 est, mulier collapsas planè vires mirabiliter re-  
 cuperauit, ad eō ut lecto exiliens, sancto Antistiti  
 cæterisque ad mensam ministraret. A hoc item tē-  
 pore vocatus ad dedicandam ecclesiam Comi-  
 tis, cui Addi nomen erat, expleto ministerio, fi-  
 lium quendam eius acerrima agritudine pos-  
 sum, & in ipsis mortis faucibus constitutum, be-  
 nedictione sua & precibus liberavit, & integrè  
 sanitati restituit.

Nota vim a-  
 que benedi-  
 ctæ,

Sanatur pu-  
 er ad oratio-  
 nem Epif-  
 copi.

Migrat de or-  
 pore sacer-  
 Antistes.

Neque hoc silentio prætereundum, quod si-  
 mulus Christi Herebaldus, in seipso ab eo factū  
 solet narrare miraculum. Viram, inquit, illius  
 per omnia episcopo dignam esse cognoui. Sed &  
 cuius apud internum iudicem habitus sit meritis  
 & in multis alijs & in meipso maximè experien-  
 sum, quippè quem ab ipso (ut ita dicam) mortis  
 limite reuocans, ad viam vitæ, sua oratione ac  
 benedictione reduxit. Mansit autem in Episcopa-  
 tu annis triginta tribus, & sic cælestia regna con-  
 scendens, sepultus est in porticu S. Petri, in mo-  
 nasterio suo quod dicitur, in Sylua Deitorum,  
 anno ab Incarnatione Domini septingentesimo  
 vigesimo primo. Nam cum præ maiori senectute,  
 minùs episcopatu administrando subsiceret,  
 ordina-

ordinato in Episcopatum Eboracensis ecclesie  
Willfrido presbytero suo, secessit ad monasteriū  
prefatum, ibique vitam Deo digna conuersatio-  
ne compleuit.

ILLVSTRE MARTYRIVM S. ACA-  
thij Centurionis. ex eo quod est apud Metaphr.  
Canonatus est Anno à nato Christo 311. qui fuit  
secundus & vltimus persecutionis annus.

C. Ebor. in  
not Mar.  
Rom. & 10.  
3. Annal.

Quoniam Maximianus Diocletiani gener, in  
Christianum nomen satanica rabie defa-  
maret, Acathius genere Cappadox, & con-  
ditione miles, proposito verò & voluntate Chri-  
sti athleta, egregia fortitudine & genus suum &  
ordinis dignitatem exornauit. Cum enim sub  
Firmo quodam militaris ordinis Tribuno, Cen-  
turionis officio fungeretur, & Tribunus omnium  
militum animos, partim assentationibus, partim  
minis ad idolorum cultum ac superstitionem ne-  
farium alliceret, Acathius Christi amore acriter  
inflammatus, in medium profiliens constanter  
ac viriliter se Christianum esse confessus est; pa-  
ratum etiam pro ipsius nomine, quolibet cru-  
ciatus subire. Firmus eam hominis alacritatem  
& constantiam admiratus, primò quidem in-  
gentibus promissis, mox terribilibus minis exi-  
miam viri fortitudinem debilitare conatus est.  
Sed cum ille immobilis in Christi confessione  
perseueraret, Tribunus edicto regio coactus,  
viri sanctum vinculis adstrictum, ad Bibianum  
militis, qui totius exercitus imperium, cum pote-  
state summa administrabat.

3. Maij.  
Acathius  
Cappadox  
Centurio.

Constantia  
eius.

Acathius verò vt primum Bibiano oblatus  
suis spe futurorum bonorum exultans subrisit, &  
a iudi-

Sistitur coram  
Bibiano de-  
co.



à iudice de patria ac nomine interrogatus, constanter respondit nomen sibi à Christo derivatum esse; illud verò quo humano vsu appellatur, Acathius esse: genere Achiuum, in Cappadocia natum, quo loco cum parentes habitarent, ad exercitum venisse, & commilitonum suorum certaminibus inflammatum, ut in Christi confessione cum sempiterna gloria sanguinem prodiceret. Illos igitur se malle sequi, quam humanis legibus summa iniquitate in Deum laeis obtemperare. Ad quæ iudex: Abijce, inquit, ô Acathius mentis tuæ cogitationes inanes, quæ tibi cruciatus parit; & noli in homine propter scelera sua in crucem acto spes tuas collocare; nam is tibi opem omnino nullam in futurum afflictois præstare potest. Quid enim? Si in cælo potentia dominatur, quemadmodum vniuersam affirmatis, ut vniuersam hanc mundi machinam gubernet, quid est quod Imperatores nostros ipsius voluntati repugnantes non puniat? Cui Acathius: Profecto, inquit, ex hoc ipso, si aliqua tamen sapientiæ scintilla in vobis relucet, ipsius bonitatem potentiamque colligere poteritis. Nisi statim à peccato vindictam expeteret, eorum in hoc mundo superesset; & quo modo dignitate eius gloriosum ubique nomē extolleret, nisi diuturna in vestris sceleribus patientia vteretur? Præterea ipsius gloria in illa hominibus manifestior relucebit, qui bonitatem ipsius ad scelerum suorum cognitionem adducti, ad meliorem se frugem receperunt. Postmodò, quis in optimum iustissimumque iudicem exardescere poterit, cum videat tanta Dei patientia & longanimitate scelerum suorum vindictam differri, ut hominem omnibus supplicijs degen-

Blasphemia  
Bibiani in  
Christum.

Cur Christus  
permiserit  
tyrannos,  
diu impune  
scire in  
Christianos

peste & exitio potius eripiat, quam celeri iudicio quamvis iustissimo condemnet.

His auditis. Bibianus: disertè quidem, inquit, mare pones; sed omissis argumētis volo ut pronus Imperatorum edicta exequaris, legibusque obtemperes. nā malis omnibus pœnis ac supplicij dire ex carnificari. Cui Acathius: Sæpè iam Christianum me esse confessus sum, neque vlllo modo impuris dæmonibus sacrificare velle dixi.

Et iudex: Certè inquit, nisi istam gratiam (vix enim te vix quintum & vigesimum annum superasse) misericordia prosequeris, & militariè dignitatem reuereris, iam statim te tormentis subijcerem. Cui Acathius: En, inquit, habes corpus meum ad flagella excipienda paratissimum, vere illo libet; mentem certè & animi propositum, neque tu, neque Imperator tuus, neque omnis denique dæmonum malitia, peruertere, & in tantum scelus impellere poterunt. Tunc Præses furore percitus, & cohortem affatus: Fugite, inquit, vectes quatuor, & Acathium in illis suspensum, crudis neruis verberate, & discat tandem ætrem linguam compescere: & tunc apparebit, quàm inane à Deo suo auxiliū expectet.

His dictis, Acathius vectibus alligatus, & crudelem in modum cæsus est. At martyr Christi orem inter tormenta implorans, assiduo exclamabat: Domine Deus ne me derelinquas. Cum vero lex carnifices alternis vicibus instarent, & peducentes ex lacero corpore sanguinis riuos acuta elicerent, & ipse iudex tanquam victor martyri insultaret, Acathius ad iudicem conuersus: Hactenus, inquit, tormentorum tuorum executione cogitationes meas aliqua ex parte perturbabas; at nunc illata vi, Christi Iesu potentia

Pp

mani-

Ætas Aetate  
thij.

Crudelissimè verberatur.

Fit ex ipse  
pœnis robustior.

Maxilla eius contuatur,

manifestius expertus sum; prorsus ut eiusdem gratia confusus, intrepidè alios quosuis cruciatus excipere paratus sim. His auditis iudex commotus, plumbeis laminis maxillas eius contundi iussit; ac tandem martyrem in eadem cōstantia perseverantem, in interiori carcere grauissimis catenis oneratum conijci.

Ducitur in carcerem.

Ductus igitur in carcerem Acathius, tum preterita confessione, tum futuris bonis, quæ firmissima à Deo fide expectabat, lætus squalorem subiit: & diebus admodum septem, in vrbe Perintho in carcere mansit. Interea Bibianus Flaccini iuneris Byzantium vocatus, vinctos omnes se sequi iussit. Ibi tum Christi martyr, & vulnerum dolore, & corporis labore afflictus, & ferreis curiis grauatus, & militum in via vrgentium, & vntis lassitudine oppressus, & extrema inedia exhaustus, & amicorum omnium solatio destitutus, cum iam collapsis planè viribus in vltimum vitæ discrimen venisset, petijt à carnificibus, vt sibi orandi Deum potestatem facerent.

Orat Deum extrema lassitudine cōfectus.

Qua ægrè tandem obtenta, prouolutus ad genua primò quidem immensas Deo gratias egit, quòd illum in sortem martyrum vocasset; Sed tu Domine, inquit, qui carnis nostræ infirmitatem nouisti, & in hanc horam vsque virtute tua ex alto corroborasti, & nunc tot ac tantis malis vntage me oppressum vides, mitte, quæso, angelum tuum qui me ab his angustijs eripiat, & martyris gloria coronatum ad te perducatur. Cum in hunc modum Deum oraret, vox è nube demissa, horribilo terrore astantium aures compleuit: Acathi est fortis. Hac voce attoniti carnifices: Ecquid, dicebant, est hoc? Nunquid & nubes vocem edunt? Nunquam rem tanta admiratione dignam audiuimus.

Cælitus cōsolatur.



uenus. Et hæc quidem illi. Alij verò qui eadem vinculorum miseria cum Acathio premebatur, fidei lumine illustrati, ad martyris se pedes abijciebant, supplicesque, vt Christianæ fidei doctrinam ipsis exponeret, rogabant.

Tunc martyr luculenta sanè oratione, ab ipso humani generis parente exorsus, & Adami lapsum, & Christi in terras aduentum exposuit, multosque à tenebris ac diaboli captiuitate, in libertatem Christi vindicauit. Postridè verò noctis tempore, ij qui ad Christi fidem recenter conuersi fuerant viderunt quosdam splendida veste indutos, & militari habitu ornatos cum Acathio non modò loquentes, sed & vulnera aqua feruenti ablentes, eumque ita curantes, vt altera luce ex multis plagis ne cicatrix quidem appareret. Insequenti verò die martyr in carcerem interio-rem coniectus, & iudicis iussu ferreis vinculis contractus. fuit simili angelorum obsequio recreatus; nam qui eodem in carcere vinceli tenebantur, viros alios angelico splendore coruscantes viderunt; qui martyrem & vinculis soluebant, & cibum potumque benignè offerebant.

Septimo verò die à quo Byzantium Præses venerat, Acathium sibi offerri præcipit; qui vultu hilari & angelico planè aspectu comparès, tanta Præsidem admiratione concussit, vt existimaret eum à militibus lautè ac genialiter habitum, esse. Quare Præses furore rabieque exardescens, asperis verbis in carceris custodem inuectus, quæ audacia hoc facinus contra mandatum perpetrasset, quæfuit. Cumque Antoninus scriba carceris, custodem purgare niteretur, Acathius Christi amore inflammatus: Mea, inquit, pugnan-  
 pp 3 gnandi

Multos ad  
 duct ad  
 Christum.

Angeli mar-  
 tyrem in car-  
 cere visitat.



nandi virtus è cælo est; Hanc enim quam vides corporis pulchritudinem, non carnales epulæ, quemadmodum tu existimas, sed Christus Iesus mihi suppeditavit, qui solo verbo seruos suos curare consuevit. At iudex ea martyris interpellatione offensus; Dentes eius, inquit, confringere vt sciat non nisi ad interrogata sibi respondendum esse. Et conuersus ad custodem: Quidnam, inquit, scelestissime respondes? Ad quæ Callus, (sic namque custos vocabatur:) Per tuam amplitudinem iuro, inquit, me, quæcunque iussisti fideliter executum fuisse: sed vidimus sapius milites quosdam Medis non absimiles, splendida veste ornatos vulnera eius curantes, & cibum potumque offerentes. Cumque ingressus carcerem nos illos examinare, & allatos cibos excutere velle, repente & illorum & cibariorum cõspectu priuatus fui, huncque solum ligno alligatum inueni.

Dentes eius  
conteruntur.

Crudelis iudex, carceris custodẽ immerentem punit.

S. Acathius, virgis quer- nis flagellatur à decem hominibus.

Tunc iudex furore percitus: Video, inquit, quid sit; tu pecunias ab Acathij consanguineis accepisti, & iudicium eludere constituisti, sed poenas tanto scelere dignas pendes: statimque plumbis virgis terga eius pulsari iussit. Qui cum cruciatûs magnitudine victus, lamẽrabiles admodum voces ederet, & veniam à iudice suppliciter deprecaretur, Acathius risu propè dissolutus, quæuis fractis maxillis: Profectò, inquit, nequeo laetis stultitiam vestram admirari. At iudex furorẽ percitus: Tunc, inquit, venisti, vt præstigijs ac veneficijs tuis confusus, nos derideres? & mox quæ- nis virgis terga ventremque eius, à decem hominibus robore præstantibus verberari iussit. Tum verò martyr sub pondere suppliciorum genens, semel iterumque exclamavit: Domine Christe Iesu, adiuuua seruũ tuum Acathium. Hoc cum iterum

iterata voce sublatis ad cælum oculis diceret; vox cælitus demissa, Acathi, inquit, esto bono animo: nam breui præmium nullo vnquam tempore interituum recipies pro ijs quæ nunc in terris persers supplicijs. Hac voce & carnifices timore oppressi conciderunt, & iudex ipse ingenti admiratione percussus, ab inferendis martyri supplicijs vocem compressit, eumque ad Flaccinum Thraciæ Proconsulem misit.

Flaccinus verò qui vxorem Christianis sacris initiatam habebat, ab eaque nè graua Christi Confessoribus supplicia inferret, rogatus erat, Acathium in liberam custodiam dedit, & quinque post diebus, recitatis actis eius, capite plecti iussit. Postea verò quàm beatus Acathius mortis sententiam in se latam audiuit, incredibili gaudio exultans exclamauit; Quam multis te laudare vellem, Christe dux vite & laudare vellẽ, qui me infinitis peccatis obnoxium, pro singulari tua in nos bonitate, tali sorte dignatus fuisti. Cumque extra Byzantium ad locum certaminis à carnificibus perductus esset, rursus orandi facultate concessa, genua summa cum reuerentia humi fixit, & Deo pro tantis beneficijs, quibus se planè indignum profitebatur, sine fine gratias egit: at tandem gladio percussus, ad cælos euolauit. Corpus eius fuit à viris religione ac pietate præclaris, in locum, qui Staurius appellatur, inductum, & funus omni honore tanto martyre digno curatum. Postea verò ad Scyllacium littus diuinitas delatum, maiore ibidem honore asseruatur.

Porro arborem illam, in qua martyr Dei Acathius appensus, tormentis excruciatu fuit (quam nucem fuisse dicunt) temporibus Arca Imperatoris adhuc superstitem fuisse scribit

Sententia  
mortis in  
martyrem.

Historiam  
de ipsius  
Scyllacium  
translatione,  
legimus ab  
eius Eccle-  
sia Romam  
missam.

Hæc Baroni-  
us in notat.  
martyr: Rõ:



Hist lib 13  
cap. 18  
Lib. 6 ca. 21.

Nephorus: licet Socrat. castaneam eam fuisse  
asserat Quicquid id est, effecerunt sanè scripto-  
res illi. vt arbor illa felicissima, sanguine tanti  
martyris irrigata, adhuc virens in memoria ho-  
minum perseveret, & sit in posterum permane-  
ra, longè beatorum ficu Romulea. Athenarum olea,  
Deli palma, vel Mariana quercu; quam clarissi-  
mus orator, scriptorum suorum monumenta  
perpetuitati consecrandam putauit.

Lib 1 de le-  
gib.

MARTYRIVM S. VICTORIS MAURI,

C Baro 10.  
2. & Anna.  
Ecl.

cuius meminit S. Ambros. in Lucam, lib. 7. cap.  
13. ex eo quod à Maximiano notario conscriptum  
est.

\* Circa an-  
num Domi-  
ni 303 per-  
secutionis  
vero secun-  
dum  
8 Maij.

Victor apud  
Imperatorem,  
constanter  
se Christianum profi-  
setur.

Mittitur in  
carcerem.

Austibus ca-  
ditur.

Vo\* tempore Maximianus Imperator  
pius, in Mediolanensi ciuitate atrocem  
in Christianos persecutionem excitauit,  
fuit illic miles quidam, natione Maurus. Victor  
nomine, egregia profectò in Deum pietate, &  
fortitudine eximia; qui de religione Christiana  
apud Imperatorem accusatus, constanter fidei  
sue professionem edidit. Cuius virtute constan-  
tiaque commotus Imperator, horrendas illi mi-  
nas suppliciaque proposuit, nisi dijs sacrificia  
offerre proponeret. Cumque contemptum  
atque tormentis, Victor iterata voce responde-  
ret, Christianus sum, & Christo cuius spiritus in-  
terior me totum ab ineunte ætate consecraui. & si-  
nica mea salus, & virtus Christus est: nullus in  
carcerem, sex diebus totidemque noctibus comiti  
cibo potuque destitutus, squalorè pertulit. Septi-  
mo verò die tribunali oblatu, cum eadem in-  
maiore animi constantia, impura deorum sacri-  
ficia execraretur, sustibus caesus est. præcone ve-  
ct maxima assiduo clamante: Sacrificia dijs qui-  
bus

bus Imperator & omnes diuinos honores attri-  
bunt. At martyr contra vocem exaltans clama-  
bat: iam dixi, iterumque dico, me dæmonijs non  
sacrificare, sed vni Deo cui meipsum sacrificium  
laudis offero. Tunc Imperator eum in carcerem  
abduci iussit: vbi toto triduo exacto, iterum ad  
ceramen vocatus est. Adfuit martyr alacritate  
incredibili, & sacrificare iussus, respondit: Pro-  
fecto existimo & sanctissimis Christianæ religi-  
onis sacris, quibus initiatus sum, & hac mea can-  
ditie indignum esse, vt à te homine corrupti-  
bili, & nulli nō calamitati obnoxio coactus, col-  
laram mihi à Christo gratiam deseram. Hoc di-  
cto non segniter prouocatus Imperator, iterum

*Iterū fusti-  
bus exditur.*

fustibus martyrem sanè atrociter mactari ius-  
sit. Sed martyr omnes plagas clypeo oratio-  
nis excipiens, dolores non sensit, sicque Do-  
minum precatus est: Domine Iesu Christe cu-  
ius annona quotidie nutrior, adiuua me in pœ-  
nis.  
Ea re fractus Imperator, rursus eum carceri-  
bus maicipari iussit: & Anolino, qui ei à consi-  
lijerat, mandauit, vt martyrem quoquo modo  
in suam sententiam pelliceret. Et ille quidē mi-  
sit continud homines dicendi fallendique satis  
peritos, qui multis blanditijs & promissis ingen-  
tibus, martyris animum pertentabant, sed nullo  
prorsus operæ precio. Tunc verò Imperator  
gravi commotus ira, omnia tormentorum  
genera expediri, & in martyris conspectum  
adduci præcepit. At Victor: Hæc tu quidem,  
inquit, ô Imperator, mihi tormenta mi-  
naris, sed longè tibi maiora, in iusto illo ex-  
tremi iudicij die, à DEO parata sunt. Impe-  
rator non ferens hanc dicendi libertatem, simu-

pp 4

que



**Bulliente  
plumbopere  
funditur,**

que ratus se contumelia affici, iussit feruenti plumbo totum martyris corpus perfundi. Sed accidit vt orante martyre, plumbum instat eque est fonte manantis, corpus eius refrigeraret. Quare res ingentem ipsi Imperatori admirationem commouit. Vindictæ tamen cupiditate inflammatus, ad Vercellinam portam abduci mandauit. Milites autem cum ibidem Imperatoris sententiam in martyrem diutius expectarent, somno oppressi, martyrem indè abeuntem non senserunt. Expecte facti verò eum insecuti sunt, atque in thibulo ante equorum ora precibus latitantem inuenerunt.

**S. Victor pro  
dicit interi-  
tum Maxi-  
miani Imp.**

Tum verò varijs eum iniurijs afficiens furæ eduxerunt: ac tandem Imperatoris sententia pitis damnatum, in sylua, quæ Dunlinus vocatur, truncarunt. Cum autem ad supplicium raperetur, conuersus ad carnifices: Dicite, inquit Imperatori hoc anno illum è vita abiturum. Ne verò ad locum cædi destinatum ventum est, oculis manibusque ad cælum sublatis, dixit: Gratias ago tibi Domine Iesu Christe, quòd me à ciuibus meis Nabore ac Felice, Sanctis tuis, non separaueris. Quo dicto intrepidè ceruicem gladio subiecit. Imperator autem vt martyris gloriâ impiterna obliuione inuolueret, corpus eius bostris deorandum obiecit. Sed illæ nullam modò feritatem sacris reliquijs intulerunt, sed etiam intactum inuiolatumque ab incurfu sceleratorum hominum conseruarunt. Tunc Imperator tanta rei nouitate stupefactus, sepultura honorem martyri concessit: quem Marinus doctissimus non longè ab ea sylua, belluis & feris thibulo cedentibus, qua potuit reuerentia impendit. Ego Maximianus notarius, ab infantia Christi-

**Fuerunt hi  
martyres et  
iam Afri, id-  
circo ciues  
suos vocat.**

**Decollatur  
S. Martyr.**

**Miraculum  
ad Sanctum  
Madauer est.**

us, qui I  
rim, ca  
rim ocul  
pis rede  
transmi  
Porro  
chyi hu  
neum v  
ad ergat  
reperit  
fecto apu  
colis loci  
spe, in cap  
charus, apu  
& Victor  
tusque ce  
ret: audi  
colloqui  
care, alte  
nocte que  
martyris v  
linaris qu  
monitus,  
volutus tu  
scedere po  
ni præcipi  
tyris euasit  
VITA S  
Cracou  
per D. I  
mensem  
Romani  
quo rex  
tu prima  
dictum.

...qui licet paganis iuramento me constrin-

...tamen hoc martyris certamen, quod co-  
...noctu ad luminaria in scri-  
...redegit, & fideli narratione ad posteritatem  
...transmisi.  
Porro Gregorius Turonensis magnificam in-  
...huius martyris memoriam apud Mediola-  
...urbem esse testatur, quod sepius victos  
...ad ergastulis dissoluat, captiuosque liberos abi-  
...repermittat. Et quidem Apollinaris, cum inter-  
...fecto apud urbem Romam Victorio Duce, ab in-  
...colis locillius, sine vlla vnquam redemptionis  
...spe, in captiuitatem abriperetur, exilioque mul-  
...ctatus, apud Mediolanum degeret, & adueniente  
...S. Victoris festiuitate vigilijs interesset, prostra-  
...tusque coram sepulchro Sancti impensius ora-  
...ret: audiuit duos quosdam pauperes, familiari  
...colloquio admirandas martyris virtutes prae-  
...dicare, alterumque alteri certò affirmantem, ea  
...nocte quendam à miseranda captiuitate eiusdem  
...martyris virtute absoluendum. His auditis Apol-  
...linaris quasi quodam auspicio ex Dei nutu ad-  
...monitus, iterum atque iterum ad martyris pro-  
...uoluitur tumulum orauit, vt saluus in patriam ab-  
...scedere posset. Moxq; vocato puero, equum ster-  
...ni praecepit, quo consenso, praesidio beati mar-  
...tyris euasit.

Turonensis  
de gloria  
martyrum  
lib. I. cap. 41.

Vigilia in  
ecclesijs in  
festis San-  
ctorum

VITA S. STANISLAI EPISCOPI  
Cracouensis & Martyris. ex ea que est prolixè  
per D. Ioannem Longinum, Canonicum Craco-  
uensem. \* Passus est temporibus Gregorij Septimi,  
Romani Pontificis, circa annum salutis 1078, à  
quo rex impius eius interfector, regno solenni ri-  
tu priuatus est, regnumq; ipsum sacris est inter-  
dictum.

\* Genebrar-  
dus in chro-  
nico.

PP 5

Stanis-



8 Maij.

**S**tanislaus apud Polonos in territorio Cra-  
scouienſi pago Sciepanouio, ex ſe quidem  
obſcuro, ſed illius ſanctitate illuſtri & cele-  
bri ortus, parentes habuit pietate nõ minis, qui  
generis nobilitate præſtates. Patri eius Veſtaſo,  
matri Bognæ nomen fuit; quos non modo gene-  
ris ſplendor & rei militaris gloria, ſed multo  
magis inſignis religio, cum raro quodam de  
omnibus benè merendi ſtudio coniuncta com-  
mendabat. Cùm id temporis rara apud Polonos  
templa viſerentur, illi pro eximia ſua erga Mari-  
am Magdalenam deuotione, ſacrum in hono-  
rem illius ædem exſtruxerunt; quam non modo  
ampliſſimis prouentibus, aureis & argenteis va-  
ſis ac veſtibus ſacris, ſed ſuis etiam præbui &  
affiduo pietatis ſtudio ita illuſtrârunt, vt vitu-  
lorum non multũ à monaſtica perfectione illi  
crepare videretur

Pietas eorũ  
eximia.

Sed cùm multæ eis & opes & copiæ ſuppeto-  
rent, vno ſterilitatis incommodæ obſcurari  
videbantur; prorsũ vt ab omni ſpe prolis exclu-  
ſæ eſſent. Iamque trigefimum in matrimonio  
agebant annum, cùm præter omnem expec-  
tationem grauidam ſe ſentit; ac die quodam poſt  
luſtratos meridie greges domum propinquas,  
haud procul ab ædibus abſque vlla obſtacula  
opera, idque ſine vilo debilitatis aut doloris ſer-  
ſu filium peperit, quem ſtatim in fonte ablutum,  
incolumis domum aſportauit. Inde baptizatus  
puer in æde S. Mariæ Magdalena, Stanislaus vo-  
catus eſt, anno Dom. M. XXX. regnante apud Po-  
lonos Meciſſao Primo, anno regni eius tertio.

Natiuitas Sta-  
nislai.

Postquam autem parentes eius tali ſe filiæ  
ſtos viderunt, pari cõſenſu perpetuam Domino  
continentiam vouerunt, eamque ad extremum  
vitz



vix spiritum cum non mediocri sanctitatis laude conseruauit. In ipso uero puer o teneriori indicia sanctitatis. In ipsa iam p. iunctio saepe obseruatum est, illum molliori strato relicto, super nudam humum aut paleas cubare. Hinc ab utroque parente egregiam pueri indolē admirante, nihil quod ad concepta pietatis fomenta magis magisque promouenda uile esset, praetermissum. Et quidē ut primum per aetate licuit. literis & disciplinis liberalibus traditus est imbuendus; quas ille propter ingenij felicitatē ac memoriae tenacitatem, mira est facilitate consecutus. Tanta illi grauitas, modestia, & pudor in sermone, vultu, & actionibus inerat, tanta ad virtutem propensio, ut viri etiam grauissimi doctissimiq; in admiratione & amore eius prouocarētur. In puerili & tenera aetate, tanta erat erga pauperes benignitate, ut quicquid bona parentū uolūrate poterat, pauperibus elargiretur, facile daturus omnia, nisi praceptorū seruitate puer modestus & pudibundus ueretur.

Postquam uero adolescentiam ea modestia & morum sanctitate & grauitate exegit, in ipso iuuentutis flore, incredibili discendi studio flagrans Luetiam Parisiorum se contulit, ut aetatem suā altiore diuini pariter & humani iuris cognitione exornaret; ubi cum uberrimos in utraque facultate & in sanctioribus etiam uitae disciplinis fecisset progressus, coepit monasticae uitae cupiditate flagrare; sed Dominus, qui ad maiora eum certamina reueruabat, id minime permisit.

Septennio Luetiae in studijs consumpto, in Poloniam cum intructa bibliotheca reuersus est, & utroque parente mortuo, cum se locupletem uerteret adire hereditatem, omnes opes suas in pauperes insigni liberalitate distribuit, ut illis

abie-

Indicia sanctitatis.

Proficiscitur Parisios studiorum gratia.

Distribuit sua pauperibus.



abiectis sarcinis, expeditius Domino seruire. Necdum enim omnem monasticæ suscipiendæ vitæ cogitationem deposuerat, sed hærebatur in eo quam viuendi rationem potissimum sectaretur cum monastica quidem videretur tunc & tranquillior, sed contra formidabat abscedere credita sibi à Domino talenta. Ea tempore, ecclesiæ Cracouiensi præerat Lambertus Zula, qui Aaroni successerat, nolensque de more pallium à Pontifice Maximo petere, id effecerat, ut e sedes deinceps non Archiepiscopos, sed Episcopos haberet. Is ubi comperit Stanislai fluctuante animo, de vitæ instituto suscipiendo, ad se accito persuadet ut in clerum se sinat cooptare. eum Cracouiensis Ecclesiæ Canon: cum aliis dedit etiam auctor illi est ut sacerdotio inueniret. Quo in statu omnibus sui ordinis hominibus, optimis exemplis præfuit. Porro etiam concionandi munus obiens, plurimos à corruptis moribus ad honestatis studium traduxit, & in Deum morem incendit; eò magis faciliusque, quò longius ab omni arrogantia eius doctrina aberat, eximia vitæ sanctitate ac morum integritate mirificè ornata.

Hinc Lamberto Zula ex rebus humanis discedere, anno domini millesimo septuagesimo primo, mensis Nouemb. die quinto & vicesimo octoniam suffragijs ad episcopalem cathedram consecratus est. Ille verò quamuis diebus non paucis resisteret, suosque humeros tanto ferendo onere impares clamaret, precibus tamen & lacrymis virorum ornatissimorum expugnatus tandem cessit, non absque metu & tremore; veritus ne diuinæ resisteret voluntati, quæ per tot ora & suffragia ipsi innotesceret. Confirmatus igitur ab Alexan-

Fit Canon-  
cus & Sacer-  
dos.

Succedit in  
episcopatu  
Lamberto  
Zula.

Alexandro XI Pontifice Maximo, eiusdemque  
 consecratus, animum ad ecclesie illius gu-  
 bernacula ita adiecit, ut cunctis se virtutibus in-  
 cultum declararet. Nihil sibi preclarius &  
 prestabilis ducebat, quam per omnem vitam  
 soluatoris insistere vestigijs: Et quidem ante om-  
 nia pauperum, pupillorum ac viduarum cura illi  
 assidua fuit, aded ut domus illius agris & egenis  
 plena semper videretur. Calamitosorum homi-  
 num & iniuria oppressorum causas, acriter tu-  
 endas suscipiebat. Habebat ad beati Sylvestri Po-  
 pificis morem, viduarum omnium sue diocesis  
 nomina conscripta, quibus pro facultatum rati-  
 one subueniebat; omnes episcopatus sui prouen-  
 tus, in pauperum & viduarum solatia confere-  
 bat. Nec copietatis studio contentus, frequenter  
 eis ad mensam sedentibus, exclusa famulorum  
 turba, cibum potumque ministrabat, ac pari cha-  
 ritatis officio sordidos pedes nixus genibus ab-  
 luebat. Ad condonandas autem tolerandasque  
 iniurias fuit sane promptissimus, aded ut nunquam  
 perturbati animi indicium dederit, sed quibus-  
 cumque potuit modis, pro maleficio beneficium  
 reddiderit.

At vero eo modo sanctissimo viro se compa-  
 rare, & tum doctrina, tum vite sanctimonia om-  
 nibus prelucente, & in summa tranquillitate  
 morum suum exercente, hostis antiquus ecclesi-  
 asticam pacem tam laetis crescere successibus, sa-  
 ctique Præfulis virtutes & studia absque liuore  
 Bobere, diutiùs passus non est. Sedebat ea tempe-  
 state apud Polonos, ad regni gubernacula Boleslaus  
 eius nominis secundus, qui licet multis reb  
 præclare gestis, & militari quoque gloria non mi-  
 nus quam pacis laudibus insignis esset, partam  
 eximia

Benignitas  
 eius in pau-  
 peres.

Humilitas  
 egregia.

Boleslaus  
 rex Poloniæ.



eximia virtute gloriam effrenata quadam in Ve-  
nerem prpensione obscurabat. Nam successuum  
felicitate elatus, ad explendam carnis libidinem  
sua minimè contentus vxore, virgines & matro-  
nas ingenuas, primò quidem clam cõcuprabat,  
ac postea immensa malæ consuetudinis mole  
pressus, perfricta planè f. õre cõper in deteriora  
prolabebatur. Ea res quanquàm grauius proce-  
rum offenderet animos, nemo tamen regem co-  
iurgare ausus fuit. Solus Stanislaus inani timore  
postposito & mortis periculo cõcepto omnibus  
exclusis arbitris regem adit, & constanter in qua-  
tum sit prolapsus turpitudinem exponit, docet,  
ni protinùs effrenatam libidinè coëctat Deum  
pariter & homines se infensos habiturum ac si-  
bi suoq; regno extremam ignominiam cum ce-  
ta pernicie imminere. Ostendit etiam quantum  
non modò animæ, sed corpori etiam sceleratum  
vitium illud adferat, & quantà de eo vindictam  
cum in alia, tum in hac vita Deus expectat. Rex es-  
si non mediocriter incandesceret, arcumen non  
ignorans Stanislaum præcipuum iustitiz culto-  
rem, multaq; virtute illustrem, nulli minus vel  
terroribus cessurum, interim se compressit, an-  
miq; furorem ficta lenitatis specie dissimulauit.  
Verùm mox ab eius recessu cõceptu animo hinc  
rẽ expromere cõcepit, & apud præcipuos atq; in  
nobiles de Stanislao conquiri: quorum petulantia  
adulationibus incitatus, effrenatus etiam quam  
ante, in foedas libidines, posthabita salute & ex-  
istimatione sua prostratus; adeò vt feruētis cupidi-  
tatis impetu victus, Meciisai nobilis in Stradiv  
regione viri vxorem nobilem atq; atque pube-  
cam, missa militum manu, abripuerit, & frusta  
reclamante atque rei indignitatem querente

Stanislaus  
regem cor-  
rupit.

Immane fla-  
gitium regis.

mito, ad  
Hæc ali  
nirius p  
tinoribu  
amo tam  
tus fuit, qu  
donis vi  
auderet. Sc  
tamè para  
nè pugnab  
ctis sibi vir  
nus respici  
terminatus  
conuerfus,  
cum terrib  
Stanislaus  
motus, per  
secrans, v  
imminente  
nitentiz op  
gno zuerre  
oratio, qua  
excipere tu  
ciam admin  
libidine oc  
sancti viri e  
plius ferre  
niliens, im  
tus est, atq  
rias, cum in  
Nec mor  
aulicis quib  
te acriter in  
inquisiuit.  
norum int

urto, ad suam libidinem foedè abusus fuerit.

Hæc aliq; cum per summâ indignitatem rex  
narius patraret, & oēs regni proceres iniquis  
scinoribus ingrauiſſimū sui odiū prouocaret,  
nemo tamen vel episcoporū vel procerū inuen-  
tus fuit, qui regē pijs monitis ab instituta perdi-  
tionis via reuocare, vel sui eū officij cōmonere  
auderet. Solus Stanislaus animo ad martyrij cer-  
tamē parato, cōtra multiplicē impietatis ratio-  
nē pugnabat, regemq; intrepidus secundò, adiū-  
ctis sibi vtriusq; ordinis viris adiit, atq; nō protu-  
sus respiceret, fulmē excōmunicationis ei in-  
terminatus est. Tū verò rex in furorē rabiemq;  
conuersus, contra pia monita, horrendas minas  
cum terribili verborū tonitru eiaculatus est. Sed  
Stanislaus eiusmodi tempestate verborum nihil  
motus, persistabat in admonendo, docens atq; ob-  
secrans, vt sanam paulisper mentē indueret, &  
imminentem diuini iudicij furorē, dignis pœ-  
nitentiæ operibus à suo capite, ac toto deniq; re-  
gno auerteret. Hæc postrema Stanislai ad regem  
oratio, quāuis à ceteris magno cū vocis applausu  
exciperetur, eiusq; prudentiam & animi constā-  
tiam admirarentur omnes, regis tamen animum  
libidine occupatū nihil mouerūt: sed cū illius  
sancti viri tā sapienter eū incantantis voces am-  
plius ferre non posset, præcipiti furore è folio e-  
miliens, immaniter se à Stanislao læsum vocifera-  
tus est, atque omnibus modis illatas sibi iniu-  
rias, cum iureiurando vindicaturū protestatus.

Nec mora, communicato cum proceribus &  
auleis quibusdam concilio, vindictæ cupidita-  
te acriter inflammatus, omnes vlciscendi modos  
inuestigauit. Sed cū in virum inculpata vitæ &  
morum integritate vallatum, nulla omninò

nē te-

Stanislaus se-  
cūdo corri-  
pit regem, &  
excōmunica-  
tionem mi-  
natur.



**Boleslaus**  
rex molitur  
fraudes in  
Episcopum.

ne tenuis quidem criminis suspicio caderet, totus ad fraudes & calumnias conuersus est. Iniquitas que non fecit ut virum sanctissimum, per summam iniuriam atro carbone notaret, & apud populum vniuersum sempiterna ignominia abiret. Emerat vir beatus in tractu Lublinensi pagum Petrauinum, à Petro quodam equite, vniuersi eius hærede, quem Cracoviensi ecclesie precioso eius integrè persoluto, adiunxerat, eumque iam propè triennio, absque vllius infestatione possederat. Et quia sacer Antistes ex sua fide & integritate aliorum etiam fidem probitatemque metuebatur, neglectis actorum publicorum instrumentis, nudis testibus sibi cauerat. Id vniuersi temporis rex, vocatos ad se Petri nepotes, ad quos pagus ille iure hæreditario deuolutus esse, tractatur ut episcopum de interuersa hæreditate in apud se deferant, atque in ius trahant: adducunt se facile minis absterriturum testes, quorum bene de maximè nitebatur Stanislaus. nè aulicis pro solo testimonium dicere. Hac illi spe animati præda allecti, negotium faceffunt viro Dei, & que per summam audaciam & iniustitiam apud regem litem intentant.

**Stanislaus**  
ad iniquum  
citatur iudicium.

Citatur itaque ad iudicium antistes, cui ipse, (vt tum more receptum erat,) præfatus & ab aduersarijs accusatur, quòd præter ius hæreditatis inuaserit. Respondet viro Dei se optimo iure eam sibi vindicare, pecunia Petro illorum patruo numerata. Negant aduersarij, Promittit vir Dei se testes produciturum, nec id recusatur. Sed eccè cum esset ab eis dictandum testimonium, illi præ formidine obmutescentes, ne male à rege mulctentur, virum sanctum per summum scelus destituunt. Iam dies ad occasum

sum tendebat, & Episcopi res in periculo versa-  
 tur. Latabatur rex, lætabantur aduersarij, qui  
 primam prædam iam spe magna deuorauerat.  
 Antius interim vir Dei, omni auxilio humano  
 destitutus, certam in Deo fiduciam repositam  
 habebat. Tandem eius instinctu animatus, co-  
 ram rege & toto illo conuentu promittit, se post  
 triduum testem veritatis producturum, ipsum  
 Petrum, licet iam triennio vita functum; quæ  
 res miraculi & stuporis plena, apud posteros  
 ob credentium imbecillitatem, plus admiratio-  
 nis fortasse, quam fidei habitura est. Ijs verò au-  
 ditus, primò quidem stupent omnes, sed postea  
 rei, vt ipsi putabant, impossibilitate melius pen-  
 sata, in risum versi, sibilis & sannis virum Dei,  
 tanquam parùm mentis suæ compotem exci-  
 piunt.

Antistes cõ-  
 fugit ad au-  
 xilium diui-  
 nũ, huma-  
 no destita-  
 tus.

Irridetur à  
 multis.

Interea Stanislaus veste indutus cilicina, tri-  
 duano suis indicto ieiunio, cum clericis & pau-  
 cis laicis in Petrauinum discedit pagum, & co-  
 ram altari se prosternens, multis cum lachry-  
 mis diuinam continenter opem implorauit. Ac  
 verò vbi sponsionis illuxit dies, re diuina ex  
 more peracta, pontificali indutus veste, accedit  
 ad Petri sepulcrum, amotaque per ministros hu-  
 mo, submittit se in genua, & fufis magna cum  
 fiducia ad Deum precibus putrefactum manu  
 contingit cadaver, iubetque illum Petrum in  
 puluerem iam ferè redactum, in nomine Patris  
 & Filij & Spiritus sancti, à mortuis resurgere,  
 veritati à filijs hominum prostituta & deser-  
 uatæ testimonium perhibeat. Confestim reuiuif-  
 icatus homo, & integro corpore è monumento  
 tanquam è suavi excitatus somno, prodit. Tùm  
 Stanislaus apprehensa eius manu, chlamyde  
 circum-

S. Stanislaus  
 excitat de-  
 functum à  
 mortuis,

Q9

circun-



circundatum in praesentiam adducit regis, & ait: En Boleslæ rex, hunc ego testem adduco venditionis & emptionis, & persoluti precij, quod ille pro pago suo exegit. Magnus fiebat hominum concursus, certatim rediuiuum intercupientium, omnesque rei nouitate attoniti, sublato ad cælum clamore, diuinum miraculum collaudabant. Eccè verò Petrus ille in vitam restitutus, sic regem compellauit: Ego ad preces Stanislai, iussus à Deo ad vos redire, ad eum hic testis & euictor assisto tribunal, palamque confirmo, me pagum Petrauinum accepta petrucunia vendidisse, neque istos meos nepotes quoscunquã in eo iuris habere, sed Stanislao ab illo dolo malo calumniã adhiberi. Et mox cõueniens ad nepotes & testes: Quis, inquit, vos furor hoc obigit, vt alij calumniãdo, alij veritatẽ celãdo, vos scelere obstringeretis? quod nisi digna poenitentia dilutũ fuerit, grauissima vos Dei vindicta & in hac, & futura manet vita. Illi incredibili furore oppressi obmutescerunt. Rex verò ita euicti miraculo cõpulsus, quãuis nõ absq; multo animi felle & molestia, pagũ Stanislao adiacuit.

His ita gestis, beatus Antistes ad pagum Petrauinum abiit cum Petro. Vtquẽ ad sepulcrum ventum est: Visnè, ait, Petre, vt gratitudinis erga te quot tibi annos vitã à domino impetremus? Cui Petrus, Ego, inquit, Pater sancte, vitam hanc, quam mortem potius appellandam censens, nequaquam expeto: sed illam, in qua praesente Dei vultu frui possim. Nam tamen iusto Dei iudicio hastenũ Purgatorij poenas perpeffus sum, attamen spero breui me ad superos commigraturum. Tu quãso, mĩ pater, ora pro me, vt citò fiat: au si iustitia non permittit, aliquid de supplicij tempore minuatur. Promisit Stanislau

Resuscitatus,  
regẽ & alios  
alloquitur,  
& reddit  
testimoniũ  
Stanislao.

Obtinet li-  
tem.

Purgatoriũ.

Orationes



seruaturum quod petebat. & ille rediens in

plurimum, animam rursus expirauit.  
Huius tam illustris & præclari miraculi fa-  
ma, non solum Stanislai nomen apud Polonos  
& externos celeberrimum reddidit: sed regis et a-  
furorem & libidinis flammam non nihil repres-  
sit, quamquam illa conuersio, nullo pietatis fun-  
damento stabilita, nõ potuerit esse diuturna: Nã  
cum postea nouam ex Russis victoriam adeptus  
fuisset, in scæditissimas rursus cũ suis militib<sup>9</sup> libi-  
dines prolapsus est: & totus deindẽ ad ingeniũ &  
præstitos mores reuersus, tyrannidẽ in suos exer-  
cere cepit: eoq; impietatis prorupit, vt nullis se-  
monitis vel precib<sup>9</sup> ad sanitatẽ reduci pateretur.

Tũ verò iustitiæ zelo inflãmatus Stanislus,  
omni procius formidine calcata, ad regem mul-  
ta procerum & militum stipatum caterua re-  
uertitur, & proluxa admodũ oratione animũ  
eius ad respiciendam seclerum nititur; amplissi-  
ma Dei se corrigat, p̄mittens munera; sin ve-  
rò in sulcepto scelere & dementia persistat, tempo-  
rarias simul & æternas sibi suisque à Deo poe-  
nas constitutas esse docet. Sed rex praua scele-  
rum consuetudine dementatus omnem animi  
medicinam respuebat, & in ipsum medicum ma-  
iori iræ impotentia excandescens, contumelias  
& minas iaciebat. Sed Stanislus ijs contumelias  
& maledictis constantior effectus, acriũs contra  
furibundum regem precibus & monitis pugna-  
bat, & vltices gehennæ flãmas proponebat. sed  
rex omni laxo durior, cũ sui similis perma-  
ret, vir sanctus ad extremum fulmẽ ecclesiasticũ  
ei interminatus est. Quod rex vsq; adeo indignẽ  
tulit, vt cum fremitu quodã & indignis verborũ  
incurijs, repentinum ei interitum minaretur.

pro defun-  
ctis.  
Iterum mo-  
ritur redi-  
uius, d: & o  
106

Tertio cõs-  
ripit, & nõs  
net regem  
Stanislus

Rex ei mor-  
tẽ minatus

Q4 2

At



At vir sanctissimus qui iam pridem magno martyrij desiderio flagrabat, tam presenti mortis periculo nihil penitus permotus, multo etiam magis quam antè ad procurandam regis salutem & Polonicæ gentis libertatem tuendam recedebatur; adèd vt integras sæpè noctes in precibus & lachrymis & suspirijs exigeret: at mille modis impendentem Polonici regni ruinam auertere niteretur. Tandem verò cum cerneret regem per omnia flagitiorum genera indies impudentius vagari, neque vlla lenitate & mansuetudine ad saniolem mentem reuocari posse, ab Ecclesiæ corpore eum separauit & prædicatione tanquam dira contagione infectum, ab ingressu templi exclusit. Ea res cum soleat mouere faciendæ causa id genus deploratis hominibus adhiberi, crudeli & libidinoso regi adèd iuorem auxit, vt planè deliberaret, crudelissimo supplicij genere sanctissimum virum è medio tollere. Auxit verò impietatem, quòd etiam anathemate percussus, nihilominus per summam impudentiam diuinis se officijs ingereret: & palam in odium & contemptum Sanctissimæ singularem quandam turpitudinem suam, quam humanæ aures ferre non sustineant, in oculis omnium patraret, non contentus infando & nobis execrando flagitio privatim se contaminare, nisi id etiam publicè ostentaret. Vidit hoc & indoluit Stanislaus, & contremuerunt reuerentiæ eius, nec zelus illius tantam nequitiam diffimulare potuit. Iussit igitur, vt præsentis regni diuina in ecclesia cessarent officia, & ipse pro furore secundum iudicium legis Apostolicæ census, iumento, quo ille impurus abutebatur, ornatum omnem ius ipse manibus detrahit, &

Stanislaus  
regem excō-  
municat.

Zelus Stanislai  
admirandus.

nares

ves ei auresq; amputavit. Tum verò rex incre-  
dibili furore agitatus, viam omnem modumq;  
incogitare cœpit, vt quamprimum animum su-  
um acerrima vindictæ cupiditate exulceratum  
episcopi sanguine sanaret.

Est haud procul Cracouia templum, in editi-  
ori rupe diuo Michaëli Archangelo sacrum. In  
id sanctus Antistes diuinum peracturus sacrifi-  
cium, se receperat. Id Boleslaus vt comperit, ra-  
tus iam adesse opportunitatem patrandæ cædis,  
celeri gradu nè fuga elaberetur Stanislaus, suis  
stipatus satellitibus eò aduolauit, & armatos  
qui sacrificantem interimerent milites in adyta  
templi immisit. Illi quamuis audacia satis fe-  
roces, & amentia præcipites irruerent, mox ra-  
men dum strictis ensibus nituntur ferire episco-  
pum, immodico terrore correpti, resupini in  
terram cadunt, humiq; reptantes è templo  
se euoluunt. Rex illorum increpans ignauia-  
m, iubet eos ad facinus edendum redire; rede-  
unt intro, sed rursùs humi prosternuntur. Ite-  
rum exeuntes tertio cogit rex templum ingredi,  
nec audent resistere: reuersi obrigescunt omnes,  
& maiori quàm antea impetu collabuntur.  
Tertio egressi ad regem, indicant quid sibi ac-  
ciderit, aiunt Stanislaum diuina virtute seruari.  
Boleslaus furoris sui stimulis agitatus, & mina-  
cibus verbis milites suos ignauis insimulâs, ipse  
stricto ense ferociter irruit, sanctumq; Præsu-  
lem altari assistentem, quanta potest vi maxima  
gladio percutit, & palpitantem adhuc suis ipse  
manibus, naso, genis, orisq; partibus, vt de-  
formior appareret, nefariè spoliât. Deindè cor-  
pus exanime è templo extractum, militibus suis  
occidendum tradit. Illi priorem ignauia: vt

Templum  
Michaëlis.

Boleslaus  
rex manu  
sua S. Stanif-  
laum crude-  
liter interse-  
cit.



putabant, maculam expiaturi, certatim in sacri illud corpus gladijs & pugionibus zuiunt; dexteram amputant. caput trunant. coronam capitis, quam raso capite referunt sacerdotes, gladijs excindunt, ac postremò reliquum corpus in sexcentas partes crudeliter dissecant. Ne tamen hac totius corporis dissectione crudeli contentus impius rex, iubet membra secta in varias dispergi partes, ut à bestijs & volucris deuorantur: vetuitque sceleratus, graui proposita pena ne quis vllam doloris significationem in morte antistitis edere præsumeret. Cumque ad iussa capeffenda properarent milites, & iam longè lateque sacros artus disijcerent, ecce digiti vni articulus in flumen decidens, à pisce deglutitur. Atque ut celebritatem nominis eius & sanctitatis famam aboleret penitus, aut salte obsecrare, lectis criminibus omnia eius facta virtuteq; proclaras calumniando pervertere non est verum prorsus ut vir ille in vniuerso regno sanctissimi omnibus passim ludibrio, & quidam mentiarum ludus, ac vulgi fabula esset.

Sed omnipotens Deus non passus est tam fœdè sanctissimi martyris sui existimationem læcerari. Nam altera ab eius eade die, cum iam sacrum corpus à feris & auibus putaretur absumptum, ecce à quatuor mundi partibus totidem raræ formæ & magnitudinis aduolant aquilæ, quæ magno studio loca omnia circumvolantes, contra incursum & vim ferarum licet præsulis membra tutatae sunt. Viderunt etiam viri religiosi nocte, quæ necem eius secuta est, miri splendoris radios in omnes corporis dissecti partes cælitus effundi, totidemque singulis locis ardere lampades, quor' illis partes

Corpus S.  
Antistitis  
dissecatur.

Execranda  
impietas.

Tuentur 4  
Aquilæ, S.  
sagaxer eis.

temporis haberentur. Hæc verò triduò nõ solum  
 timore vulgata, sed crebro etiam à fidelibus  
 inspecta, quosdam ecclesiæ Craconiensis Ca-  
 nonicos & primores, nonnullos etiam fide in-  
 tegros & constantiores laicos animârunt, vt cõ-  
 tempeis regis minis, sacras partes illas accu-  
 ratè colligerent, singulasque apto naturæ or-  
 dine inter se coniungerent. Ibi tum contigit  
 miraculum omni admiratione dignissimum.  
 Nam simulatque id ita factum fuit, corpus di-  
 uina protinus virtute adedò integrum conspe-  
 ctum est, vt nulla in eo cicatricum vestigia ap-  
 parerent. Tanta verò odoris suauitas inde pro-  
 diit, vt omnium nares ea mirificè compleren-  
 tur. Auxit etiam miraculi magnitudinem, vni-  
 cus illi digiti articulus, quem antè à pisce de-  
 glutitum diximus, qu, lumine quodam piscem  
 prodente, inuentus & corpori postea adiun-  
 ctus fuit. Fuit autem sacrum corpus hoc modo  
 restitutum, ad Aedem sancti Michaelis hono-  
 rificè delatum quidem, sed regis obstante fu-  
 rore, sine luctu aut ceremonijs, ante fores, sub  
 diuo sepultum. Ipsum verò sepulcrum assiduis  
 noctibus cæli luminaria illustrabant, & quo-  
 tidiana miracula magis magisque sanctitatem  
 viri testabantur.

Præclarum  
 sanè mira-  
 culum.

Miracula ad  
 sepulchrũ  
 eius

Postquam verò rumor nefandi facinoris ad  
 Gregorij VII Pontificis Maximi aures perlatus  
 est, ipse Pontifex & Cardinales multo tempo-  
 re in luctu & mœrore ob immanem tam præ-  
 clariviri necem versati sunt, & regem sceleris  
 que ministros fulmine excommunicationis  
 percussit, ac totum denique regnum interdicto  
 subiecit, regioque honore spoliauit. At Bole-  
 slaus in inilituto mentis furore & pertinacia per-  
 seuerans,

Gregorius  
 pōtifex VII,  
 regem excō-  
 municat &  
 regnum in-  
 terdicto sub-  
 iicit.

Q9 4

seuerans,



seuerans, Pontificis anathema toto triennio pro  
 nihilo putauit, donec diuina perurgente vindi-  
 cta, prosperi successus in diuersum murati sunt.  
 Etsi autem Pontificis anathema animi eius  
 discruciatum plurimum, plus tamen rumore il-  
 lo, qui de luminaribus & lampadibus caelorum  
 monumentum Stanislai submissis ferrebat,  
 torqueri visus est. Et quidem cum nullam rumo-  
 ribus istis fidem adhiberet, vt certius aliquid cog-  
 nosceret, ipse suis oculis, è specula arcis Cacro-  
 uientis ea luminaria vidit, & lampades è caelo  
 supra sepulcrum descendentes contemplatus  
 est. Tum verò ferocitas animi non nihil compo-  
 sita, patrati sceleris gravitatem ei aperuit, & in  
 summum sui ipsius odium eum adduxit. Euge-  
 nianus eum diè nocteque scelerum furax, vti  
 vt nec cibum nec somnum placidè capere po-  
 terat. Tandem cum diutius urgentes conscientie  
 stimulos ferre non posset, & à suis sibi metu-  
 ret cum Miescono filio quibusdam alijs tri-  
 ga sibi salutem quærens, in Hungariam ad La-  
 dislaum regem se recepit, à quo sane licet  
 honorificè exceptus & humaniter aliquem diu-  
 habitus, saluus tamen, diuina eum ultione perse-  
 quente, diu consistere non potuit. Nam secundo  
 exilij anno subito languore correptus, & amentia  
 percussus, sylvas & loca auia petebat, vbi à  
 proprijs canibus, cum repentina morte extin-  
 ctus esset, fertur deuoratus. Ità vt quod beatus  
 Stanislao ille struxerat, in suo cadavere stupendo  
 DEI iudicio perpeffus sit. Plexi sunt diuinitus  
 varijs modis, qui ei in sancti viri necesse  
 cij fuere. Successit ei Vladislavus frater eius, sed  
 nequaquam cum regno munere regium sibi no-  
 men usurpare ausus fuit. Et autem hoc inprimis  
 memo-

Diuina vin-  
 dicta in Bo-  
 leslaum,  
 Poloniz re-  
 gem.

memorable, quod toto decennio ab interfectio-  
ne beati viri singulis noctibus luminaria, & lâ-  
mpades cælitus demissæ ardere visæ sunt.

Decimo autem ab eius martyrij anno impera-  
vit vir sanctus per visum nobili cuidam matro-  
na, vt sacrum ipsius corpus per Lambertum epi-  
scopum eius successorem, in ædem primariam  
transferrî curaret. Creditum est illi matronæ,  
quod eius dicta alijs etiam testimonijs fulciren-  
tur. Aperto igitur monumento mira odoris sua-  
vitas inde effusa est, & sacræ reliquiæ in summâ  
ædem Cracouiensem, Episcopi ipsius & Cano-  
nicorum humeris importatæ sunt, anno salutis,  
millesimo, octogesimo octauo, quinto Kalendas  
Octobris.

Plurima deindè meritis beatissimi viri edita  
sunt miracula, quorum è multis vnum silentio  
preterire non possumus. Cùm diu multumque  
laboratum esset sub Innocentio III. Rom. Pon-  
tificis, vt in sanctos referretur, & Cardinale O-  
stiensî Rainaldo (qui postea Innocentio succe-  
dens, Alexander dictus est) admodum repugnan-  
te, res effectum obtinere non posset, Cardinalis  
morbo correptus, à medicis in vitæ desperatio-  
nem vocatus est. Hoc morbo ad dies aliquot la-  
boranti, apparuit S. Stanislaus vigilâti & decum-  
benti cum multo splendore & gloria, iubens vt  
in signum sanctitatis suæ, quamprimùm sanus è-  
lecto surgeret, & etiam atque etiam videret nè  
deinceps pijs aliorum conatibus obfisteret. Hæc  
res adeo permouit Cardinalem illum, vt cunctis  
mirantibus repentinam eius sanitatem, mox ad  
Pontificem Innocentium se conferret, eumque  
importunis etiam precibus vrgeret, vt sine hæsi-  
tatione in Sanctorû catalogo illum ascriberet.

Itaque

Translatio  
corporis S.  
Stanislai.

Præclarum  
miraculum.



Itaque Pontifex in eam curam intentus, cum in  
coram infinita hominum frequentia, Alibi in  
hoc opere versaretur, vidit iuuenis cuiusdam  
recenter defuncti cadaver in templum inferri.  
Cumque tacitus adhuc apud se Stanislaus  
tatem in dubium vocaret, statim coram altari  
humi se prosternens, supplex Dominum roga-  
uit, ut praesenti miraculo sparsam ubique  
nissia sanctitatis famam confirmaret. Vix pro-  
candi finem fecerat, cum ecce defunctus ad vi-  
tam redit, & Pontifex gaudio perfulsus, peracto sa-  
crificio, Stanislaum Sanctorum catalogo  
gnoum pronunciat, & festum ei diem octavo Maii  
celebrandum, quo martyrij palmam adeptus est,  
decernit. Incidit haec res in annum Christi  
pra millesimum ducentessimum quinquage-  
simum, cum iam a caede beatissimi viri Bonifacii  
anni centum & septuaginta quinque. Per multa  
inde secuta sunt miracula, quibus Deus sanctum  
cohonestauit martyrem suum ad laudem  
& gloriam nominis sui, quod est benedictum in  
secula. Amen.

Defunctus  
suscitatur,  
in confirmacionem  
sanctitatis eius.

Canonizatio  
S. Stanislai.

C. Baron. in VITA S. PETRI ARCHIEPISCOPI

not. marty. Roma:

Tarentasi. ex ea qua iussu Lucij Romani  
cis a Gaufrido Abbate Alta Tuba confecta  
Migrauit ex hac vita ano Domini millesimo  
tesimo septuagesimo primo, cum sedisset annis  
triginta tribus.

7. Maij.

Venerabilis hic Petrus in Viennensi  
cessi parentibus insigni pietate natus, pa-  
ternæ fraternæque virtutis semulatus, in  
ambigno adolescentiæ tempore, mence mense  
mè ambigua, in cœnobio Bonauallis Christi-



te militiae nomen dedit: ubi tanta tamque  
 maxima animi fortitudine contra infensos tar-  
 taros hostis pugnauit, ut omnium oculis ad-  
 mirabilis, breui postea Stamediensis coenobij  
 regimen, cum Abbatis nomine ac dignitate as-  
 sumptus sit. Quod sane honoris genus cum  
 horreret maxime, & inuitus admodum eum  
 dignitatis titulum admitteret, tum in medio  
 honorum omnium decursu, ita se ab omni elatione  
 & voluptatum contagione illibatum ser-  
 uauit, ut nihil eo humilior, nihil pauperius videretur.  
 Vitam, ut plurimum, simplici pane ac aqua  
 profuente sustentabat: si quid vero obsoletum  
 esset, id ipsum pauperibus distribuere summa  
 illi voluptati erat. Hospites mensa illius  
 pauperes & peregrinos habebat, ipsique conui-  
 uis adeo delectabatur, ut quo quis pauperior vel  
 infirmior, eo gratior adueniret.

Ea tempestate Idraël quidam homo prauis  
 opinionibus imbutus, Tarentasi ecclesiae praesidebat,  
 qui cum gregem sibi commissum in eandem  
 se cum peste trahere conaretur, matrem  
 etiam quam arbor inutilis Apostolica falce praecisus  
 est, & in locum eius Petrus substitutus; qui licet  
 primò totis viribus illud honoris fastigium  
 reculeret, tandem tamen Bernardi Claraual-  
 lensis Abbatis viri sanctitate & eruditione praecipui  
 auctoritate victus, gradum illum contempsit;  
 iura tamen ut de suscepto vitae rigore nihil  
 minueret, sed potius indies aliquid adiceret  
 & summa contentione ad culmen non honoris,  
 sed paupertatis ac perfectionis aspiraret.  
 Ante omnia verò nihil vir sanctus antiquius  
 habuit quam ut pauperes & calamitosos homines  
 a graui paupertatis malo liberaret. Itaque

Petrus in  
 monasterio  
 Bonquallis  
 se Deo com-  
 secrat.

Victus eius,

Benignitas  
 eius in pau-  
 peres.

Idraël pfeus  
 doepiseo,  
 pus.

Petrus fns  
 Archiepiscopus  
 Tarentalis.

domus



610 VITA S. PETRI ARCHIEP. TAREN  
 domus illius non aula sed veriùs xenodochium  
 videbatur, ad quam ægri & egeni vtriusq; serua  
 commeabant, opibusq; beati Antistitis aduici  
 summam consolationem inueniebant. Ipse vero  
 quacunq; pergeret, tanta libertate, tanq; in  
 ãtione pauperum curam gerebat. vt cum mu  
 nis exhaustus esset, sibi ipse vestimenta detrahe  
 ret, eaq; nudis & egenis largiretur.

Cùm aliquando per Alpem (quam quidam  
 Columnam Iouis appellant) iter haberet, & xeno  
 dochium nimis inops inueniret, statim pro  
 pria impensa ædificia dilatauit, & prædij atq; æ  
 animalibus egregiè locupletauit, vt opportuna  
 transeuntium necessitati subsidia ministraret. Si  
 mile beneficium in monte, qui Lætionis dicitur,  
 (licet extrâ prouinciam suam constituto) præ  
 ribus instituit. Et in Iurenfis solis, pari pietate  
 ac munificencia xenodochium ordinauit. In re  
 gione Prouinciæ, in vili quodam tugurio lectu  
 viam, cùm foeminam extremo paupertatis malo  
 miserè oppressam inueniret, tanta erga illa mi  
 sericordia motus est, vt præ nimio dolore vox ei  
 cùm fari vellet, interciperetur, vimq; lacry  
 marũ profunderet. Tandẽ neq; sibi neq; suis pa  
 cês, vestes alias atq; alias omnibus detraxit, alijs  
 cum ingenti pecuniarum pondere foemina lae  
 gitus est. Hinc cùm eius benignitas, misericor  
 diaq; nullum sciret modum, vndiq; ad eum  
 innumerabilis hominum multitudo confluere  
 coepit, alij corporum, alij animarum salutem  
 queritantes: quam omnibus cum magna facili  
 tatis ac miraculorum virtute impertiebatur. Ce  
 cis visum, mutis loquelam, surdis auditum, clau  
 dis gressum, & incommodis varijs laborantibus  
 desiderata contulit remedia, tantisq; virtutum  
 signis

Benignissi  
 mus in pau  
 peres,

Vide eximã  
 charitatem.

Præclara e  
 ius miracu  
 la.

legis claruit, vt vix vlla orationis vi cuncta ex-  
pungi possint.

Cum autem tam excellens in omni genere  
virtutum, summo honore ac miro totius populi  
applausu exciperetur, vir sanctus salutari timo-  
re concussus, ne virtus tantis exaltata honoribus  
eum per vanam gloriam præcipitem daret, fuga  
salutem quæsiuit. Per vias igitur difficiles, perque  
locos inuisa, noctis silentio vno comitatus locio  
ad Cœnobium quoddam Ordinis sui Cisterciensis  
in Germaniam peruenit; vbi ignotus aliquan-  
diu latitans, diurna pariter, quæ nocturna rerum  
diuinarum meditatione pascebat animum. Sed  
tandem à puero quodam, qui in eius familia nu-  
tritus fuerat, & illac tunc fortè iter habebat agni-  
tus, à fuga illa retractus est; & maiori cum ap-  
plausu atque admiratione, in pristinum honoris  
gradum restitutus. Tùm verò necessitate cõpul-  
sus, reiectam sarcinam humeris iterum impo-  
suit, & ad intermissa illa externæ pietatis opera  
reuerfus, nouis beneficijs vniuersos sibi deuinxit.  
Incredibili charitate gregem suum prosequen-  
tur, adeo vt sui etiam capitis periculo illi, si op-  
pus fuisset, consuluisse. Multa odia inueterata  
frequenter extinxit, bella admodum grauiâ cõ-  
pulsit, & dissidentia membra mutua beneuolên-  
tia conciliavit egregiè.

Isdem diebus cum Romani Imperij prouin-  
cias schismatica rabies exagitaret, Christi-  
que Ecclesias pestifera hæreticorum opiniones occu-  
parent, solus ipse ex metropolitanis, vel propè  
solus eorum furori ac prauitati sese opposuit,  
solus diuinis sermonibus improbos arguit, &  
pullulantem vbiq; opinionum diuersitatem  
constanter oppressit, oberrantes verò ouiculas  
ad Ec-

Vir sanctus  
nudi fauo-  
res pertime-  
scens, fugit  
ad Germa-  
niæ cœno-  
bium.

Reducitur  
ad Ecclesiâ  
suam.



812 VITA S. PET. ARCHIEP. TARENTA.  
ad Ecclesie gremium reuocabat, lapsos erigebat,  
& stantes confirmabat; hæreticos autem totis vi-  
ribus irruere conantes, radiantis fidei armis e-  
gregiè protectus repellebat, tanta constantia &  
virtute, vt quanquam ipse Imperator hæretice  
prauitatis libidini faueret plurimum, & prin-  
cipuos bellatores defensoresque Catholicæ fidei  
acerrimos submoueret, exilioque damnatos ne-  
fariè opprimeret, hunc tamè Petrum reueren-  
tur, supplexque non rariè se eius suffragijs com-  
mendaret. Erat inter alios infames hæretarchas  
Heribertus ecclesie Chysopolitane antistes,  
qui Imperatoris furorem contra virum sanctum  
iniquis suggestionibus acueri nitebatur, nulli-  
que non mouebat lapidem, vt Petrus periculum  
cæteris exilio mulctaretur. Sed vir Sanctus nec  
venenata inuidiæ tela, nec Imperatoris furor,  
pertimescens, ecclesiam turubatur, mira que con-  
stantia varias inimicorum oppugnationes sa-  
stinebat. Cumque Heribertus furoribus armatus  
instaret, & vrgeret, & vim propè inferret, vt  
vir sanctus, deserto loco oues suas lupo deuor-  
andas traderet, ipse indicta supplicatione gene-  
rali diebus admodum quinque, precibus & iei-  
unijs pro libertate Ecclesie contra tyrannidem  
pugnauit; etiam atque etiam à Domino contem-  
dens, vt scelerato Heriberto sanio rem mentem,  
& penitentiae locum, tempusque tribueret, vel  
nefariam pestem citius de medio tolleret, ne ad  
totius corporis contagionem tandem perma-  
naret. Eccè verò, vt oratio ad quintum diem  
protracta fuit, Heribertus diuina vigente  
vindicta miseram cum schismate animam exha-  
lavit.

Imperator  
quanti Petri  
fecerit.

Indieit sup-  
plicatione  
contra hæ-  
reticos.

Heribertus  
episcopus  
schismaticus  
miserè perit.

Accersitus est deinde vir sanctus à Romano  
pont-

Pontifice Alexandro, eius nominis tertio, ut per  
 Tusciamque Catholicos hæreticorum  
 fraude oppressos consolaretur, hæreseque ne-  
 scidas deleret; quod sanè præstitit egregiè, signis  
 & virtutibus admirandis, quos sermone non po-  
 terat, expugnans. Accidit eodem ferè tempore  
 cum in cœnobio Longuadi, altare in memoriã  
 S. Bernardi Abbatis dedicaret, ut quidam iniqua  
 cupiditate stimulatus, argenteam ex eodem tem-  
 plo crucem furaretur. Quo cognito, vir sanctus  
 sacrilegium anathemate percussit, præcipiens nè  
 prius pedè templo efferret, quàm oblatam cru-  
 cem restitueret. Res mira. Homo ille quàm diù  
 scelere contaminatus erat, fines monasterij, quã  
 quàm instanter conatus, egredi non potuit. Per-  
 stitit nihilominus improbus in diem alteram,  
 sperans post episcopi discessum, illam exeundi  
 difficultatem sublatam iri. Sed nec tunc quidem  
 libertatem consequi potuit, nisi prius per salu-  
 tarem dolorem, ipse se anathematis vinculo sol-  
 uisset. Et hunc quidem pro scelere sic meritum  
 contraxit; alios verò innumeros varijs & ani-  
 maz & corporis doloribus miserijque oppres-  
 sos soluit, & multos etiam diabolica tyrannide  
 & fraude victos, in libertatem vindicauit. Non  
 possunt omnia quæ per eum Dominus operari  
 dignatus est miracula recenserì.

Cùm grauis inter Franciæ & Angliæ reges di-  
 scordia exorta esset, quæ vtrique regno excidi-  
 um minitare videretur, Pontifex tantum sibi de  
 Petri auctoritate & gratia polliceri ausus est, ut  
 eum ad vtriusque regis animum sanandum, no-  
 tuoque fœdere conciliandum, destinare mini-  
 me dubitauerit. Et sanè quanquam vtriusque fu-  
 ne nullius auctoritate vel precib<sup>9</sup> placari posse  
 vide-

Confirmat  
 Catholicos  
 per Italiam

Sacrilegus  
 excomuni-  
 catus, fugere  
 non potest.

Discordiam  
 inter Fran-  
 ciæ & An-  
 gliz reges  
 exortam ex-  
 tinguit.



videretur, vir sanctus primo tamen congressu effecit, ut ortam dissidij & imminentis belli flammam non modò extinxerint, sed agnanimetiam mansuetudinem induerint. Nec aliud sancti fuit quod potentissimorum regum ferociam non subitò compescuit, quàm sanctitatis & miraculorum eius celebritas, quæ longè lateque cum ingenti admiratione vagebatur. Itaque cum annos triginta admodum & tres in episcopali functione & omni vitæ sanctitate expleuisset, ingenii sui desiderio relicto, lætus ex corporis ergastulo ad cælos migravit.

Meritur vir sanctus.

al. Deiorū **VITA S. VVIRONIS SCOTORVM**

Teste C. Bar. to. 8. Annal. vide & Ioā. Molan in Indic. SS. Belgij. 3. Maij.

Patria eius.

*Episcopi: ex ea quæ est apud F. Lauran. fide digna. Floruit circà annum Domini Pipino: eius nominis primo: Carolmanni Francorum Duce ac Maiore Domini clarissimo.*

**F**uit S. VVironi Patria Scotia, insignium virtutum fertilissima: parentes verò vitæ generisq̃ conditione haud obscuri. Ex quidem procedente tempore litteris adulescentia adhibitus, & diuini Spiritus adspiratione prouentus; ætatem morum integritate supereminens, maiorumq̃ exempla sibi imitari proponens: iam præsignificare videbatur, quosita futurus esset. Porò cum ætate pariter crescente indies vitæ sanctitate: & Deo & hominibus charus extitit & amabilis. Noctes quidem imponebat precibus & psalmodijs; dies laboribus exigebat; sanctorum ambebat patrocinio; sibiq̃ è cælis opem implorabat periculis: & malignorum hostium machinamentis inuictus, aut à prosequendo animi sui desiderio car-

aliquo impedimento distineretur. Vnde pau-  
 post Ecclesia prouinciæ istius pastore orbata:  
 animi omnium tam Cleri quam populi con-  
 sensu, tanquam cognatæ genti è cælo destinatus,  
 depositur Antistes. At vir sanctus longè alienus  
 terreni, moxq; perituri honoris ambitu, in hu-  
 militate fortiter persistens, prorsus reclamatur; per-  
 sistens verò plebs fidelis in sua sententia, multū  
 licet refragatē electioni compellunt tandem  
 assentiri. At ille hac occasione nactus opportuni-  
 tatem è patria emigrandi (erat siquidem eius in-  
 sula consuetudo, vt electum Antistitē ilico Ro-  
 mam mitterent à summo Pont. consecrandum)  
 pro peregrinationis solo amore, vrgentis popu-  
 li ad tempus cessit voluntatis: licet corā Deo lon-  
 gè alia esset animi eius inreio. Iter igitur ingres-  
 sus comitatus Plechelmo sacerdote & Otgero  
 Louiz; Christoq; duce prospero cursu mare e-  
 mensus, tandem Romam peruenit: vbi beatis  
 Apost. Petri & Pauli limina creb:ò inuisens, cū  
 fidelissimis socijs, Rom. Pontifici innotuit. A quo  
 accessit & de patria animiq; proposito requi-  
 situs, primò exposuit causam aduentū sui; dein-  
 de animi sui votum expromens, eius pedibus ad-  
 uolutus quāta potest instantia petit: vt suum ve-  
 lit præbere assensum nempe vt liberum esse sine-  
 ret. At pius Pontifex nihil motus eius precibus  
 populo Dei potius consulere voluit: & eius ele-  
 ctioni suffragari. Inuitum igitur diuque reluctā-  
 tem Episcopum illum consecrat, eundem hono-  
 rem quoque impertiens Plechelmo sancti viri  
 socio sacerdoti piensissimo; ambosq; cōplexus,  
 multis auctos muneribus remisit in patriam: sua  
 auctoritate præcipiens B. VVironi nè se vlli pe-  
 regrinationi daret, donec esset reuersus ad suos.

Eligitur in  
 Episcopum  
 inuitus.

Mittitur Ro-  
 mam conse-  
 crandus à  
 summo Pōt.  
 Honorio.

Fuit is Ple-  
 chelmus E-  
 piscopus de  
 Massa Can-  
 dida vel iū-  
 xta Bedam  
 Candida ca-  
 sa.

R r

Cuius



Cuius præcepta vir sanctus obtemperans, super  
 ratis Alpium iugis, & traiecto demum maritimam  
 patriam incolumis magna suorum gratulatione  
 peruenit. Quibus inde bonorum operum &  
 optimæ conuersationis egregijs exemplis pla-  
 cere: moresque & vitam doctrinæ confirmare  
 studuit. Et quamuis non segniter vitæ lumen  
 spargeret in populos, manebat tamē semper illi  
 peregrè proficiscendi desiderium; hominibus  
 quidem occultum, sed notum Deo: qui etiam  
 sua gratia illi præstò fuit, vt possit quandoque  
 voto potiri suo. Oblata siquidem opportuni-  
 tate, gregeque sibi commisso debite primatum  
 prospecto; rursus assumens Plechelmum co-  
 piscopum & Orgerum Diaconum valde re-  
 ligiosum, posthabitis parentum blandimen-  
 tis, delicijs, opibus, neglecta populari glori-  
 a iter ingressus est: quod diu animo erat me-  
 titatus, iam in opus collaturus. Malebat enim  
 inter alienos & externos pauper & villis haberi,  
 quàm inter suos diues & gloriosus. Peragra-  
 tis autem vicinarum regionum finibus, traie-  
 ctoque mari Gallico, franciam deuenit, vbi à  
 Pipino Francorum Duce, comperta illius pro-  
 bitate, sanctaque intentione, vnà cum socijs  
 honorificè admodum est susceptus: & præ ce-  
 teris summa in veneratione vt patronus vni-  
 versarum, ab eodem habitus. Locum quoque à muni-  
 di strepitu & turbis remotum illi attribuit in  
 Petri Monte apud Ruremundam: in quo Ora-  
 torium in honorem Deiparæ virginis con-  
 stratum, & S. Petri Monasterium præclaro opere  
 constructum etiam nū visuntur. Vbi vir sanctus,  
 sese suosque consummata perfectionis exēpla  
 cunctis aduentatibus indefessis exhibuit. narr.

Deserit E.  
 piscopatum  
 & abit in  
 Franciam.

Est hic Pipi-  
 nus, primus  
 eius nomi-  
 nis: de cuius  
 præstantia  
 vide tom. 8.  
 C. Baron.

Is mons nūc  
 nuncupatur  
 S. Odilia  
 Mons.



nam que oculos voluptati, haud aures ludibrijs,  
 haud animum leuitati adhibuit: sed semper gra-  
 uitate quadam & morū honestate exiit venerā-  
 bilis. Christus illi in corde, Christus in ore; nec  
 alium præter Christum diligens, quotidie in ara  
 cordis sui illi se mactabat; vigilijs, precibus, ieiunij  
 sese macerās: pauper quidem rebus, sed me-  
 ritorum opibus locuples. Vndè pijsissimus Dux  
 Pipinus tanta eum reuerētia excoluit, vt tanquā  
 præfati animæ suæ vitæque Patrono, propter e-  
 ximiam eius sanctitatem, sua illi peccata cōfite-  
 ri solitus sit; nec erubuerit pro facienda confessi-  
 one detractis calceis eū adire: eiusque salutaribus  
 præceptis parere. Communibus quoque consul-  
 tationibus sapius voluit eum interesse; vt qui es-  
 set consilio maturus, nec facili eloquio: non ac-  
 cipiens personam, verū veritatem palam enū-  
 cians. Reperitur quoque interfuisse Synodo Tra-  
 iectenſi: cui præfuere SS. VVilibrordus & Suui-  
 bertus Antistites.

Eius virtutes & studia.

Quantus a-  
 pud Pipinū  
 fuerit.

Interfuit  
 Cōcil. Tra-  
 iectenſi.

Ceterum his atque alijs virtutū ornamentis in-  
 dies auctus, cum ad multam peruenisset senectū-  
 tem; ac tempus iam adesset quo Dominus militē  
 emeritum premijs afficere decreuerat: modica  
 febre correptus, felicem Christo tradit spiritum  
 æternum in cælis regnaturum. Sacrum verò cor-  
 pus eius primo intrā oratorium supradictū hu-  
 matum ac miraculis clarum, postea indè transla-  
 tum est Traiectum, ad Primariam Basilicam. Ec-  
 clesia siquidem Traiectenſis Nortmanorum per-  
 secutionem declinans, in memorato S. Petri, siue  
 vt nunc loquuntur, S. Odiliae monte aliquamdiu  
 reſedit: vndè & corpus sanctum ad se recepit, &  
 festum duplex eius celebrat Octauo Maij.

Felix obitus  
 eius.

Translatio  
 reliquiarū  
 eius.



C. Baron:  
annal 10:4.

VITA S. GREGORII NAZIANZENI  
Episcopi, Patri celeberrimi atq; doctissimi cogno-  
mento Theologi, ex ea quæ est per Gregorium Pres-  
byterum conscripta. Excessit è viuis anno à par-  
tu virgineo 389. Siricij Pontif. 5. Theodosij Imp.  
11. Aetatis verò suæ 65.

9. Maij.

Patria & pa-  
rentes eius.

**G**regorius qui propter excellentem rerum  
diuinarum cognitionem, cognomen  
à Theologia consecutus est, patriam habuit  
secundam Cappadocum prouinciam urbem Na-  
zianzum, quæ quidem per eum adeò nobilitata  
est, vt apud extremos etiam orbis terrarum finis  
clara atque illustris extiterit. Parentibus ortus  
est nobilibus, ac insigni iustitia præditis. Eius-  
dem pater eius Abrahæ cuiuspiam instar, pater  
na terra, idolis quæ relictis, ad egregium pietatis  
cultum migravit, excussa quæ Hypsitariorum  
nefaria superstitione atque impostura, sacris a-  
quis à Leontio episcopo Cæsareæ Cappadociæ  
expiatus, tanta virtute constantiaque perceptam  
Dei gratiam tutatus est, vt non multò post Nazi-  
anzenæ ecclesiæ gubernacula tractare meruerit.  
Mater autem quæ cum ipso lacte pietatem hauri-  
ferat, cum maculæ prolis cupiditate flagret,  
supplicibus precibus ab huiusmodi benedicti-  
auctore petebat, vt se voti compotem faceret,  
promittens se nasciturum filium Deo oblaturam.  
His precibus assiduo intentæ, per nocturnum vi-  
sum nascituri filij vultum nomenque cognouit  
qui tandem in lucem editus, egregiam naturæ  
dole exhibuit, prorsus vt ex moribus, quamquã  
puerilibus, & disciplina quã sectabatur, præla-  
rũ iam tũ futuræ sanctitatis specimen præberet.

Nascitur  
Gregorius.

Cum autem simul cum ætate incredibilis in

literarum amor cresceret, primùm Cæsaream profectus est, ubi cum præstantissimis quibusq; consuetudine habita, doctrinam haud exiguam collegit: inde in Palæstinam migravit, ut optimã dicendi facultatem addisceret. Hinc Alexandria quæ ad Pharum sita est, perrexit, ut multiplicem prudentiæ thesaurum ex varijs hominum moribus rebusq; colligeret. Qua in vrbe cum plurimum utilitatis percepisset, doctissimas illas Athenas inuisere cupiens, Aegæa vectus naui, Parthenio mari, alieno quanquam tempore atque ad nauigandum incommodo se commisit. Itaque coorta repente tempestate, summum vitæ periculum vectores subierunt, prorsus ut ventum in apertam naui perniciem conspirare viderentur. Ibi verò, cum alij omnes corporis mortem desiderent, Gregorius de animæ exitio atq; interfectione sollicitus, vestem lacerabat, tantisque clamoribus & querelis vectores omnes exercebat, ut nemo esset qui non omni sui ipsius cura abiecta, illius luctui sese sociũ adiungeret. Nondũ enim sacris aquis à primi parëtis delicto quod in omnes deriuatur, expiatus erat. Itaque ut præsens animæ periculum euaderet, post lacrymas & preces multiplices ardenti pietate fufas, voto se obstrinxit fore, si saluus euaderet, & ad regenerationis lauacrum perueniret, ut se perpetua seruitute Deo consecraret. Hoc votum protinus optata serenitas consecuta est, tantaque tranquillitas, ut ipse nõ modò Gregorius per insperatam ex tempestate salutem Dei misericordiam, sed & ij qui varijs multisq; erroribus tenebantur, vnus ac summi Dei potentiam intelligerent: seseq; pari cum Gregorio alacritate, ad Christi fidem cultumq; recipere.

Rr 3

recipe

*Discēdi causa, peregre proficiscitur.*

*Athenas nauigans, periclitatur naufragio.*

*Votum S. Gregorij*



Venit Athenas.

Postea verò quàm nobilem illam florentem-  
que Athenarum urbem attigit, fuit magno do-  
ctorum omnium gaudio propter ingenij præsti-  
tiam exceptus: quò etiam nõ multò post Basilis  
Magnus Byzantio appulit: cuius cõsuetudine ta-  
tim mirificè delectari cœpit, adeò vt mun-  
rum coniunctione & animorum concordia ni-  
hil copulatiùs videretur. Erant enim vna eadem-  
que fide collustrati, pariq; virtutis amore flagra-  
tes, incredibiles in omni virtute & sapientiã pro-  
gressus faciebant. Omnes namque artium disci-  
plinas præcipuas ita mente & cogitatione alle-  
cuti sunt, vt in omni eruditione apud libera-  
rum præstantissimos facilè primas tenerent. Phi-  
losophorumque opiniones, qui sese de iustitia  
magnitudine venditabant, egregiè labefacta-  
rent. Et quidem Basilis, postquam multos para-  
sangs Atheniensium philosophiam superavit,  
domum se recepit; Gregorius autem à candida-  
ta Atheniensium iuventute confectis, vt dicit So-  
let, manibus retentus, docendi prouinciam sub-  
ire, ac sophisticam ascendere cathedram coactus  
fuit. Verùm haud multo interiecto tempore ean-  
dem potestate in patriam remeandi obtinuit. Tri-  
cesimo iam anno in artium studijs foeliciter ex-  
acto, in patriam profectus est. Ac primum in  
no tinctus lauacro, legem sibi indixit ne inquam  
iuramento labia sua contaminaret, quam ad ex-  
tremum vitæ spiritum egregiè seruauit. Cum-  
que parentes illi auctores essent, atque vrgerent  
vehementer vt nominis celebritatem, acerrimam  
terrenarum splendorem amplitudinemq; sum-  
mo studio sectaretur, ipse promissionis iuramento

Gregorius docet Athenis.

Baptizatur & vover se nunquam iuraturum.

mor, statim se Deo consecrare aggressus est, ac mundi honore contempto, die nocteque veritatis splendorem ex familiari sacrorum librorum lectioe tota aviditate concupiuit. Et quidem hoc modo mente assidua in caelestibus versaretur, saepe in somnis Christum perspicere intuitus est, tanta enim animi sui voluptate, ut mundo plane mortuus, nihil praeter diuina, in mente ac cogitatione circumferret.

His alijsque pietatis studijs operibusque sanctis, cum iuuenilem aetatem exegisset, pater filium inuitum plane ac repugnatem ad sacri muneris functionem, presbyterijque dignitatem euexit; cumque praesulis etiam honore eum dignissimum iudicaret, Gregorius ut curas mentem humi deprimentes effugeret, in Pontum clam ad Basilium abiit, ubi mutua virtutis amulatione exstimulati, praecelaras monasticae vitae leges pijs & a mundi societate disunctis hominibus scripserunt. At verò pater & canitie & curis grauis, & filij Caesarij interitu mortuus & luctu profligatus, cum orbitatem & solitudinem suam agerrime ferret, eas ad Gregorium epistolas dedit, quibus a Ponto redire compulsus fuit. Cum autem Caesarius ingentem pecuniarum vim, & possessiones amplissimas (praeter alias enim dignitates quaestoris etiam officio functus fuerat) suis reliquisset, multi que execrabili quadam rapacitate, per fas & nefas, defuncti facultatibus inharent, easque spe magna deuorarent, Gregorius ut parentem senectute & morbo fractum (nonaginta namque vitae annos expleuerat) iudiciorum turba molestiaque leuaret, totam illam curarum molem suis humeris sustinere coactus est.

Eadem tempestate cum Ariana haeresis dira

Rr 4

con-

Videt Christum.

Fit Sacerdos.

Gregorius cum Basilio monasticos canones edit.



contagione per Ecclesiam grassaretur, multoq[ue] insigni eruditione viros à vera fide ac pietate abriperet; parentem etiam eius morum simplicitate deceptum, eandem in fraudem impulit. Ex cuius prolapsu vir sanctus quantum animi dolore hauserit, quantoq[ue] in mœreore versatus sit dici non potest. Ut autem nefariam hæresim extingueret, patremq[ue] in gratiam matris Ecclesie reduceret, assiduis orationibus & peruijs illi placare studuit, nec prius à pio labore studioque quieuit, quam exortas Ecclesie tenebras noua veritatis luce fugaret, & obscuratas fidelium mentes splendore orationis suæ collustraret. Itaque & patrem in viam reduxit, & distracta ac vulsa membra sinceræ fidei glutino conuulsa, & hæresim nefariam profligauit. Nec dubitauit sanctus hæreticæ prauitatis furori ac libidini constanter sese opponere, ipsumq[ue] caput Iulianum Imperatorem infamem apostatam, inuictus oratione proscindere, ipsiusq[ue] scelus occultamq[ue] impietatem in oculis & aspectu omnium proponere, palamq[ue] hortari omnes, ut subdolanam Iuliani doctrinam externa pietatis specie tectam, declinarent.

Porro Athenis adhuc agens cum Iuliano admodum adolescente, nec dum ad Imperium erecto, sed ludimagistris operam dante congregatus, fertur ex certis quibusdam animi indicijs, raro antè amicis significasse, Iulianum ad omne scelus procliuem, nefarium atque impium bellum Catholicæ veritati indicturum: magnoq[ue] in Ecclesia motus ac grauem persecutionem contataturum. Ac sceletæ us quidem ille, furor etiam biemq[ue] suam in Ecclesiam expromere non desistit: Gregorius verò totis viribus sese opponere, &

Arianã hæresim profligat.

Inuictus Gregorij in Iulianum.

Gregorius quid de Iuliano prædixerit.

Iuliani persequenti.

re, & coniurata hæreticorum arma, impetum quæ  
repellere non formidauit. Inierat aduersus hæ-  
reticos cum Basilio societatem belli fieri, vt cõ-  
iunctis viribus in hæreticorum præsidia arcesquæ  
irrumperent, & victas eorum scelere ac furo-  
re animas eriperent; totamque Ecclesiam mise-  
randa seruitute oppressam, in libertatem inte-  
gram vindicarer. Præstitit id ipsum vterque egre-  
giè, prorsus vt duo illi tanquam præcipua Eccle-  
siæ luminaria, in medijs tenebris relicta appare-  
rent; horrendam quæ caliginem, quæ multos in-  
dies inuoluebat, repellerent.

His rebus studijsque cum nocte dieque inten-  
ti essent. Cæsarensis ecclesiæ Antistes ad vitam  
meliolem migravit, cui Basilius successit; Gre-  
gorius verò ad Sasimorum regimen electus, va-  
rijs modis artibusque eum honorem subterfugere  
conatus est. Cum enim animi tranquillitatem  
in vita præcipuè sectaretur, quò totam mentem  
in diuinarum rerum contemplatione defigeret,  
nullo modo huiusmodi negocijs se implicare  
volebat, eaque non secus quam acerrimum quæ-  
dam philosophiæ hostem declinabat. Sed cù pa-  
ter pro sua auctoritate eum vt filium cogeret, &  
vt sacerdotem obsecraret, ne tam sacri sanctique  
muneris functionem animo adedò pertinaci reij-  
ceret, tandem paternis & precibus & auctoritate  
expugnatus manus dedit, & Nazianzenæ ecclesiæ  
curam suscepit; ita tamè vt defuncto patre, in cu-  
ius gratiam illud honoris pondus potissimum  
subibat, palàm testaretur se ad pristinum philo-  
sophiæ ac humilitatis studium redire velle. Ita-  
que vteroque parente fato perfuncto ex Ecclesia  
se proripuit, Seleuciamque profectus in virginico  
sanctissimæ Teclæ cœnobio commoratus est: vt

Gregorius  
cum Basilio  
profigat hæ-  
reticos.

S. Gregorius  
Sasimis da-  
tur Episco-  
pus.

Relicto epi-  
scopatu, abi-  
bit Seleuciam  
Gregorius.

Rr 5

vide-

videlicet eo absente, alius Naziancenæ urbi an-  
tistes præficeretur. At verò cum Nazianzum re-  
uersus, pastorem nullum subrogatum cerneret,  
tameñ plebs vniuersa multis lachrymis cum  
flectere niteretur, nulla tamen ratione adduci  
potuit, vt relicto arcanae sapientiæ studio, cum  
dignitatis gradum denuò conscenderet; quin po-  
tius veræ paupertatis ac simplicitatis amorem  
vni sibi vacabat, vt interim diuinæ gloriæ salu-  
tisque communis mirè studiosus, nocte dieque  
pro omnium vtilitate ac profectu sudaret. Ita  
que intermissam aliquamdiu Basilij consue-  
tudinem repetens, pium valde consilium, & apud  
inprimis charitate dignum in medium pro-  
tulit. Magnus erat calamitosorum hominum nu-  
merus, qui tetra lepræ contagione infecti, quos  
quidem horrorem, Basilio vero & Gregorio  
fericordiam commouebant. Quorum calami-  
ti vt consularent, ædes cum primis amplissimas  
& annuorum prouentuum diuites extruxerunt,  
quas pauperum gymnasia appellari volebant. In  
quibus Gregorius præclaram admodum operæ  
studiumque, Dei magnificentia & benignitate  
dignum collocabat.

Domus ho-  
spitalis &  
grorum &  
pauperum, à  
Gregorio &  
Basilio ex-  
tructa.

Hæresis Ma-  
cedoniano-  
rum.

Nec interim minori cura ac vigilantia labo-  
ranti Ecclesiæ opem ferebat: noua que subinde  
hæreses pullulantes, pietate & eruditione reprimi  
mebat. Erant nõ pauci ex pestifera Ariani doctri-  
na prognati, qui Filio æqualem quidem cum Pa-  
tre substantiam & gloriam concedebant, sed Spi-  
ritum sanctum blasphemis verbis imperebant,  
ad eò vt creaturam tantum esse affirmarent. Ho-  
rum blasphemias Gregorius vt extingueret, di-  
uino spiritu impulsus Byzantium abiit, atque  
ecclesiam planè oppressam, & grauissima hære-  
tico



corum impietate ferè extinctam, sacrasq̄e do-  
ctos spoliatas, & per vim occupatas breui recu-  
perauit: & splendore doctrinæ ac pietatis suæ,  
horrendam tenebrarum caliginem, quæ fidelium  
oculos mentesq̄e inuoluerat, dispulit, optatis-  
simamq̄e veritatis lucem restituit.

Nondum eam pestem integrè profligârat, cùm  
Apollinarius Syrus nouam quandam hæresim in  
lucem efferre conatus est: quæ astruebat Chri-  
stum carne tantum, anima verò rationis exper-  
te præditum fuisse. Ea opinio quanquam absur-  
da, multos tamen discipulos inuenit, quos au-  
ctor, quia profana eruditione exercebat, mul-  
tis verborum lenocinijs in fraudem induxerat.  
Rursus igitur difficili certamine cōstrictus Gre-  
gorius strenuè se opponerebat, & firmis solidis-  
que argumentis, falsas opiniones specie quadam  
veritatis subnixas, refutabat. Sed cùm ea vulgi  
captum excederent, lupi fide & auctoritate præ-  
ualescentes, pium pastorem in suspicionem men-  
dacij adducebant: & rudem plebem falsis sermo-  
nibus inflammabant, vt virum sanctum tanquam  
seditionis, & veritatis calumniatorem lapi-  
dibus obruerent: Verùm Deo militem suum &  
veritatis defensorem tegente, frustra in eum sa-  
xa coniecerunt. Tum verò correptum ipsum  
consulari iudici sistunt, vt de eo tanquam tumul-  
tuum & seditionis auctore supplicium statuatur.  
O stuporem admirandum; ò vim mendacij insi-  
goem, si Gregorius de his rebus dicendi liberta-  
tem obtinisset; sed cùm tot tantisque rerum a-  
cerbitatibus premeretur, nihil proloquutus est  
aliud quàm hoc vnū: Propter nomē tuū Christe,  
etiam si ambulauero in medio umbræ mortis nō  
time-

Hæresis A-  
pollinarius

Impetitur  
lapidibus  
Gregorius  
inde rapitur  
ad tribunal.

Psal. 23.



timebo mala, quoniam tu mecum es. Atque à  
dice sine verberibus & tormentis dimissus. Ma-  
tyr sine periculo vibicibusque laureatus est.

Huiusmodi porrò certaminibus clariorè  
perfunctus, iam apud omnes cum obditiore  
præstantiam, tum ob virtutem totque excelsioribus  
labores, illustris admodum censebatur. Quis  
factum est, ut Petrus vrbis Alexandrinæ Antistes, p-  
gregijq; illius Athanasij successor, à Gregor. Ma-  
gno Constantinopolitanæ ecclesiæ presbitero  
ei postulauerit: & inuitum pro Ecclesiæ fidei  
defensione, eum dignitatis gradum subire con-  
pulerit. Eodem tempore erat in ciuitate regia  
Maximus quidam genere Aegyptius, multis  
barbarus, & nouus quispiam Iamnes, philoso-  
phus, qui subdolum aduersus Gregorium  
aciem instruebat. Cùm enim filia p-  
tis specie Episcopum cepisset, ita ut eadem cum  
eo domo, eademq; mēsa vteretur, & apud omnes  
ea ratione haud vulgarem grauitatis pietatisque  
opinionem captasset, Byzantinæ Sedis dignitate  
æmulari cœpit. Et quia ad huiusmodi gradum  
auro imprimis opus esse nouerat, callida quâ  
circumuectione presbyterum quendam inuenerat,  
ut ingentem pecuniæ summam, quam in  
moreas tabulas coemendas Byzantium m-  
erat, sibi traderet. Is autem cum nimia ingenti-  
uitate Maximo fidem adhiberet, eam trans-  
quam protinùs alij quidam, sceleris sui admi-  
culum Alexandriam destinârunt, summa  
contentione Petri animum expugnantes, ut Ma-  
ximum summæ auctoritatis & sanctitatis  
ipsi quidem asseriebant) virum Byzantinæ  
Antistitem crearet. Hæc cum summa celeritate  
clanculum agerentur, Petrum eò impulerunt

Præficitur  
ecclesiæ Cō-  
stantinopo-  
litanz.

2. Tim. 3.

Petri Alex-  
drini tomo,  
vltimo.

Alteraru  
virutis  
maximū  
ipam dec  
ibem (par  
sibi sunt, v  
ci perdit  
bitionem,  
etiam Greg  
rana beneu  
dominem o  
Græcorum  
& Hercul  
ta religio  
no petierat  
tini impiet  
stantes, cul  
rons, adeo  
nis medica  
nim, diceb  
quod malit  
lius Dei sit,  
Ius penetra  
uentus per  
munere ho  
minem pat  
tus fuerim  
cordia ei a  
supersticio  
se transfer  
non debet  
nemini fo  
multitudin  
sibi beneu  
Interca

alterarum quas ad Gregorium antea dederat, virtutis eius nominisque splendoris oblitus, Maximum eiecit Gregorio Byzantinum Episcopum declarauerit. Verum huius rei fama per orbem sparsa, tanti repente animorum motus facti sunt, ut plebs vniuersa amici iuxta & inimici perditam illam profligatamque; Maximi ambitionem, non modò execrati fuerint, sed ipsi etiam Gregorio vehementer succenserint, quòd tanta beneuolentia & familiaritate nefarium hominem complexus fuisset. Fuerat enim antea Græcorum superstitione còtaminatus Maximus & Herculem deum coluerat: actandem simulata religionis specie, baptismi gratiam à Gregorio petierat, obtinueratque. Itaque fideles Byzantini impietatem illam tanta fraude relictam detestantes, culpam in ipsum Gregorium transtulerunt, adeò ut exulceratos plebis animos, orationis medicamento lenire coactus fuerit: Non enim, dicebat, ò viri, idèd culpæ obnoxius sum, quòd malitiam non præsenferim, cùm hoc solus Dei sit, qui intimos animorum recessus solus penetrare potest: Nos enim futuros rerum euentus perspectos habere non possimus, nisi Dei munere hoc nobis concessum fuerit. Itaque si hominem paterno affectu ac beneuolentia complexus fuero, si ex legis præscripto viscera misericordie ei aperuerim, qui à nefaria Græcorum superstitione ad sanctissimæ religionis cultum transferre volebat, certè crimini mihi dari non debet, præsertim cum ex Christi mandato nemini fores præcludendæ sint. Hac oratione multitudinis iracundiam repressit, maioremque sibi beneuolentiam conciliauit.

Interea Maximus cùm in legibus sanctionibusque

Maximi  
fraus & impietas.

Gregorij ad  
Constantinopolitanos oratio.



busq; Ecclesiasticis nihil, quo te tueretur haberet, imperatorio edicto sacerdoti sibi vdicare cogitabat. vt qui non sacerdotem, sed tyrannum agere decreuisset. Itaque Aegyptiorum praesulū agmine stipatus, Theodosium qui tunc Thessalonicae erat adiit, regiaq; vrbis episcopatum ab eo petijt. Verum Imperator postulatū nō modo reiecit, sed ira etiā minisq; vehemētib; hominem insectatus est. Hac igitur spe deiectus Maximus, Alexandriā profectus est, cumq; iisdem rebus praecipuos ferē Petri familiares auropellēxisset, ipsum quoq; pari improbitate aggressus est, dicens: Aut mihi principis ciuitatis episcopatum asserere, aut à tuo non abstinēbo. Ex quōdē in perspicuum malum audax hominis factus decessisset, nisi Alexandriæ Praefectus seditionis metu, Maximū vrbe exturbasset. Atq; ille quōdē praemia temeritate digna tulit; Gregorius autē cum depulsis periculis, optatam rebus quietem restituisset, reditum in patriā meditabatur. vr laborū multitudinē & curis fractus, quod reliquū erat vitē, totum in cēlestium rerum meditatione exigeret. Sed plebs cognito pastoris sui discessu, concordī fletu orbitem suam deplorans, discendī cupiditatem repressit; propositisq; periculis, quē sanctissimē religioni ipsi discessu imminere dicebat, ab ea mente virū sanctū reuocauit.

Insignis hominis ambitiosi, impudentia.

Veri Pastoris studium.

Itaque vir Dei tantae multitudinis salutem priuatis commodis praeponeus, iterum Ecclesiarum excolere coepit, tanta vigilantia animosq; solertia, vt omnibus impietatis spinis euulsis, & pestiferis haereticorum doctrinis praestigatis, solū orthodoxae fidei lumen clarissime fulgeret. Nec mirum sanē, quippē qui dogmatum stabilitate ac Theologia adeo exercebat, vt quāuis per-

eretur habe  
 sibi vdicare  
 d tyrannum  
 um pralū  
 ne Theolo  
 patum ab eo  
 m nos modo  
 eribus homi  
 iectus Miri  
 isdem reci  
 auro pelle  
 te aggressus  
 is epulopo  
 Et quide in  
 facinus des  
 omis orati  
 is ille quā  
 orius autem  
 us quaten  
 abatur. ut lo  
 uod reliquū  
 meditatione  
 sui discedū  
 orans. dū  
 is; pertra  
 Ce flu immi  
 reuocant.  
 nis saltem  
 am Ecclesie  
 ria animiq  
 s. euulsis. &  
 stigatis. lo  
 nē fulgeret.  
 cum publi  
 r. ut quāis  
 per.

multi viri doctrinæ laude celebres, varijs se  
 cū diuinitatis doctrinam explicârunt, hic ta  
 m solus post Iohannem Euangelistam Theo  
 logi nomine insignitus sit, atque hoc cognomen  
 ipsi velut proprium & peculiare attributū.  
 Inimuerò quemadmodum alias omnes laudes  
 atque virtutes animi complexu tenebat, ità nè à  
 Prophetiæ quidem gratia deferebatur. tam verò  
 quot publicos conuentus suis orationibus exhi  
 larant quot hominum iracundias mitigârit, quis  
 commemorare valeat? Ipse verò si qua ab alijs  
 iniuria lacesitus fuisset, eam vltionem instanter  
 exoptabat, non vt graui aliqua pœna eos multa  
 ret, sed vt delicta agnoscerent, Dominiq̃ue pedi  
 bus aduoluti impietatem proderent, & salutem  
 denique consequerentur. Itaq; qui eum oderant,  
 beneficijs afflictebat, & in viam redeuntes incre  
 dibili benevolentia ac charitate amplectebatur,  
 & non secus ac præstantissimus medicus, ægro  
 rantium habitudinem explorans, congruentem  
 cuiusq; morbo medicinam adhibebat: præclare  
 prudenterq; secum statuens nō omnibus omnia  
 conuenire. Hinc non modò vulgus, sed ipse etiã  
 Imp. Theodosius illū venerari, & sine fine admi  
 rari non destitit. Et quidem cū bello cum Ori  
 entalibus Barbaris ex animi sententia gesto, trium  
 phus elatus ad imperatoriam urbem reuertere  
 tur, Pontificem Gregorium pro eo ac laboribus  
 illius dignum erat, honorificè accepit, prolixio  
 riq; alloquio suam erga eum benevolentiam de  
 clarans, postremò hæc ad eū verba habuit: O Pa  
 ter, Deus tibi tuisq; sudoribus per me Ecclesiam  
 committit. En igitur sacram ædem, & thronū ti  
 bi trado. Ea re mirificè gauisus Gregorius, votis  
 precibusq; Imperator em remunerans, pedē aula

EXTRA

Theologus  
 dictus Gre  
 gorius, solus  
 post Iohan  
 nem Euan  
 gelistam.

Eius prudē  
 tia in mode  
 rādis subdi  
 tis.

Theodosij  
 Imperatoris  
 erga eū be  
 neuolentia.



Ariani mor-  
tē intendant  
Gregorio.

exulit; Ariani autem, qui ad hoc usque tempus  
sacrosanctam domum tenuerant, sicut iorum ma-  
nu comparata, cum Imperatore quidem preci-  
bus cum Gregorio verò armis contendere de-  
ceperunt. Itaque cum publicè armis instruiti, rari-  
privatim subornato quodam qui ad Ponticem  
accederet, eiusque pectus ense traiceret, omni-  
bus modis mortem intentabant. Atque hoc qui-  
dem erat hostium conspiratio.

Postero autem die, cum prima luce popululus  
cum pastore ad sacram aedem recipendam per-  
geret, non minùs grauis quàm si ciuitas hostium  
impetu expugnaretur, tumultus excitatus est  
plerisque hominibus in vicis tectisque non  
omnis stantibus, mulieribusque & pueris gurgitibus  
eiulatum permixtum edentibus, ipse quoque  
Imperator templum unà cum beato Gregorio  
gressus est. Vt autem multa in rebus humanis  
sueuenire solent, nubibus Solis obiectis, sub  
luculum subeuntibus, tenebræ repente coortæ  
sunt. Quæ res, ut à festo atque huiusmodi lætitia  
aliena Arianos non parua lætitia afflicti, per  
indè ac si Deus templi translationem miris gra-  
tiam haberet, pias contra animas, intolerabili  
lore cruciabat. Verùm simul atque Episcopus  
Imperator sacras valvas ingressi sunt, atque  
vnes vnã eandemque laudationis vocem susci-  
pientes, manusque cum lachrymis extenderent,  
confestim Dei providentia subducta nube, ful-  
gentes Solis radij sacrosanctam domum splen-  
dore perfuderunt, aëteque collustrato, hominum  
animi in œtorem in lætitiã commutati, pro-  
cipemque oblectare atque obtestari ceperunt.  
At Gregorius cum ab illa sede abhorretet, nec praesens

continētia & corporis infirmitate vocem in tantum hominum numero mittere posset, per quem istam his verbis multitudinem affatur: O filij, nunc tempus est, ut beneficium à Trinitate acceptum agnoscamus, gratiasq; ipsi agamus. De throno aliās agemus. Hæc audiens populus contumeliosè Imperator verò hominis modestiam ad stuporem vsque admiratus, magis magisque eius consuetudine delectari, ac parentis loco eum colere cœpit. Verùm Gregorius Deo quàm Imperatori operam dare multo præclarius existimans, frequenter ex vrbe in agros secedebat, ubi precationibus & cōtemplationibus animum exterminarum rerum curis oppressum recreabat, & agrotis etiā recreandis inuisendisq; sedulo incumbebat.

Tandem amplissimæ ecclesiæ Præsul institutus, & nolens volens in Archiepiscopali Sede collocatus, ita inter opes versatus est, ut conscientie potius, quàm rationum referendarum curam haberet. Ex omnibus verò ecclesiæ bonis ne vnica quidem drachma facultates suas auxit; cū tamen maximam talentorum copiam, si ita ipsius voluntas tulisset, colligere potuisset. Adeo namque diuinis rebus tota mente intentus erat, ut cauponum veriùs, quàm Ecclesiasticorum esse diceret, temporalium rerum administrationi incumbere.

Tandem assiduis laboribus & senio, corporis que imbecillitate fractus in morbum incidit; cumq; inualitudine oppressus lecto se committere cogereetur, protinùs ingens populi concursus ad eum factus est, qui pro impensis in salutem omnium laboribus, gratias agebat. Inter alios verò aderat tum forte adolescens quidam, qui

§f

mani-

S. Gregorius  
creatur Archiep.  
Constantinopolit.

Mira eius  
inter tantos  
opes continentia.

Incidit in  
ægritudinē.



manibus suis beati viri pedes comprimens, cum  
lachrymis & lamentationibus sceleris veniam  
supplex postulabat. Gregorio autem sciscitante  
quid sibi hoc sermone vellet, nihil respondit  
bat, sed tantum iugebat & veniam petebat. Tum  
quidam ex ijs qui astabant, ita locutus est: Hoc est  
ille carnifex tuus o Pater, qui à nonnullis labor-  
natus ferrum tibi in precordia defixurus erat, ni-  
si Christus perspicuè tibi auxilio fuisset. Proinde  
nunc ad pedes tibi procumbens clamat, sulce-  
pti sceleris poenitudine affectus. Confestim ille  
vt Patrem æquum erat, adolescentem ita allo-  
quitur: Propitius tibi Christus sic iuuenis charis-  
sime, tibi que ipse ignoscat, qui me quoque ser-  
uauit: Hoc solum ad facinoris exculationem &  
purgationum abs te peto, vt hæresim execra-  
que ad Deum accedas, ipsique sinceram & ve-  
ritariam seruitutem offeras. Hoc tam lenerepro-  
sum cum ad plebem permanasset, miro admi-  
ratione omnia animos in Patrem tam benignum excita-  
uit.

Facile igno-  
scit sicario,  
qui nec in  
illi molitus  
erat.

Synodus Cō-  
stantinopo-  
litana.

Sub id tempus Synodus centum & quinquaginta episcoporum coacta est, tum vt per Nicæ-  
sulem regie ciuitati præficerent, tum vt hæreses  
(quæ interim, dum Ariani rerum potentiam  
exorta fuerant) oecumenici Concilij decreto  
Ecclesia eijceret. Enim uerò quæ ad hæreses per-  
stigandas pertinebāt multò antè Gregorius præ-  
struxerat, atque in ipsa etiam Synodo pari animi  
conferentione cū alijs, vt insidiosas bestias ab eccle-  
sia ouili arceret, decertauit. In ea uerò Synodo  
Gregorius Concilij decreto in Archiepiscopo  
tu confirmatus est. Et quanquàm animi uerò ad  
dignitate planè alienum haberet, gregis tamen  
a more illo honoris titulo se decorari passus est.  
Sed paulò post, cū Meletius Antiochensium pa-  
triarca



vir fidei probitate insignis, & qui florentibus Arianorum rebus, multis calamitatibus exultis, diuturno exilio multatus fuerat, extremo vitæ die Constantinopoli perfunctus esset, de throno contentio inter Episcopos excitata est: Alijs quæ suffragijs statuta fuerat, rati habebantur, alijs verò quæ iam decreta fuerat rescidentibus. Tum vir beatus omnibus Episcopis in unum coactis, cunctos ad concordiam hortatus est; seque non inuitum eum honoris ac dignitatis locum relicturum testatus est, inter alia illud Propheta vsurpans: Si propter me commota est ista tempestas, deijcite me in mare, vt vos iactari desinat. Tandem post multa, discedendi potestate obtenta, in Cappadociam perrexit, cum clerum ac præstantissimum quemque ex populari multitudine aduocasset, eosque ad fidei depositum seruandum admonuisset, maximo sui desiderio omnibus relicto, Ariarum profectus est, quem locum ex paterna hæreditate ad se deuolutum possidebat. Ibi verò postquam nonnihil temporis quietus egisset, vitam quæ philosophiæ opera purgasset, in extrema tandem senectute, caducam hanc vitam cum meliori & præstantiori rerum statu, cuius hinc pertinet etiam species vix reperiri queant, permutauit. Eius verò veneranda effigies Romæ in Græco codice Vaticano ita descripta inuenitur: Statura mediocri erat; pallidus aliquantulum non tamè citra venustatem; depresso naso, supercilijs in reatum protensis, aspectu blando & suauis; altero oculo, nempe dextero, subtristis; quem cicatrix quædam contrahebat; barba non promissa, sed densa, eaque in extremo quasi fumo infuscata; qua parte caluus non erat (nam subcaluus

Sf 2

erat)

Contentio de sede (S. Constantinopoli) litana,

102.2

S. viri obit.

C. Bar. rom. 4. Annal.

Gregorij effigies,



erat) albos crines habebat, atque conspicuos.   
 nimam quidem Christus, scripta possidet Ecce-   
 sia; corpus vero Roma tandem accipiens, ro-   
 lissimo condidit tumulo in Basilica vaticana. De   
 quo vide notas Baronij ad ii. diem Junij

C. Baron. to.   
 4. Annal. &   
 in not. mar.   
 Romae

MARTYRIUM S. GORDIANI CL. A.

risimii viri Vicarij vrbs Roma, ex eo quod   
 Surium extat. Passus est tempore Iuliani ap-   
 Imp. Circa annum 362. Rom. Ecclesia pr. glori-   
 te Liberio,

10. Maij.

**T**emporibus Iuliani, cum Christiane po-   
 tatis fideique cultores, a iudicibus vrbs   
 que praefectis, ad varios cruciatumque   
 ciaque raperentur, inter alios beatus Iuan-   
 veneranda senecta & presbyterij honore   
 spicius, a Gordiano in vincula coniectus   
 Qui cum sanctum Presbyterum inter quatuor-   
 nem ad deorum sacrificia nefandamque   
 stitionem impellere niteretur, o, inquit, Iuan-   
 rius, si scires, toto corde ad Christum Salu-   
 rem verum conuertereris, & post tantas vrbs   
 tempestates, vel sero tandem animae tuae   
 procurares. Gordianus cum surda aure   
 di viri admonitionem pertransiret, notum   
 custodia eum ad se accersens, voluit se eius   
 nibus oblectare. At Ianuarius qui viri clarissimi   
 & si ingenium spectares, minimè mali, carita-   
 tem miserabatur: Fili, dicebat, noli vanis &   
 tilibus sermonibus tempus terere, sed potius   
 considera impietatem tuam, qua in cruci-   
 dis Sanctorum corporibus, nefarie te   
 contaminasti. Agnosce, quaso, scelus tuum   
 atque ad fontem salutarem propera, ne post   
 ta

Ianuarius   
 presbyter,

Ianuarius ad-   
 monitio ad   
 Gordianum.

...que huius vitæ miserias, sempiterna te tor-  
menta inuoluant.

His auditis Gordianus; Quid, inquit, si dictis  
audiens fuero, nunquid tu mihi facinorum  
peccatorum omnium, suppliciorumque veniã pro-  
mittis? Etmò verò, inquit presbyter, non modò ve-  
niam, sed insolitum quendam iustitiæ splendo-  
rem tibi polliceor; qui tanto te gaudio per-  
frondes, ut faciliè cognoscas nullã vitam esse, vna  
Christianorum præstantiorem. Hæc audiens Gor-  
dianus, protinùs ita animo commotus est, ut in-  
genti lachrymarum vi ex oculis profluente, ad v-  
xorem Marinã nomine, se reciperet, ei que Ianua-  
rii monita panderet. Eadẽ itaq; noctis hora, vxor  
arripa manu viri sui, ad Ianuarium abiit, se que  
vna cum marito ad pedes viri sancti abiecit, orãs  
atque obsecrans, ut salutaris lauacro vtrumque  
expiare dignaretur. At Ianuarius: Videte, inquit,  
num toto corde credatis, & eam quam decet  
conscientiæ puritatem circumferatis. Scio enim  
quam arcte hominem constringant, quã-  
que potenter vinciat huius mundi honores, qui-  
bus vos Imperator affecit maximis. Marina cum  
hæc proponentem audiret presbyterum, conti-  
nuò eum in suum cubiculum adduxit, & Iouis si-  
mulacrum, tripodemque ei ostendit, ut eadem  
ad vsus quoscunque vellet destinaret. Sanctus au-  
tem accenso confestim igne ea conflavit, & in  
cloacam proiecit, & ingenti cum gaudio Gordi-  
anum virum clarissimũ cum vxore Marina, &  
promiscui sexus familia ad tres & quinquagin-  
ta lacris aquis expiauit.

Eodem tempore post dies quatuordecim, Iu-  
lianus missus ad Gordianum Clementiano tribu-  
no, scire voluit num Ianuarius ad deorum cultũ

Sl 3                      animum

Gordianus  
cum vxore  
& 53. e fami-  
lia sua bas-  
ptizatur.



animum appulisset; cumque Tribunus familia  
 ri colloquio multa de viri sanctissimi constantia  
 quæreret, Gordianus, ô Clementiane, inquit, pro-  
 fectò si veritatis lumen admittere, & Christum  
 verum æternumque Deum cognoscere velles,  
 spretis hominum minis terroribusque semper-  
 nam vitam cum ineffabili gaudio contem-  
 plaris. quam ego mihi paratam intueor. Nam ad  
 Presbyterum Ianuarium quod attinet, tantum  
 abest ut ego eum supplicio afficiam, quin potius  
 magno me honore affectum putarem, si vel pe-  
 des eius humi prostratus exosculari merear. His  
 auditis Clementianus, concito gradu ad regem  
 properavit: multisque clamoribus cum eum  
 excitatis, Ianuarium presbyterum sæpius ma-  
 gum appellavit, quod magicis artibus Gorda-  
 num eiusque conjugem cum tota denique fa-  
 milia dementasset: & deos in massam reductis  
 conflatosque, intolerandis contumelijs affec-  
 set. Tum verò Iulianus iracundia inflammatus,  
 Gordianum catenis vinctum in custodiam dedit  
 uxorem verò perpetuæ rusticorum servituti in  
 pago quodam quem ad aquas Sylvias vocant, im-  
 cipari iussit. Clementianus autem à Iuliano  
 in Gordiani dignitatem subrogatus, prælo-  
 testate virum clarissimum sanctissimumque mul-  
 tis iniurijs onerare, & mortem acriter minari  
 coepit, nisi proiecta deorum sacrificia repe-  
 teret, solitumque ijs honorem deferret. Tan-  
 dem cum præcisè constanterque nefarium dæ-  
 moniorum cultum execraretur, plumbaris ce-  
 fus capite plexus est: & corpus canibus, ut ad ip-  
 sū deoraretur obiectum. Sed illi tyranno pro  
 humaniores, lugubri admodum ululatu mortis  
 sanctissimi viri persecuti sunt, illudque ac in-  
 cur-

Caditur ca-  
 pite S. Gor-  
 dianus.

erfu ferarum tam tu carati. donec è familia v-  
s. fida Christianorum manu adiutus, sancti  
martyris corpus in Cryptam, in via Latina vno  
virbe milliario intulit; vbi iampridem san. S. Epimach  
us Epimachus, insigni virtute ac pietate vir se-  
pultus fuerat. Quo in loco memoria eorum  
multis virtutibus ac miraculis clara, in hodie-  
rum vique diem celebratur.

VITA S. IOB PROPHETAE. PER D.  
Isidorum Episcopum Hispalensem scripta.

C. Baron. fa  
nor mart.  
Roma:

Iob filius Zare de Bosra, Rex Idumæorum  
quartus, post Esau successor Bale filij Beor,  
homo gétilis, fidelis, stabilis, humilitate sum-  
mus, hospitalitate præcipuus, in disciplina man-  
suetus in eleemosynis largus diues in censu, ex-  
plum factus egenis, locuples in liberis.

10. Maij.  
S. Iob rex Ia-  
dumæorum.

Quibus repente orbarus tentationi traditur,  
sed contra tentationem fide religionis armatus,  
sic gloriosus in certamine, æquanimis in dolore;  
damna rerum pertulit funera pignorum doluit,  
corpori que vulnera patienter excepit, & inter  
supplicia semper Deum glorificauit, mala sua  
sapienter sustinuit, coniugis verba & am-  
corum rationes superauit. Pro tanta virtute sapi-  
entiz, duplici in fine subleuatur remuneratio-  
ne, & post rerum casum multiplici claritate  
donorum. Nam post noctis tristitiam, diem ge-  
noit. Post sce:orem vlcerum, cassiæ odore fra-  
grauit, sed & post abiectiorem eorum, in uictio-  
nem regni promeruit, & sibi um in acce-  
ptum laudis assumpsit. Vixit autem post pla-  
gam centum septuaginta & octo annis & mor-  
tuis est, atque sepultus in regione sua. Hunc ve-  
ro Hebræi asserunt non fuisse de genere Esau,  
sed

virtutes  
eius.



sed de Nachor fratris Abraham descendisse stirpe. & fuisse eum temporibus Patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe Iob creditur generatus, secundum quod in exordio voluminis eius notatur, inquiens: Vir erat in terra Hus nomine Iob.

MARTYRIVM B. ANTHIMI PRESBYTERI, SIFINIY Diaconi, & aliorum: ex his quae apud Surium extant. Passi sunt anno Domini 302. qui fuit persecutionis primus.

C. Baro. to. 2. Annal.

11. Maij.

Pinianus Asiae proconsul.

Charemon a daemone arreptus exspirat.

**P**inianus ducta in uxorem Lucina egregia nobilitate matrona, cum acceptis a Diocletiano & Maximiano Augustis codicillis, Asiae proconsul declaratus esset, utrumque Imperatoribus obsequium exhiberet, acerrima persecutione Christianos exagrabat. Habebat autem a consilij Charemonem quendam, hominem mente sacrilega & valde peruerum, qui cum multifarijs tormentorum generibus Christianos interimeret, a malo daemone arreptus, & per multa horarum spatia miserissime veratus tandem Sanctos quos interfecerat inuocans, exspirauit. Quo viso, Pinianus nimio terrore correptus in morbum incidit, qui nulla medicorum arte curari poterat. Cernens autem Lucina non aliam huius morbi causam esse, quam quod Christianorum caedibus pollutus, adicum in se inimico patefecisset, magno studio Christi Confessores perquisiuit, eosque clam a vinculis libertos ad se adduci curauit. In ijs Anthimus erat, presbyterij honore insignis, & Sifinnius diaconus, alijque religione praestantes, Maximus, Bassus, Fabius, Diocletius & Florentius; quibus Lucina opes amplissimas, & liberam abscedendi facultatem

tem proposuit, si maritum ab ea qua tenebatur  
 egitudine, liberare possent. Ad qua Anthimus:  
 loquit, maritū tuū saluū & incolū ē vis, hor-  
 re eū vt relicto dæmoniorū cultu, Christiana  
 sacra pura mente amplectatur, & dicto citius o-  
 perata salute gaudebit. Illa, his auditis, mox ad Pi-  
 nianū ingressa, quæ ab Anthimo acceperat expo-  
 sitionemq; vt Christianis sacris se iniciari pate-  
 retur, sedulo admonuit. Ille verò cū se à medicis  
 delirantē, nullamq; salutis spē relicta cerneret:  
 Profecto, inq; valde illū desipere oportet, q non  
 credit eū verū esse Deū, qui desperatā salutē red-  
 dere, & hoēs è mortis faucibus eripere potest.

Lucina itaque egressa, protinūs Anchimum &  
 Silvanium introduxit, eosque honorifica sede ac  
 loco excipere voluit. At Anthimus: Non, in-  
 quit, huc sedēdi causa ingressi sumus, sed vt Chri-  
 stianæ fidei dogmata semianimi Piniano propo-  
 namus, quibus si acquiescere velit, optatam salu-  
 tem consequi poterit. Ad quæ Pinianus cū au-  
 res animūque erigeret, & se promptum para-  
 tumque ad Christiana sacra suscipienda esse di-  
 ceret, Anthimus sine mora luculenter sanctissi-  
 mæ Trinitatis mysterium, & ortum lapsumque  
 humani generis exposuit. Postremò cū ardenti  
 pietate de redemptione & Christi supplicij dis-  
 serere inciperet, Pinianus sublatis in cælum ma-  
 nibus, & corde & ore Christum confiteri, Chri-  
 stum adorare, & supplex scelerum suorum ve-  
 niam postulare. Qua confessione Anthimus &  
 Silvanus vehementer gauisi, humiq; prostrati,  
 vniūmter precib' incubuere. Et ecce illis oran-  
 tibus, subito ingens fulgor emicuit, totūq; illū  
 locum mirificè illustrauit, simulq; Pinianus pri-  
 uam salutem consecutus est.

Anthimus  
 Piniano sū-  
 mam doctri-  
 nā Christianā  
 exponit,

Pinianus  
 credit.

Sf 5

Tum



**Baptizatur.****Humilitas  
eius in Chri-  
stianos.****Sisinnius,  
Diocletius,  
& Florentius  
lapidibus  
interficiun-  
tur.**

Tum verò in Christi benignitate incredibili gaudio exultans, Maximus, Bassus, Diocletianus & Florentium è carcere ad se vocavit, quibus cum septem diebus in precibus perstitit: & clariore Dei cognitione imbutus, sacris aquis cum coniuge totaque familia expiatus est. In reà ut percepti beneficii memorem animum declararet, nequaquam functionem proconsulis abiicit sed anno integro in eadem perseverans, Christianos à metallis & ergastulis domo sua exceptos, benignè habebat, pedes lauabat, manus exosculabatur, & suppeditato sumptu, rebusque necessarijs ad propria dimittebat. Ea quia numerus magis indies magisque crescebat, prædialia sua, & vicinam provinciam, ubi amplissimas apud Auxium oppidum possessiones habebat, eis distribuit.

Postquàm verò annis admodùm tribus Sisinnius, Diocletius, & Florentius, cum alijs permulti vno in loco Deo pariter vacantes condisset, & sine vlla molestia debitam Christo servitutem impendissent, tali modo ad martyrii palmam pervenisse dicuntur. Erat ibi conventus hominum quorundam qui impuris sacrificijs semel quolibet triennio à dæmonibus responsa postulabat. Cum ergò statuto tempore spatio evoluto, solitas impietates offerendis sacrificijs exercerent, negarunt dæmones se consueta oracula dare posse, nisi Sisinnius, Diocletius, & Florentius sacrificarent. itaque sacrilegi violenta manu sanctos ad simulacra pertrahentes, cum nullo modo ad celeris cõsensionem eos inducere possent, lapidibus in ipso monte obruerunt: ubi post discessum malignæ plebis, Christiani debito sepulturae honore reliquias eorùm prosequuntur.

Porro

Porro An-  
ta Salaria  
ita autem v-  
qui erat eor-  
arreptus fu-  
dio cedere  
fuisse, is sic  
& in obvio  
rit, dixitq;  
flavinctus  
ad hominu-  
cito. Ad har-  
sit, quem A-  
domiciliu-  
duo vacan-  
rore, sed q-  
superstitio-  
xit. Nec ill-  
virtute atq;  
sto dederu-  
carum, secu-  
tenti conse-  
At verò  
religione  
Priscum C-  
Anchimo  
eo suppli-  
cõfessionem  
pliciaque  
ingenti sa-  
lus autem  
ciendum  
tionis eum  
eum salu-  
tam adm-



Porro Anthimus Presbyter nõ longè ab vrbe,  
 in Salaria apud prædia Piniani latitabat. Acci-  
 dit autem vt rusticis Syluano sacrificantibus is  
 qui erat eorum sacrificiorum auctor, à diabolo  
 arreptus fureret, omnesque ipsi occurrètes gla-  
 dio cæderet. Ea res cùm ad Anthimum perlata  
 fuisset, is fidei clypeo armatus, homini furioso,  
 & in obuios quosque crudeliter sæuienti occur-  
 rit, dixitq; : In nomine Domini mei Iesu Christi,  
 Ista vinculis catenis spiritalibus, gladiumq; quem  
 ad hominum faciendas cædes corripuisti, abij-  
 cito. Ad hanc vocem protinùs ille fixus perman-  
 sit, quem Anthimus manu arreptum, ad suum  
 domicilium perduxit; & precibus ac ieiunijs tri-  
 duo vacans, non modo hominem à mentis fu-  
 rore, sed quod multo præclarior fuit, à nefaria  
 superstitione liberauit. & ad Christum adiun-  
 xit. Nec ille tantum, sed multi insuper alij eius  
 virtute atque exemplo prouocati, nomina Chri-  
 sto dederunt: ad eò vt locum illum Syluano di-  
 catum, securibus exciderent, & Deo omnipo-  
 tenti consecrarent.

At verò alij nonnulli pestifera simulacrorum  
 religione dementati, eaque re grauitè offensi,  
 Priscum Consularem adduxerunt, vt euerfa ab  
 Anthimo simulacra restitueret, & debitum de  
 eo supplicium sumeret. Sed cùm is in Christi  
 cõfessione immobilis permaneret, & minas, sup-  
 pliciaque contemneret, ligato ad collum eius  
 ingenti saxo, in Tyberim præcipitatus est. Ange-  
 lus autem Domini qui clara luce se illi conspi-  
 ciendum præbuit, ruptis vinculis in locum ora-  
 tionis eum restituit. Altera igitur luce, cùm Gentiles  
 eum saluũ & ad populũ cõcionantem viderent,  
 tam admirãdo spectaculo attoniti, ad genua eius  
 sese

Anthimus  
 hominẽ fu-  
 riosum li-  
 berat, & ad  
 Christũ ad-  
 ducit.

Anthimus  
 in Tyberim  
 iactatur, &  
 ab Angelo  
 educatur.

642 MART. B. ANTHIMI, SISINI, &c.  
sefe abiecerunt, & poenitudine ducti impietatem execrati sunt. His auditis Priscus Anchinum sibi fisti iussit, quem cum vinculis & minis & terroribus frustra superare conatus fuisset, neq; vlla posset ratione permouere vt idolis immolaret, capitis eum sententia damnauit.

**Anthimus capite truncatur.**

Eo autem vita functo, & honorifice à Christianis in oratorio ipsius sepulto, Maximus, qui Anthimo perquam familiaris fuerat, venerari coeptus est; qui paulò post ab eodem Prisco in vincula missus, & fustibus grauius caesus, eandem martyrij palmam cum Anthimo percepit. Eo igitur etiam ablato, Bassus eodem in loco per cultos Christianorum animos egregia oratione confirmabat, hortabaturque vt in Sanctorum passionibus lætarentur, potius quam lugerent.

**Maximus fustibus verberatur, inde gladio feritur.**

Accidit inde vt multi ad mercatum (qui tum in loco, quem Forum nouum appellabant, habebatur) confluerent, & Baccho sacrificarent, cumque Bassum ad eadem sacrificia impellerent, & à constanter ac præcisè negaret, eosque excoercentem impietatis argueret, & flatu oris sui simulacra euerteret, illi in furorem versi, impetu fædo calcibus, pugnis & fustibus eum ceciderunt, donec spiritum exhalaret, Fabium verò tradiderunt Prisco, à quo diuturna maceratus custodia omnino respueret sacrificia dæmoniorum, capite plexus est. Atque ita omnes isti, Anthimus, Maximus, Bassus, & Fabius, illis locis caesi sunt, in quibus orare consueuerant via Salaria. Perb

**Cædes Bassi.**

**Item Fabij.**

Sisinnius, Diocletius, & Florentius eo in loco humati sunt, quo lapidibus obrui fuerunt, iuxta Auximum oppidum. Eorum autem martyrio multum gratulabatur Pinianus illustris, qui dei & integritate & moribus insignis, migravit ad Dominum.

**Mors beati Piniani.**

Lucina autem coniunx eius iam marito orbata, diu noctuque in precibus perseverans, castissimum Deo exhibebat famulatum. Cumque supra vires inedia & triduanis ieiunijs se maceraret, Sebastianus martyr Domini ei apparuit locumque, in quem ipse corpus sacrilegi abiecerant, indicavit. Quod illa mox extractum venerabunda sepeliuit: atque ab eodem martyre se admonitam referebat, ut quotidiano ieiunio contenta esset, tumque cibum sumeret quando ad eam venientes sacerdotes Domini, qui causa persecutionis latitabant Missas facerent, & ipsa ab eis benedictionem percepisset, & moderatum etiam vini usum admitteret. Eodem tempore casis Simplicio & Faustino fratribus via Portuensi, eorum soror Beatrix, postquam funera debito cum honore & pietate curasset, ad Lucinam se contulit, ut reliquum vitæ spatium in diuino cultu cum ea exigeret. Sed mensibus vix dum septem eo studio transactis cum Lucretius quidam vicinus Beatricis possessor, prædium quoddam eius luculentum iniqua cupiditate expeteret, Beatricem comprehendit, & ad sacrificandum duci iussit. Cumque illa constanti animo recusaret, vir nefarius noctu eam a servis præfocari iussit; quam Lucina suis ipsa manibus apud fratres eius sepeliuit. Porro Lucretius occupato prædio cum amicis operam daret, & inter pocula sanctis martyribus insultaret, ecce infans foeminae cuiusdam in has voces erupit: Audi Lucreti, occidisti & inuasisti. Itaque datus es in manus inimici. Ad quæ verba pallore & tremore correptus Lucretius, & mox a dæmonè grauer tortus, post horas tres impium exhalauit spiritum; cæterisque, qui conuiuio

Lucinae religiosa vita.

1 Timoth. 3. Simplicius & Faustinus martyres.

S. Beatrix præfocatur in carcere.

Lucretius diuinitus punitur.



uiuio intererat tantum sua morte incussit timorem, vt simul omnes ad Christianos confugeret, & ex animo nomina sua Christo darent.

Lucina autem fugam meditante propter persecutionis acerbiter, S. Beatrix ei apparet ab ea mente illam reuocauit. dixitque illo ipso mese pacem Ecclesie restitutum iri, quod ita factum est. Vixit autem castissima matrona annis nonaginta quinque, elemosynis, ieiunijs, precibus & hymnis intenta; quibus operibus mirifice ornata, tandem læta ad Dominum migravit.

Pia exercitia Lucinae.

C. Baron: in not. marty: Roma:

VITA S. GANGVLPHI MARTYRIS.

*ex ea qua extat bona fide apud Surium.*

II. Maij. Patria eius.

**G**angulphus præclaris in Burgundia ortus natalibus, à parentibus adhuc puer, Christianæ religionis disciplinis apprime eruditus est; & in tenera illa ætate cum esset egregia indole & forma eleganti, consuebat crebris piorum interesse conuentibus, fauoribusque diuinorum eloquiorum suscipiens ab ore illorum, Catholicas sententias mandabat memoria: ita vt fragili corpusculo impressam iam liceret cernere effigiem, & exemplar sanctitatis. Crescente autem ætate, nulla non morum honestate præditus, lubrica malè ociosorum hominum spectacula, tanquam voraginem quandam deuittabat, & petulantium iuuenum lubrica consortia respuebat. Postquam verò amplissima opulenti patrimonij possessiones & facultates ad eum deuolutæ sunt, quanta benignitate pauperibus & egenis consuluerit, dici vix queat.

Ducit vxorē, Vbi autem ad virilem ætatem peruenit, vxorē

Pietas pueri.

duxit generis quidem nobilitate ipsi non  
 potens DEVS idè potissimum ei sociasse  
 datur, vt per illam beati viri patientiam, &  
 innocenti vitæ simplicitatem probaret egre-  
 gis: qua vsque adè virtutum luarum merita oc-  
 culere studebat, vt ab inuidis non raris inertia  
 tempore diceretur. Atque ne vllum otio vel tor-  
 pore locum daret, plerunque venatione se exer-  
 cebat, eoque ratione innata vitiorum alimenta  
 repellat. Cùm autem eo tempore Pipino regi,  
 qui regi Ficiæ gubernacula ea tempestate tra-  
 ctabat, præcipuam quandam inter fortissimos  
 exercitus viros operam nauaret, & regio mi-  
 nisterio perfunctus, in patriam redire vellet,  
 iter per Campaniam habuit. Vbi verò cum  
 somptuosus ientaculum, & equis pabulum præ-  
 bitorum, nonnihil à via deflisset, fontè in lo-  
 cum perspicuò fonte irriguum, & lato grami-  
 ne amœnum incidit, in quo postquam confedis-  
 set Dominus loci superuenit; quem vir beatus vt  
 erat humanissimus, ad pariter lumendum cibum  
 iouauit. Inter edendum autem, de fonte illo e-  
 mendo agere cœpit, id vero vt possessor audiuit,  
 intra se tacitus virum sanctum ridere cœpit, exi-  
 stumans id non ab animi puritate, sed quadam  
 stoliditate proficisci. Attamen cùm putaret se &  
 pecuniã recipere, & fontè nihilominus retinere  
 posse, indicauit pretium centum nimirum solidos,  
 quos procius vir beat⁹ numerari iussit. inde sũ-  
 pio cibo, cùm ascensis equis Varenas venisset,  
 (qui locus basilica in eius honorè extructa cele-  
 bris habetur) vxori quid egisset narrauit; quæ eius  
 facta malignè interpretans, clam eum & hebetè  
 & vecordem, & rerum luarum prodigum dicere  
 cœpit.

Militat regē  
 Franciæ.

Emit fontē,  
 isque diui-  
 nitus alio  
 transfertur.



coepit. Non diu autem post, cum ad loca domus suae propinqua exiisset, & aquam faciei manibusque abluendis non haberet, scipionem quem forte manu tenebat solo defixit, & plenus fide ad famulum conuersus, iussit eum, euulso scipione, aquam, quae illic emerfura esset, haurire. Et ecce mox extracto per famulum scipione, ingens aquarum vis ex imis terrae visceribus scaturit, & fons ille, quem auarus venditor se perpetuo retenturum sperabat, euannit, vel potius diuina virtute translatus est, qui usque hodie saluberrime scaturiens, beati Gangulphi suffragijs multis sanitatem adfert.

**Fons ille morbis medetur**

Vxor autem beati viri rupta coniugij fide, cui quodam è clero nefaria commixtione se polluit. Cuius rei indignitate permotus vir beatus, debitas ab ea poenas exigere statuebat; sed virtus, ne si illi causa necis esset, superioris vitae innocentiam alieni sceleris nauo obscuraret, tandem rem totam diuino iudicio commisit. Accidit interim ut die quodam, cum sola coniuge praedij fines lustrando circuitet, & ad quendam fontem veniret, ubi uxorem his verbis compellauit; Multa quidem de te, coniunx, passim feruntur foeda & indigna natalibus tuis, quae verane an falsa sint, certo mihi non constat: sed diuina prouidentia, quam nihil fugit, ut se res habeat, iam certis declarabit indicijs. En fons hic propositus est, nec frigidus valde, nec immodice calidus. In hunc igitur manum immitte, & de fundo lapillum extrahe; & siquidem à culpa es alienus, nihil mali patieris, sin autem pollutus es, non sine Deo lateret scelus tuum. Tum illa cum intrepidè iurando, falsos de se rumores sparsos assereret, & illos beati viri sermones contemneret

beret, vecordiaque asscriberet incunctanter in  
 tatem manum iniecit. Eccè autem simularque  
 pillum ad se retrahere conata est, membris  
 omnibus obriguit abstractaque à digitis & brachio,  
 quousque aqua pertigerat, cute, nihil aliud  
 misera nisi repentinum interitum expectabat.  
 Tum Gangulphus ad eam: Optaram quidem, in-  
 quit, si fidem seruasses, omnia tecum vitæ huius  
 discrimina perpeti, & prospera atque aduersa  
 omnia, utcumquè fors tulisset, æquo animo sus-  
 cipere: sed quâdòquidem hoc te scelere obstrin-  
 xisti, morte quidem digna es, sed meis manibus  
 nolim tibi necem adferre, diuino potiùs re iu-  
 dicio relinquo. Et si quidem dignos pœnitentiæ  
 fructus egeris, veniam à Deo impetrabis. Si au-  
 tem tantæ nequitie finem non imposueris, cum  
 auctore eius diabolo flammis gehennæ inextin-  
 guibilibus concremaberis. Meo fanè deinceps  
 contubernio nequaquam frueris. Habeas autem  
 tibi vnde possis vitam sustentare meam propter  
 nuptias donationem. His dictis, cum suos con-  
 uocasset, ascenso curru, ad prædia sua procul  
 in Aualensi territorio sita profectus est, pietatis  
 illie & misericordiæ vacans operibus, nullum-  
 que tempus solitis virtutum studijs vacuum abi-  
 re sinens.

Diuinitus  
 proditur cõ-  
 iux adultera

Discedit ab  
 adultera vna  
 ore.

At mulier infoelix iam suæ relicta libertati,  
 cum detestando illo Clerico solitæ libidini in-  
 dulset, & nè fortassis zelo inflammatus Gangul-  
 phus ambos aliquando interficeret, nefariam de  
 eius morte consilia agitare cœperunt. Totus igitur  
 malo dæmone obsessus clericus, capra & tẽ-  
 poris & loci opportunitatè, cum virum sanctum  
 famulorum ministerio destitutum sciret, clam  
 eius cubiculum ingreditur, vt dormientem op-  
 primat.

T t



**Atrociter  
vulneratus.**

primat. Cumque pendente ad caput eius gladium è vagina educeret, strictumque in ceruicem abdere niteretur, Gangulphus expectatus ictu declinans in coxam accepit. Tum profanus ille, proiecto gladio & equo conscenso, fuga evasit. Gangulphus vero atrociter vulneratus cum aliquot post diebus vivendi finem adesse sentiret, Dominici corporis & sanguinis perceptione exitum suum muniens, foeliciter è corpore ad Dominum migravit. Porro duæ amicae eius religiosæ foeminae, eo in loco qui Varenas dicitur, sanctitatis & castitatis studijs vacantes, VVildevtrudis & VVillegosa, comperto obitu eius, ad funus accesserunt, ablatumque corpus cum crucibus & cereis, diuinorumque hymnorum melodiam, ad eum, quem diximus locum, nõ sine miraculorum gloria deportarunt, atque in basilicam, quam vir sanctus in S. Petri Apostolorum principis honorem construxerat, condiderunt; in quem sanè locum ante obitum suum admodum benignum, beneuolum, ac liberalem sese declararat, & necessarios redditus illi Deo servitutis suppeditarat. Ut autem de eius sanctitate & beatitudine certiores fierent mortales, ad communem omnium utilitatem & profectum, virtutibus & signis Dominus eum celebrem reddidit, & mirabiliter illustravit.

**Claruit miraculis.**

Quæ verò pcena sit consecuta auctores cordis eius, non silentio prætereundum. Itaque Clericos cum properè tam atrox facinus suum detestabili mulieri tanquam nuncium lætissimum indicasset, & mutuo sese ea immanitate oblectasset miser abijt ventrè exoneraturus, Mox adest caelestis vindicta, & cū facibus corporis viscera quoque in cloacam deponit, & infœlicè animam in tartarum præ-

**Vitio diuina  
na in percussorè viri  
sancti.**

mitti  
nella su  
in loci  
fuisse  
dixit: E  
Gangulph  
riam imp  
ani crepit  
neris, que  
id accidit  
illo die v  
posterior  
dam diu  
tam celest  
quem dix  
quos mi  
berent. I  
ditione  
runt.

VITA  
niace  
confr  
944  
turg

B  
Ba  
ru  
fa  
postqua  
scienti  
egisset  
fectus e  
uinis li  
mine, f  
celebr



mittit. Foemina autem, vt audiuit ex quadam  
 vella sua, multa diuini uis collata esse beneficia  
 in locis, per quæ S. Gangulphi exanime cor-  
 pus fuisset deportatum, furore & amentia perci-  
 pi dixit: Perindè efficit virtutes & signa corpus  
 Gangulphi, atque anus meus. Dixit illa, & nefari-  
 am impuri oris vocem, mox obscænus quidã  
 ani crepitus consecutus est. Erat autem dies Ve-  
 neris, quem Christiani sextam dicunt feriam quo-  
 tid accidit, semperque deinceps quodã vixit, quot  
 illo die verba protulit, totidem à parte corporis  
 posteriori scædos reddidit sonos, inãudito quo-  
 dam diuine animaduersionis exemplo. Cuius rei  
 tam celebris fama, toto regno diffusa est, vt is,  
 quem diximus, rex Pipinus illac iter faciens, ali-  
 quos miserit percunctatum, nùm hæc ita se ha-  
 berent. Illi autem ad regem & proceres, quæ au-  
 ditione & oculis compererant, bona fide retule-  
 runt.

Item in ad-  
 alteram v-  
 zorem.

VITA S. MAIOLI, ABBATIS CLV-  
 niacensis, ex ea qua est ab Odilone presbytero  
 conscripta. Successit hic Ademaro anno Domini  
 944. peruenitq; vsque ad annum 993. numerat-  
 usq; tertius eiusdem cænobij Abbas.

C. Baro. in  
 not martyf.  
 Roman.

**B**eatissimus Maiolus præclaro stemmate ör-  
 eus, & à nobilibus parentibus ab ipsa in  
 fantia peruigili cura nobiliter educatus,  
 postquam nutu & prouidentia Dei totum adole-  
 scentie tempus sine vlllo castitatis dispendio trans-  
 egisset, iuuenili accedente ætate Lugdunum pro-  
 sectus est, vt altiora & præstantiora quæq; in di-  
 uinis libaret. Erat ibi vir quidam Antonius no-  
 mine, sapientiæ & eruditionis laude comprimis  
 celebris, cui se in disciplinam tradidit, vt postea  
 magni

Lugdunum  
 studij causa  
 proficiscit-  
 ur.

Tt 2



magni illius Antonij eremitæ & Christi discipuli exempla longè acrius, quàm huius Antonij Philosophi sectaretur. Posteaquam verò animum humanarum diuinarumque rerum cognitione egregiè imbuisset, Lugduno ad Maricensem ciuitatem à proceribus patriæ, nempe cognatis & amicis reuocatus est; apud quos cum aliquamdiu non sine admirabili virtutis splendore versatus fuisset, episcopus loci illius, quem tantus virtutum splendor latere non poterat, eî ecclesiæ suæ archidiaconum constituit: quod ille ministerium, imperante episcopo, sola obedientiæ virtute suscepit.

Fit Archidiaconus.

Ea autem ciuitas habet vicinum monasterium, multis spiritualibus studijs decentissimo ornatum, cuius præfectus & fratres crebrò eum ad se inuitabant, eiusque colloquio & spiritali gubernio vehementer delectabantur; proprius vnicè eum sibi fratrem adsciscere cuperet, quem postea etiam patrem habere mererentur. Eius quidem cum omnis ille Domini grex unicus esset, tum verò Hillebrandus quidam senior ad eò eius amore ardebat, vt nullum non moueret lapidem, quò tanto thesauro qui in eum peccare latitabat, cœnobium aliquando potiri possit. Interea post dulcissima colloquia, & munificentissimæ charitatis officia & obsequia gratia Dei in eius animo seculi contemptum pariter cœpit. Quid multa? Posito ecclesiasticæ dignitatis officio, spreto mundanæ nobilitatis fastidio & amicorum consortio, totum se cœlesti ministerio subdidit. Nec enim multò post ad monasterium veniens, ad exequenda monasticæ viti instituta, mira animi promptitudine & alacritate, non

Fit Religiosus.

non solum Abbati sed etiam fratribus sese  
 obiecit: tantaque inter eos virtute ac sanctitate  
 versatus est, ut facile in quouis pietatis humili-  
 tatisque studio primas sibi vendicaret.

Sexto autem conversionis suae anno, cum beatus  
 Adamarus Abbas, cuius monitis & iussis tota  
 animi intencione parebat Maiolus, non solum  
 viribus destitutus, sed etiam luminibus orbatus  
 esset, communibus fratrum omnium votis, in  
 Abbatem electus est; cui electioni inuitus plane  
 & interdicto adactus tandem acquieuit. Igitur  
 cum tanti coenobij tantarumque & spiritualium  
 & temporalium rerum curam subterfugere non  
 posset, non minus prudenter quam strenue rem  
 aggressus est. Erat vir omnium membrorum con-  
 uenienti dispositione decentissime comptus: sed  
 virtutum omnium ornatus, qui ex vultu oculis-  
 que, atque totius denique corporis habitu cla-  
 rissime elucebat, animum plane diuinum cuius  
 exhibebat. Quantoperè autem vir sanctus Deo  
 placuerit, docere possunt signa & miracula, quae  
 eius meritis Dominus effecit, quando ut multo-  
 rum fidelium fidissima affirmat relatio, multis  
 diuersis affecti morbis, plerique etiam quorum  
 iam desperata erat vita, ab eo visitati, per gratiam  
 Dei pristinae sunt incolumitati restituti; complu-  
 res oculorum deterfa caligine, lumen recupera-  
 runt; non pauci multifarijs vexati febribus, eius  
 precibus sunt liberati; multi, ut ferunt, serpen-  
 tum, luporum, canum morsibus infestati, damo-  
 num quoque ludibrijs exagitati, Dominicae Cru-  
 cis signo eius dextera impresso, salutis remedia  
 perceperunt. Multi in periculis fluminum, icti-  
 bus fulminum, aliisque incommodis, eius ora-  
 tionibus sunt seruati. Etsi autem non excitauit

Fit Abbas.

Virtutes &  
 miracula  
 eius.

Tt 3 corpore



corpore mortuos, alia certè potiora præstantioraque per eum Dominus miracula edidit. Quod si verò anima plus est quam corpus, multo excellentius est animas semper victuras à peccati morte excitasse, quàm extincta corpora, ad vitæ huius pericula & ærumnas reuocasse. Porro eorum quos ab animæ horrenda morte, & immani vitiorum voragine ad vitam reduxit, suisque exemplis in vitæ vias perduxit, tantus est numerus, vt soli DEO cognitus sit. His ergò atque id genus alijs clarus virtutibus, DEO & hominibus charus extitit. Principes viri & reges potentissimi summa eum veneratione atque honore colebant, pectusque eius diuino spiritu plenum, humillimè exornabatur. Hugo Gallorum Rex qui illi deferebat plurimum, eum in vltima senectute ad se vocabat, vt sancti Dionysij monasterium eius consilio & ope rectius posset constitui: cumque regie voluntati lætus obsecundans Syluina cum peruenisset, plenus dierum & sanctitatis, ex hac vita migravit quinto Idus Maij. sexta feria illucescente post sacratissimam solennitatem, qua Christus in cælum ascendit, & fideli seruo suo Maiolo post se scandendi viam ostendit. Quod vbi comperit Hugo Rex, sua præsentia & regis muneribus eius exequias cohonestauit & tumulum, vbi præstante Domino multa facta sunt & sunt miracula, permultisque plurima & præstita sunt, & præstantur beneficia, quæ præ nimia & multitudine & magnitudine commemorari non possunt.

Innumeros  
conuertit ad  
Christum.

Hugo rex  
Gallorum.

Beati viri  
obitus.

Multa ad eius  
sepulchrum facta  
miracula.

1. NEREI & ACHILLEI, ITEMQVE  
Domitilla & quorundam aliorum illustre mar-  
tyrium. ex eo quod optima fide apud Surium  
extat. Passi sunt anno 100. Clementis & Traiani  
primo.

Domitilla virgo nobilissima, Domitiani <sup>12. Maij.</sup>  
Imperatoris neptis, cum Aurelianus con-  
sulis filius incredibili eius amore infla-  
tus, eam sibi conjugem expeteret, illa ut vicif-  
sim oculis eius placeret, maximè ingentem curâ  
& studio in corporis ornatu & cultu, diu noctu-  
que impendebat. Habebat autem Nereum & A-  
chilleu eunuchos à cubiculis, quos beatissimus  
Petrus apostolorum princeps Christo lucratus  
fuerat. Illi itaq; cum dominam suam gemmis &  
vestibus auro splendidè intertextis fulgentem  
quotidiè cernerent, audacter dixerunt; Profecto  
si id studij & operæ quod in corpore ornando, ut  
Aurelianum maritum cõsequaris, ponis, ad ani-  
mæ ornatum transferres, immortalẽ Dei filiũ  
omnium seculorum regem sponsum & maritũ  
habere posses; qui te eadem immortalitatis glo-  
ria donaret, neq; de ornamentis quicquam vlllo  
tempore decidere pateretur. Ad hæc Domitilla;  
Equa verò maior põt esse charitas, q̃ matrimo-  
niũ cõplecti, suscipere liberos, per quos dulcissi-  
ma posteritas propagetur, & tã generis q̃ nomi-  
nis dignitas sempiterna memoria conseruetur?  
Cõstat aut quã sit asperũ & immane omnibus vi-  
ris huius oblectamētis sibi interdicerẽ, & tanq̃ vi-  
vẽs cadauer in hac luce versari. Ad q̃ Nereus: Tu  
quidẽ, inquit, ò domina, momētaneas huius vitæ  
delectationes ob oculos tibi proponis, sed diu-  
tina q̃ postea sequũtur pericula, nõ vides. Nã ut

T t 4

cætera



Matrimonij  
in ultra inco-  
moda.

lata nleam, & quid matrimonium secum non  
adfert molestiarum? quare, te queso, corporis tui  
dominum hominem extraneū eligere vis qui in-  
genuitati tuæ ne parentes quidem dominari pas-  
sa es? An non Christo Domino, & mentis & cor-  
poris castitate, cum incredibili animi volupta-  
te & certissimo gloriae caelestis præmio seruire  
malis, quam instar vilissimi mancipij, mortalis  
hominis dominio & volūtatē te subijcere? Elige  
nunc igitur, o Domitilla, vel hunc Regem regū  
omnipotentis Dei filium, ineffabili pulchritudi-  
ne decorum, suoque fulgore Solis radios obscu-  
rantem, tibi perpetuò blandientem, delicias ce-  
lestes, gaudiaque sempiterna conciliantem: vel  
hominem mortalem multis in hac vita  
& doloribus obnoxium, & omnibus fortuna lu-  
dibrijs subiectum, cum quo eius pariter deliciae  
sunt interiturae.

Hæc & id genus alia multa cum Nereus & A-  
chille<sup>o</sup> prosequeretur, Domitilla ab imo pectore  
suspiria trahens: Utinam, inquit, iam olim di-  
uina hæc scientia mihi obligisset, certè aliquam  
sponsæ nomen suscepissem: sed quemadmodum  
in baptisate idolorum cultui valefecerim, ita hac  
ratione instructa, carnale hoc commercium re-  
pūissem. At nūc cum Deus sermone oris vestra-  
nima meā lucrari voluit, nō dubito quin etia  
tionē vobis indicaturus sit, qua possit per vos ef-  
fici id quod pro eius amore optamus. His auditis  
Nereus & Achilleus ad Clementem Pontificem  
abierunt, eique Domitillæ propositum explica-  
runt, humiliter rogantes, ne graualetur vultu-  
tatis eius votum matuum suarum velamento,  
Deo consecrare. Ad hæc Clemens: Video, inquit,  
adesse tempus, quo & ego, & vos, & illa ad mar-  
tyrij

præij palmam pertingamus. Agite igitur fratres, nullus vos timor inuadat, cōtemnamus hominē mortalem, modisq; omnibus principi vitæ semper iternę parere nitamur. His dictis ad Domitillā abiit, eamque consecrauit.

Interea Aurelianus furijs exagitatus, impetrauit a Domitiano principe, vt virgo in Pontiam insulam relegaretur. si sacrificare nollet sperans se illo in exilio animum virginis à perseuerantia proposito deducturum. Cū igitur in ea insula exularet, adessentq; ei Nereus & Achilleus, erant etiam illic duo malefici Simonis Magi discipuli, Furius & Priscus qui magicis præstigijs, penè omnes in insulæ incolas ed adduxerant, vt Simonem Magum ceu Dei filium colerent. Quibus cū Nereus & Achilleus sese strenuè viriliterque opponerēt, venit Aurelianus in insulam, vt Domitillam à fide & virginitatis voto auerteret; cepitque Nerei & Achillei animos muneribus tentare, vt virginis mentem ed quo volebat, impellerent. At illi donā eius execrantes, cū Domitillæ fidem magis magisque in Domino confirmarent, grauissimis sunt verberibus affecti & Tracinam missi, Memmioque Rufo cōsulari traditi, qui eos eculeo & flammis ad immolandum idolis compellere nitebatur. At illi cū nulla suppliciorum atrocitate vincerentur, tandem capite casti sunt. Eorum autem corpora rapuit Auspicius discipulus eorum, nutritor sanctæ virginis, & in crypta arenaria sepelivit via Ardeantina, milario vno & dimidio ab vrbis muro, iuxta monumentum quo condita fuerat Petronilla Apostoli Petri filia.

Cū Aurelianus cęsis Nereo & Achilleo, Domitillam ad sibi consentiendum inducere moliretur,

Tc §

liretur,

Clemēs pō-  
tiffex conte-  
crat virginē  
Domitillā.

S. Domitillę  
exilium.

Furius & Pri-  
scus Magi.

Cruciatus,  
Constantia,  
& cędes SS.  
Nerei & A-  
chillei.



liretur dictum est illi à quodam, maiorem ei intercedere amicitiam cum Euthyce, Victorino, & Marone, quàm cum Nereo & Achilleo intercessisset. Itaque à Netua principe eos sibi sacrificare nollent, donari impetrauit. Sed illis viriliter agentibus, & minas Aureliani contemnentes, ex insula amotos, tanquam seruos per sua prædia diuisit: Euthycen decimo & sexto ab urbe milliario via Numentana, Victorinum milliario sexagesimo via Salaria, Maronem centesimo tricesimo eadem Salaria via; iussitque eos tota die terram fodere, & cantabrum edere. (Sic enim habet historia; quid autem Cantabrum incertum habeo, nisi fortè Cantabricam herbam velit accipi, cuius meminit Plinius lib. 4. ca. 1.) Sed Deus omnipotens in locis peregrinis, multis gratijs & miraculorum virtutibus eos illustrauit. Euthyces enim, filiam conductoris illum à dæmone liberauit; Victorinus loci vicidominum, triennio ex paralyti decumbentem, precibus sanauit; Maro hydrope vexatum curauit. Loquebantur interea populis, multosque ad Christi religionem traduxere, ornatique presbyterio, credentium numerum egregiè auxerunt. Id non ferens Satan, Aureliani animum ira inflammauit, qui missis eò satellitibus multiplici poenarum genere eos cruciauit; & Euthycen quiddam media via cædi iussit, donec exhalaret spiritus; cuius corpus Christiani multo cum honore sepelièrunt, & noua ecclesiæ fabrica super illud in Christi nomine extracta decorauerunt. Victorinum autem apud Cotilias, ubi putentes & sulphureæ emanat aquæ, in ipsas aquas capite deorsum verso, tris horarum spatio deprimi mandauit, iterumque sustolli. Quod cum triduo vir sanctus pro Christi

Cædes Euthycetis.

Item victorini.

Christi non  
corpus fu  
de Amite  
ronem vol  
opprimi. It  
tra immari  
pollent tro  
tanquam le  
illatus, eoq  
Domino pr  
tione eius p  
adactus ef  
ro Consula  
bus, S. Maro  
tra, quam h  
cidit, ibiqu  
Christo ecci  
beneficia De  
nis gloriam  
Postquam  
tillzerant f  
dixit ad Su  
uenes Scio  
nam & The  
nes sapient  
ubi Domini  
cauero, illa  
sua persuas  
ducant. Itaq  
cinas perdu  
venerunt. C  
que prædica  
perà daret,  
nobis nupt  
nèto esse p



Christi nomine pertulisset, migravit ad dominum  
 corpus fuit postridie. quanquam veritate Aureliano  
 in Amiterne sibus sepulturae mandatum. Denique Ma-  
 ronem voluit ab amico suo Turgio ingenti saxo  
 opprimi. Itaque in eius humeros imposita est pe-  
 tra immanissima, quam homines septuaginta aegre  
 possent trochlea adducere. Eam autem vir sanctus  
 tanquam leues paleas, ad duo miliaria portavit  
 illatus. eoque loci eam reposuit, ubi solitus erat  
 Domino preces offerre; cuius sane facti admira-  
 tionis eius provinciae populus ad fidem Christi  
 adductus est, & sacro baptismate expiatus. Por-  
 ro Consularis acceptis ab Aureliano muneribus,  
 S. Maronem occidit. Populus verum in ea pe-  
 tra, quam humeris suis gestarat, sepulcrum ex-  
 cidit, ibique eum condidit, & in eius nomine  
 Christo ecclesiam fabricavit, in qua praestantur  
 beneficia Domini usque in praesens, ad sui nomi-  
 nis gloriam.

Postquam igitur Sanctos omnes, qui S. Domi-  
 tillae erant solatio, e medio sustulit Aurelianus,  
 duxit ad Sulpitium & Seruilianum illustres iu-  
 venes: Scio collactaneas Domitillae, Euphrosy-  
 nam & Theodoram vos habere sponfas, virgi-  
 nes sapientiae opinione celebres. Nunc igitur  
 ubi Domitillam ex insula in Campaniam revo-  
 cavero, illae inuisendi gratia ad eam accedant, ve-  
 luti persuasione eam ad mihi obsequendum in-  
 docant. Itaque Domitilla ex Pontia insula Tara-  
 cinas perducta, Euphrosyna & Theodora ad eam  
 venerunt. Cumque ad epulas ventum esset, illis  
 que praedecibus, Domitilla ieiunijs & precibus o-  
 pera daret, dixerunt Euphrosyna & Theodora: An  
 vobis nuptiae, & cibus moderatè sumptus, impedi-  
 mento esse poterunt, quò minus Deum tuum colamus?

Qui

Item Maro-  
 nis.

Miraculum  
 stupendum.

S. Domitilla  
 Taracinas  
 perducitur.



658 MART. SS. NEREI & ACHILLEI &c.  
Quibus Domitilla: Vos, inquit, sponfos habetis viros nobiles, sed si ignobiles & humili loco nati ab illis vos auocare, & sibi matrimonio stabili iungere vellent, num vos illis pareretur? Responderunt illæ protinus: Auertat hoc Deus à mentibus nostris. Tum Domitilla: Auertat, inquit, & à mente mea. Magnum enim ego sponsum habeo Dei filium, qui se vitam æternam daturum promisit ijs, qui in eius gratiam perpetuam corporis castitatem seruant: secum que in thalamum suum sempiternum ducturum, vbi cum angelis exultent, & sine fine splendidissime epulentur. Et ut huius promissi certitudinem haberemus, cæcis visum reformauit, leprosos curauit, morbos omnes depulit, mortuos excitauit. Atque hoc modo verum se Dei filium declarauit, multosque tenebris eripuit, atque ad sui nominis cognitionem perduxit.

His auditis Theodora: Est, inquit, mihi frater iuuenis Herodes, iam anno integro oculorum lumine orbatus, illum si tu in Dei tui nomine sanare potes, dicitis tuis fidem adhibebo. Euphrasyne vero: Tu quidem Romæ, inquit, fratrem cæcum habes, ego autem hîc habeo nutricis meæ Liolam, quæ ex morbo loquendi beneficio priuata est, simulque puellam accipi curauit. & Domitillæ obtulit. Quæ statim toto corpore humi prostrata, multis cum lacrymis pro salute puellæ Deum precata est; surgensque, manus ad calum iustulit, & signum Crucis in os puellæ imprimes, dixit: In nomine Domini mei Iesu Christi loquere. Mox puella in hæc verba prorupit. Verus est Deus Domitilla, veræque sunt quæ ortuo deprompsisti. Tum ambæ se ad pedes virginis abiecerunt, & credentes Christianæ religionis my-

Muta puella  
loquitur  
precibus  
Domitillæ.

is mysterijs initiata sunt. Frater etiam Theodo-  
 cæcus eò adductus, Domitillæ precibus, &  
 uentis & corpore lumen obtinuit. Porro om-  
 nes ueriusque sexus homines, tum serui, tum in-  
 genui qui ex vrbe eò aduenerant, uisis his signis,  
 in Christum crediderunt, domusque illa instar  
 Ecclesiæ erat.

His ita gestis, Aurelianus cum duobus quos  
 dicitur sponsis adueniens, tres secum qui orga-  
 nis caeuerent adducebat, tanquam triplices vno  
 die nuptias celebraturus. Sulpitius autem & Ser-  
 uilianus, ut uiderunt mutam loqui, & Herodem  
 uisum recuperasse, cognitis etiam omnibus, quæ  
 dicta factaque fuerant, crediderunt; eumque Au-  
 relianus multa instantia hortaretur eos, ut vno  
 die nuptias celebrarent; illi ut viri prudentes di-  
 xerunt ei. Da honorem Deo, cuius uirtute & mu-  
 ta loquitur, & cæcus uidet. At ille neglectis ijs  
 quæ ab eis dicebantur; per vim iussit Domitillã  
 includi intrã cubiculum, ut securus voluptates  
 suas expleret; positisque organis, & cantibus &  
 tripudijs se oblectare cœpit, aliosque ad eandem  
 mentis insaniam prouocare. Porro cæteris sal-  
 tando defatigatis, ille duos ad mediam dies, toti-  
 demque noctes, in vano gaudio & tripudio illo  
 perseverauit; donec nimia lassitudine oppressus,  
 animam pondere peccatorum grauam expira-  
 ret. Ea re perterriti omnes, ad sanioerem mentem  
 reuerunt, & ex animo nomina sua Christo de-  
 derunt. Luxurius autem Aureliani frater, ab Im-  
 peratore Traiano potestatem in eos petijt, ut si  
 sponte nolent, diris supplicijs ad sacrificandum  
 eos impelleret. Itaque Sulpitium & Seruilianum  
 Praefecto urbis Aniano tradidit, qui eos in Chri-  
 sti confessione mirè constantes, capite plecti  
 iussit;

Cæcus uidet.

Sulpitius &  
 Seruilianus  
 credunt in  
 Christum.

Aurelianũ  
 interitus.

Sulpitij &  
 Seruilianũ  
 caedes.



660 MARTYRIUM S. PANCRATII.  
 iussit; quorum corpora fideles in prædio eorum,  
 via Latina secundo milliario posuerunt; quo in  
 loco exuberat virtus martyrij eorum, usque in  
 præsentem diem. Post hæc Luxurius abiit Taraci-  
 nas ad virgines Christi, & ut vidit præciæ, con-  
 stanterque dæmoniorum cultum execrantes, ab-  
 latis omnibus, quæ habebant, eo in cubiculo, in  
 quo pariter morabantur, subiectis flammis eas  
 exussit. Altero die sanctus Cæsarius diaconus eb-  
 veniens, castissima sacrarum virginum corpora  
 prorsus illæsa reperit; quæ in nouo condens lat-  
 cophago, humo altius effossa, sepeliuit.

Item Domi-  
 sillz, &c.

MARTYRIUM S. PANCRATII. EX

C. Baron. to.  
 3. Annal.

eo quod sincera fide apud Surium habens. Pas-  
 sus est anno Christi 303 ætatis suæ 14. Marcellus  
 Papa anno 7. Item S. Soteris virginis.

12 Maij.

**I**llis temporibus, quibus Diocletianus & Ma-  
 ximianus Imperatores Christianos diuisis cru-  
 ciatibus ad simulacrorum venerationem  
 compellebant, fuit apud prouinciam Phrygiam  
 Cledonius quidam, vir egregia nobilitate clä-  
 rus, qui ex amissa coniuge filium habebat nomi-  
 ne Pancratium. Cumque post aliquod vitæ spa-  
 tium, corporis infirmitate correptus, ad alteram  
 sibi vitam migrandum esse cerneret, vocato ad se  
 Dionysio fratre, vnicè ei filium suum Pancratium  
 commenda uir, orans atque obsecrans, & per om-  
 nipotentem Deum quoque adiurans, ut vniuersas  
 facultates quas relinquebat amplissimas si-  
 deliter & accuratè nepoti suo conseruaret. Itä  
 mortuo Cledonio, Dionysius summa fide Pancra-  
 tium curandum suscepit, tantaque beneuolentiä  
 ac studio tractauit, ut paterni amoris affectus  
 maiori

Cledonius  
 pater Pan-  
 cratij.

Dionysius  
 patruus Pa-  
 cratij.

maiori non potuisset. Post triennij autem tem-  
 pus Romam cum Pancratio profectus, in monte  
 alio cum omni familia, & dæmoniorum suo-  
 rum simulacris sedem fixit. Ibi tum propter per-  
 secutionis acerbiter Romanus Pontifex, in  
 vico Dionysij & Pancratij latitabat; cuius egre-  
 gas virtutes Dionysius vt cognouit, quomodò  
 populum cum idolorum cultu miserrimè con-  
 fectum in æternæ salutis viam reduceret, ve-  
 hementer eius amore inflammari cœpit; pro-  
 fusè vt viam omnem modumque exquireret, quòd  
 cum Pancratio eius conspectu, & colloquio frui  
 possit. Itaque die quadam pedibus Eusebij totius  
 sanctitatis viri (is Ianitoris officio apud Ponti-  
 ficem fungebarur) aduoluti, rogarunt vt ad Pon-  
 tificem adduci mererentur. Fuere continuo be-  
 nignè admissi, (cælesti namque oraculo de eo-  
 rum aduentu Pontifex monitus erat) & pera-  
 manter excepti. Illi autem demisso corporis ha-  
 bitu ad terram vsque Pontificem venerantes,  
 Christum sibi, quem hactenùs ignorassent, præ-  
 dicari postulârunt.

Tum Pontifex maiori delibutus gaudio eo-  
 rum postulato satis fecit egregiè, atque post dies  
 admodum viginti sacris aquis expiatis, intra  
 sanctæ matris Ecclesiæ limina recepit. Eo igitur  
 beneficio affecti, aded in Dei timore animis  
 firmere cœperunt, vt etiam vltro sese persecu-  
 tionibus offerrent. Non multò post Dionysius  
 Deo charus, ex hac misera & caduca vita ad al-  
 teram illam in omni seculorum æternitate be-  
 atam migravit. Cùm autem paganorum in Chri-  
 stum furor indies augmentum caperet, aded vt  
 Christi cultores etiam indicta causa, ad sup-  
 plicia & mortem raperetur, inter alios compre-  
 hensus

Dionysius  
 & Pæcratius  
 post cateche-  
 sin baptizã-  
 tur.  
 Dionysij  
 obitus.



Pancratius  
comprehenditur.

hensus etiam Pancratius, propter natalium splendorem Diocletiano oblatus est. Tyrannus autem viso Pancratio, vehementer ad vultus eius pulchritudinem obstupuit & sine fine admirans quod in tantilla ætate ad mortem pro Christi gloria sese offerret sic eum affatus est: insigne consulo tibi ut omnia qua teneris vanitate, michi consentias & ab hac Christianorum insania decedas, reddasque te natalibus tuis. Ego enim te propter patrem tuum, qui michi in vita amicitiamus fuit honoribus & diuitijs auctum, loco filii habeo. Quod si verò speris pietatis meæ mortis Christo adherere pergis, iubebo te crudeli interfectione deleri, & corpus tuum flammæ exustum, etiam sepulturæ honore spoliari.

Pancratius  
puer, præclarè respondet  
Diocletiano.

Ad hæc Pancratius animo planè virili respondit. Noli frustra errare, domine Imperator, ut me vides puerum annorum quatuordecim credas michi minus aut sensus aut sapientiæ superesse. Dominus enim noster Iesus Christus cum nobis mentem & intelligentiam contulit, ut nullos profus aut principum aut iudicum terrores timeamus. Porro dixi tui, quos me horarum colere, pluri & impostores fuere, qui nec sui pepercere parentibus, & fratrum suorum sceleribus contaminarunt: ita ut ego facis quam nequeam, quomodo non scædum & turpe sit potest, illos colere quorum si similes esse scire famulos tuos, iure in eos animaduertes. Diocletianus his auditis, iussit eum sine mora in vitam Aureliam abduci, & capitis ibidem sententiam subire; ne à puero victus, sempiterna ignominia notaretur. Itaque ministri Pancratium ad delatum locum abduxerunt, & capitis supplicio affecerunt. Octauilla autem corpus eius nocivum sublatum.

Capite truncatur.

sublatum, cum aromatibus in sepulero condidit  
 Idus Maias. Eodem tempore, Soteris claris na-  
 talibus orta, virgo sacratissima, martyrij palma  
 adeptæ est, Diocletiani Nono, & Maximiani O-  
 ctavo Consulatus anno. Est de eadem, eiusmodi  
 præclarum encomium S. Ambrosij, in exhorta-  
 tione ad virgines, propè finem. Soteris cum esset  
 decora facie valdè, & nobilis virgo, maiorũ pro-  
 sapia, Consulatus & præfecturas parentum, sa-  
 cra posthabuit fide, & immolare iussa, non ac-  
 quieuit. Quam persecutor immanis, palmis cæ-  
 di præcepit, vt tenera virgo dolori cederet, aut  
 pudori. At illa vbi audiuit hanc vocem, vultum  
 aperuit, soli invelata atque intacta martyrio, &  
 volens iniuriæ occurrit, vultum offerens, vt ibi  
 martyrij feret sacrificium, vbi solet esse tenta-  
 mentum pudoris. Gaudebat enim dispendio pul-  
 chritudinis, periculum integritatis auferri. Sed  
 illi potuerunt quidem vultum eius vulnerum  
 vibicibus exarare, faciem tamen virtutis eius, &  
 gratiam decoris interni, nequaquam exarare po-  
 tuerunt. Hæc Ambrosius, qui & ad Sororem scri-  
 bens, de eadem hæc inter cætera ait. Fuit S. Sote-  
 ris, tam fortis & patiens, vt cum teneras pœnæ  
 offerret genas, prius carnifex cadendo deficeret,  
 quam martyr iniuriæ cederet. Non vultum in-  
 flexit, non ora conuertit, non genitum, non lacy-  
 mam dedit. Denique cum cætera pœnarum ge-  
 nera vicisset, gladium quem quærebat, inuenit.  
 Porro Pancratius, quàm præclaris post mortem  
 miraculis floruerit, testatur Gregorius Turonen-  
 si ait: Si cuiusquam mens insana iuramentum  
 inane proferre voluerit, prius quam sepulcrum  
 eius adeat, hoc est antè quàm vsque ad cæcellos,  
 qui sub arcu habentur, vbi clericorum psallen-  
 tium

Martyrium  
S. Soteris.

Ceditur erus  
deliter alas  
pis.

Lib. 3 de  
virg.  
Animi eius  
fortitudo.

Gladio cons  
summarur.

Vide Bar. 10.  
2. an. Chri-  
sti 304. & in  
not. mart.  
Ro 10. Febr.

Lib. 1. ca. 19.  
de glo. mar.

S. Pancr. co-  
ruseat mira-  
culis post o-  
bitum.



tium stare mos est, accedat, statim aut arripitur à dæmone, aut præceps in pavementum treas mittit spiritum.

C Baron. In  
not. ad mar.  
Rom.

VITA S. MODOALDI, TREVIRORUM Episcopi, ex ea quæ est per Stephanum, Abbatem Leodiensem. Vixit sub Pipino, 18. Francorum rege, qui regnare cœpit anno 751. cum eo tempore, ordinatus est Episcopus.

12. Maij.

**I**nter præclaros & præcipuos summa sanctitate & ingenuitate viros, quorum fide, doctrina, moribus, & virtutibus sancta fulget Ecclesia, S. Modoaldus, inclyta Aquitanorum præcipua ortus, haud postremas obtinet. Et si autè propter vetustatem, aut scriptorum abolitionem, multa nobis compertum sit, quibus avis aut maioribus, vel quàm digna radice tam insignis arbor prodierit, tamen ex propinquis & cognatis, nomine gloria, & honore, terra marique celeberrimis, quorum virtute publica res floruit, quorumque potentiâ totus orbis extimuit, tam charta quàm fama genus eius incognitum non est. Nam soror eius, ita nomine, mulier admodum venerabilis, stabili matrimonij vinculo, clarissimo Duci Pipino coniuncta fuit, quæ defuncto marito, præcipuæ don us fastigia, spe secundarum nuptiarum procis multis incisa, in Ecclesiam commutavit, & à sancto Amando Traiectensi Episcopo sacrum velum, sanctæque religionis habitum suscepit. Iam verò quàm clarè, genus & nobilitas Modoaldi, ex liberis & nepotibus venerandæ sororis eius elucescat, Grimoaldus patris dignitatis ac pietatis hæres, & duæ sorores eius, Gertrudis & Begga, egregiè declarant. Nam Grimoald.

Nobile &  
præclarum  
genus S. M.  
doaldi.

Ita soror eius  
Modualdis.

Grimoaldus  
alius Itta.



gaudus præter illam qua domi militiæque vi-  
 dit industriam, duo illa præclara monasteria,  
 abulans & Malmundarium ex proprio con-  
 fluxit: foror verò eius Gertrudis, Iporetis omni-  
 bus diuitijs, & mundi honoribus contemptis,  
 Christum in terris spensum elegit, cui tanta fi-  
 de ac deuotione adhæsit, vt plurimis post mor-  
 tem miraculis, ab eodem decorari meruerit. Beg-  
 ga verò quæ Ansigilo nobilissimo Duci matri-  
 monio iuncta fuit, & septem ecclesias, vbi &  
 corpus eius à sacris virginum choris honora-  
 tur, construxit, egregijs etiam eximia sanctita-  
 tis monumentis claruit. Huius autem filius Pi-  
 pinus nomine, vt nomen aui, ita & virtutem cum  
 dignitate referens, mortuo rege Childerico eò  
 magnitudinis excreuit & potentia, vt in tota  
 Austria etiam non regio nomine, regia tamen do-  
 minaretur potestate. Iam verò Carolus, quem  
 idem Pipinus sibi superstitem, tam dignitatis  
 quam & virtutis suæ reliquit hæredem, quàm  
 mirabiles triumphos de ducibus ac regibus, de  
 populis & Barbaris nationibus reportauit, diffi-  
 cile est explicare. Nam & Saracenos, tribus eo-  
 rum regibus perēptis, vsq; ad internecionē fudit.  
 Vnde & cognomen Tudetes, à tundēdo accepit,  
 eò quòd à Sclauis vsque ad Hispanos, tot regna,  
 tot vrbes, tot castra & oppida tam Saracenorum  
 quam Christianorū, ferrei instar mallei tundens  
 propitio Deo, transuolasse dicitur potius, quam  
 seperasse. Quid verò de filijs eiusdem Caroli,  
 Carolomāno scilicet ac Pipino dixerim? è qui-  
 bus Carolomānus, post plurima bella & nobi-  
 les triumphos, relicta seculari militia, in mon-  
 te Cassino, cælesti se militiæ monachis con-  
 sacrauit. Pipinus vero virtutum suarum me-

Gertrudis  
foror Gri-  
moaldi.

Item Begga.

Pipinus filius  
Begga.

Carolus Pi-  
pini filius.

Carolus Tu-  
detes cur di-  
ctus.

Caroloman-  
nus & Pipi-  
nus Breuis  
Caroli Mar-  
telli filij.

Carolomā-  
nus fit mo-  
nachus.

V v a

ritis



**Carolus Magnus**  
Pipini  
filius.

**Ludouicus**  
Pius.

**Clotarius,**  
Ludouici  
filius, mona-  
sticus instituta  
sacris.

titis excrefcens, primus in hac stirpe regum no-  
men obtinuit. Iam veniamus ad illum gloriosif-  
simum Imperatorem Carolum Magnum huius  
Pipini filium, cuius nomen & gloria, virtus &  
victoria, per tanta tempora, adhuc quasi recens,  
ore vniuersorum cum tanto studio & admira-  
tione celebratur, vt si litera sileat, sola fama  
quasi viuere ei datur. At verò de filio eius Ludou-  
uico, quid dignum referre valeam? qui post pa-  
tris obitum imperalia scepra, vt nullus dignus  
fufcipiens, præter cætera quæ bello fortiter ge-  
fit, maxima suæ pietatis monumenta exhibuit.  
Quod etiam de Clotario huius Ludouici filio  
dixerim, qui patris religionis hæres existens,  
post plurima tam sapienter quàm & fortiter ge-  
fit, regnum filijs suis diu fit, reliquosq; seculo, in  
sanctæ conuersationis habitu suscepto, in mona-  
stica professione, cursum vitæ feliciter consum-  
mauit. Sed iam considerata horum potentia &  
nobilitate, quid vlti à tot Carolos & Pipinos, et  
Clotarios ac Ludouicos, aliosq; reges & Impo-  
ratores qui de hac gloriosa stirpe vique ad nos-  
tra profusi sunt tempora, necesse est commemorare,  
cùm ex his præclari B. Modaldi inge-  
nuitas, luce clarius eniteat? Hoc tantum in sum-  
ma narrationis nostriæ dixisse sufficiat, de nulla  
stirpe quam nouerimus, tam præclarum tamque  
nobile permen regum pullulasse, qui tantæ po-  
tentia, Gallico regno addiderint: totq; & tam  
mirabiles triumphos de ducibus & regibus, &  
Barbaris nationibus reportauerint.

Igitur gloriosus ac venerabilis Modaldus,  
tam claris ortus natalibus, despecta carnis nobi-  
litate, cunctis huius mundi honoribus, diuitijs  
ac delicijs, mentis nobilitatem proposuit: & li-  
beræ

libus studijs ac cęlestibus disciplinis, animũ  
 præclare in tenera a thuc ætate erudit. vt o-  
 mes gloria anteiret, Christi que tyrunculus in-  
 diam virtute superauerit. Postquã verò adul-  
 tate campus illi ad omnes honores & volu-  
 ptates pateret latissimus, ipse contra ad maiora  
 spiritalis militiæ studia sese accinxit: assiduisq;  
 reuertijs ac vigilijs, carnis voluptatem frenauit,  
 adeoque sui ipsius contemptu gauisus est, vt pau-  
 peratorem pro diuitijs amplexatus sit. Vndè et  
 iam nulla illi cura quàm ecclesiæ & pauperum  
 antiquior. Cumque in eius pectore iam dudum  
 accensa inualuisset flamma cęlestis desiderij, ni-  
 hil otij, nihil quietis patiebatur, vt ad otium &  
 quietem diuinę contemplationis perueniret.  
 Quam ob rem remotiora loca quærere, & ab au-  
 ditorũ tumultu sese occultare, modis omnibus  
 elaborabat; vt quanto occultius, tantò liberius  
 pulcherrimę sibi que dilectę Rachaelis ample-  
 xibus posset inhærere. Verũ quoniam non est  
 in hominis potestate via eius, sed contrã spem  
 votumque sæpè à Domino gressus eius dirigun-  
 tur, beatus Modoaldus Liæ laboriosę in nocte  
 huius vitę iungitur; dum primoribus regni, &  
 primoribus palatij, quasi utilis in verbo, proui-  
 dus in consilio, diuina prouidentia, licet repu-  
 gnans socius accitur.

Interea venerandus Antistes Sebaudus eccle-  
 się Treuirensis, rebus humanis excessit. Cui suc-  
 cessor, non impar sanctitate dum ab omnibus cũ  
 omni affectione quæritur, Dei gratia procuran-  
 te, & certis indicijs præsignante, haud longè di-  
 gnissimus reperitur. Itaque concurrunt pariter  
 omnium vota, Rex & dux æquissimus Pipinus,  
 alięque optimates, Clerus & populus, omnis se-

Vv 3

sexus

Benignitas  
 eius in pau-  
 peres.

Eccle. 1.

Inuitus eo-  
 gitur regnũ  
 tuam nauis  
 re operam.

Eligitur &  
 consecratur



Episcopus  
Trevirensis.

sexus & ætas, Modoaldum non tam eligere, Pō-  
tificem, quàm à Deo iam dudum electum, & sibi  
promissum exigunt. Igitur nequicquam recla-  
mans, in domo Domini, & in atrijs Dei nostri  
plantatur, tanquàm palma florens, & ut cedrus  
Libani multiplicatus: Nam sicut palma vitens &  
in altum tendens, fidei virore & vitæ altitudine,  
ad profectum ecclesiæ florebat, & sicut cedrus  
Libani multiplicabatur, dum odore sanctæ con-  
versationis, virus serpentis antiqui à subditis ex-  
pelleret, & multo virtutum candore dealbatus,  
per altitudinem contemplationis ad cælestia e-  
volaret. Sed interim omissis illis, quæ in interi-  
ori homine, Deo tantum teste & sanctis Ange-  
lis eius, operatus est: quis vel illam sollicitudi-  
nem, qua Pater vigilantissimus commissio sibi  
gregi præerat, dignè valeat explicare? Quæ in-  
ta docendi perfectione, tanta magisterij arte in-  
formando instigebat, ut quasi illa prophetica  
mensa, intus labrum reflecteret, id est, ad cor ser-  
monem reuocaret, quod loqueretur attendere,  
operaretur quod prædicaret. Denique verbum  
doctrinæ, opere commendans misericordiam, et  
erga interiora subditorum studia feruebat, quæ  
tempus eis exterioris vitæ providentiam non ne-  
garet; nè si cura exterioris vitæ ab eo negligere-  
tur, quasi iure à percipienda prædicatione gre-  
gis animus frangeretur.

Sollicitudo  
pius in Epif  
copatu.  
Exod. 25.

Interea cum domus Dei decorem deligeret,  
& ad referendas dignas conditori laudes ardētissi-  
mo semper amore flagra ret, super ripam Mosel-  
læ, oratorium in honorem beati Symonis  
martyris extruxit, opere quidem exiguum, & ac-  
tificiose schematis decore minus ambitiosum, sed  
quod nobilius est, clarissimis virtutū gemmis  
pulcherr

Exstruit mo-  
nasterium  
virginum.

pulcherrimis virginei cadoris margaritis, multo splendidius, spectabiliusque, quam fuerit illud celeberrimum Salomonis templum, auro & argento, ac tot mirificis expolito argumentis, ibi quippe congregationem sanctarum virginum, tanquam dulcisonos adolescentularum choros, in nuptijs Christi & Ecclesie iugiter laudes canerium instituit, quibus ad regularis vigorem disciplinæ seruandum, sororem suam nomine *Seueram* præfecit. Quæ plusquam materna pietate, & iucunda quadam seueritate, virginicam illam aciem instruxit egregie, & exéplo sanctitatis in omni constantia disciplinæ cõfirmavit. Quæ sceliciter defuncta, vir sanctus Modoaldus, æterni Regis miles iam emeritus, ad præmium & palmam scelicitatis æternæ cepit ardentius anhelare, ad quam germanam, cum exultatione Angelorû translata, se nouerat præcessisse. Cumque ex fidei & operum securitate, & spei cõstitudine, dignam iam à Deo posset missionem petere, tamen quasi adhuc multa in se arguenda foret, nouis & acrioribus tormetis exquisitis, de se supplicium sumebat, seque in se crudelis exactor persequabatur: in illa iam quasi vltima ætate, quam profectò non tam natura, quam ipsemet continuis laboribus vrgendo accelerauerat.

Cum ergò sub graui corporis labore, die noctaque defudaret, totoque mentis desiderio ad caelestem patriam properaret, nihil de consuetæ vitæ austeritate remittebat; donec perceptis viuificis Christi sacramentis, inter verba orationis, cù admiranda sanè sanctitatis significatione spiritum in manus Creatoris exhalaret. Interim dum sacrum funus de more cõponitur, à circumstante psallentium choro, nunc pijs lachrymis

Seuera soror eius Abbatissa.

Mortua sorore, vir sanctus ardentius aspirat ad caelestia.

Feliciter abiit à vita.



desertur, nunc psalmis & hymnis honoratur. Cuius ad Christum foelix & liber transitus, sicut festiuo gaudio supernis ciuibus exiit, ita totam

\* alij Austria  
siam vocat.

penè \* Austriam, nimio quodam & inconsolabili

li mœrore concussit. Vnde tota penè provincia insigni luctu deformata, rati patris exequiis co-

honestauit. Ingens pauperum multitudo à feretro dependens, voce lachrimabili patrem se suum,

amisisse querebatur. His familiaribus baiulis caelum suo clamore pulsantibus, charissimum

Ingens luctus  
in obitu vi-  
ri Dei.

corpus, in dilectam sibi Ecclesiam desertur, quæ supra diximus, ab eo fundatam, & in honore

beati Symphoriani martyris dedicatam. In qua etiam, non sine graui gemitu, multisque lacrimis,

prout decebat tantum pontificis cum dilecta sorore, terræ mandat. Vbi in testi-

Miracula fi-  
unt ad tu-  
mulum eius.

monium sanctitatis eius, tot & tanta miracula quotidie coruscare videntur, vt nunc demum

verius cum Christo viuere credatur.

Post obitum viri sancti, indomita Nortmannorum gens, quasdam Galliarum & Germaniarum partes occupauit, & sceleris sui immanitate effrata,

Irruptio  
Nortmannorum  
in Gallias & Germaniam.

ingentem vbique stragem edidit. Cumque horrenda illa tempestatis procella, urbem etiam Treuirensis inuaderet, & iam iam pro-

oculis omnium mortis imago volitaret, sanctæ Deo dicatæ virgines, quas in beati Symphoriani martyris oratorio, beneficio Medoaldi collocatas supra memorauimus, pro vita presertim,

quam despexerant nihil sollicitæ, pro castitate seruanda, quam deuouerant, ad consueta orationum presidia confugerunt, & ecce mirabile

Illustre beneficium & miraculum Dei.

auditu, mirabilius visu, ne mala, quæ pro sexus fragilitate metuebant, videre cogerentur in

pace lecto decubantes, intra dies triginta, meritis & pre-

Inter ea tu more a

precibus Modoaldi, quæ assiduo in rebus des-  
peratis implorabant, omnes præsentis vite deces-  
sione: quarum corpora eodem in oratorio con-  
stita sunt.

Cum igitur eiusdem adhuc tēpestatis reside-  
rent vestigia, longaq; solitudo, pleraq; sanctorū  
cohiberet loca, fiebat nimirum, vt illi sancti fa-  
miliaris angulus, pro sui quidē dignitate parum  
obtineret reuerentiæ, neglectu verò ciuium om-  
ni custodia destitutus, etiā pateret iniuriæ, Sed ea  
mortalium incuria, nostro pōtifici auctioris glo-  
rie facta est materia. Quidam enim viri, genere  
Franci, suæ gentis haud ignobiles, sanctę deuoti-  
onis gratia, urbem Treuerim acceperant. Cumq;  
sancti Symphoriani ecclesiam viderent incultā,  
iniuriæ opportunam, & à ministris ciuibusq;  
neglectam, flagitiū arbitrati non sunt, si quauis  
arte, sacras Præsulis reliquias, indè secū aspor-  
tarent. Remotis ergò arbitris, noctis ingressi tē-  
pore, piā sed audaci violentia mausoleum san-  
ctissimo fecundum corpore effringunt: dehinc  
vnius ceteris paratior: manum temerè inijciens  
quicquid tenaci digitorum pectine cōcludere  
potuit, sibi recondēs, fugam cū socijs maturat in-  
uadere. Quod facinus licet amore sancti licēter  
perpetratum sit, nō tamen sancto placuisse, rerū  
sequentium documento comprobari potuit. Si-  
mul enim cum illius extractis artubus, mirum  
dictu, sanguis copiosus erupit. Qui dum abundē  
tanquam de patenti vulnere profluere, tenebris  
tamen visum arcētibus, raptores ipsos, nihil hu-  
iusmodi aut videntes aut sentientes antè prodi-  
dit, quàm à cōcepto deterruit.

Interea die terris reddito, cū matutina plebs,  
et amore ad orandum cōpisset concurrere ani-  
maduer-

VV 5

maduer-

Ex reliquijs  
S. Modoaldi  
furtim abla-  
tis, copiosus  
manat san-  
guis.



maduertunt ecclesie pavimentum largo perfu-  
sum sanguine; cumque diu multumque incerta  
suspensione agerentur, tandem exploratis om-  
nibus, recentis indicia fracturae, nocturne re-  
meritatis damna aperuerunt. Nec visus est labor  
difficilis fugitivos insequi, cum sanguine dire-  
ptis emanans ossibus, nusquam locorum reos  
suos desereret; donec illos conscientia trepidos,  
nec satis periculi securos, suis vestigijs de qui-  
dem haud obscuris, manifestos efficeret. Mittun-  
tur ergo expediti equites iniuriam persequi, re-  
meritatem corrigere; qui celerrime fugientium  
terga prementes, eosque facili negotio a fuga  
retrahentes, delicti quidem gratiam sicuti, om-  
nibus tamen admirantibus, recepta integre  
summi Pontificis reliquias, summo gaudio ad  
urbem referunt: & nequid simile deinceps pe-  
niciosam crearet licentiam, corpus Sancti in pro-  
patulo positum, ab ecclesia in oratorium sancti  
Paulini transferunt, caelestemque thesaurum ho-  
mioribus apothecis & tutiori arario commen-  
dant.

Igitur S. Paulini ecclesia nouo illustrata ho-  
spite, in magnam breui claritudinem peruenit.  
Sed postquam diuturna quies, ocium, omnia  
securitas, corruptos mores pepererat, totaque  
urbis faciem immutatam pro religione dano-  
rum contemptus incesserat, sustinenda erat necessa-  
rio supernae correctionis sententia, quae post illam  
licentiam, sub freno distractionis cohereret. Ita-  
que intempesta noctis silentio, idem oratorium  
subito conflagrauit incendio, totaque adificio-  
rum moles subuersa est. Ibi tum res mira & leco-  
lis nostris inuisitata accidit: Remota enim, quae ob-  
annem superficiem contexerat, incendiis conuulsa  
genit,

Transfertur  
corpus eius  
ad S. Pauli.  
num.

S. Paulini e-  
des confa-  
gras.

erie cuncti  
perere, i  
miris, vt  
purgatum  
tis alijs pra  
tataque  
solent inge

VITA S.  
Cypri Ep  
(exploris  
Metaphr  
nans cir  
cum sedij

Betus  
am,  
renti  
genere cole  
tore mona  
Aegypto le  
veritatis, in  
gyptos, tu  
horu est. V  
leu therop  
monachor  
sus est: cui  
scripsit. D.  
& postea u  
vlo coniu  
Et quid  
in Aegyp  
rum hære  
parumque  
illius se



re cuncta præter spẽ quæ sancti erant integra  
perere, ipsumque loculum, totius expertem  
miræ, vt aurum crederes de fornace productũ,  
purgatum non corruptum. Fulsit præterea mul-  
tis alijs præcipuæ sanctitatis miraculis, quæ tan-  
tamque præclara sunt, vt Tullianis etiam in-  
solent ingenijs & eloquentiæ.

Insigne mi-  
raculum, de-  
clarans, quã  
cura sint  
Deo, etiam  
ossa sancto-  
rum eius.

VITA S. EPIPHANII, SALAMINAE\*  
Cypri Episcopi : ex Annalibus C. Baronij fideliter  
(explois mendacijs quibus ea quæ extat apud  
Metaphrasten se atet) conscripta; Excessit ex hu-  
manis circa annum Domini 404. ætatis suæ 92.  
cum sedisset annos plus minus 43.

\*Constantie  
Tol. 4. & 34

**B**eretus Epiphanius propè Besanducem Pa-  
trum, in tractu Eleutheropolitano sitũ, pa-  
rentibus rusticanis ortus, in eodem vitæ  
genere colendo se collocavit : qui ab ineunte æ-  
tate monachis præstantissimis institutus, & in  
Aegypto longissimo tempore eadem de causa  
veritatis, in disciplina monastica, cum apud AB-  
gyptios, tum apud Palæstinos illustrissimus ha-  
bitus est. Vndè & Pater monasterij in eiusdem B-  
leutheropolis vicinia constitutus, B. Hilarione  
monachorum præclarissimo familiarissimè v-  
sus est: cuius & encomium breui epistola con-  
scripsit. D. Hieronymo quoque optimè notus: cui  
& postea magno fuit consuetudinis & amicitia  
vni coniunctus.

12. Maij.  
Patria & ge-  
nus eius.

Et quidem eo tempore quo adhuc iuuenis  
in Aegypto moraretur, infamis illa Gnostico-  
rum hæresis, supersticio execrabilis vigebat;  
parumque abfuit, quin & ipse blanditijs  
illius sectæ foeminarum fuerit irretitus:  
qui



A Gnosticis  
hæreticis  
pellicitur  
qui castitatem  
repudiabāt.

Episcopus  
Salami-  
az Cypri.

Epiphanius  
clarus toto  
orbi.

Inuise Eusebium  
Episcopum Ver-  
cellensem  
extorrem.

Quantus fu-  
erit etiam a-  
pud Aria-  
nos.

Decernat et  
Appollina-  
ristis semi-  
ludis.

qui diuina fultus gratia liber exiens, eos latitan-  
tes circiter octoginta denunciavit loci illius  
Episcopis; quorum studio iidem infames hæ-  
retici ex ciuitate expulsi fuere. Postea quo-  
que apud Cyprios non minore gloria fuit: apud  
quos electus est primariæ vrbis totius insule E-  
piscopus. Vndè in vniuerso propè Orbis vetera-  
rum est maximam nominis celebritatem conse-  
cutus. Cum siquidem in multitudine hominum,  
& in vrbe ampla, eaque maritima sacerdotio  
funderetur, ob præstantiam virtutis, qua etiam  
negotijs ciuilibus occupatus vsus est, breui tum  
ciuibus, tum peregrinis cuiusque nationis no-  
tus factus est; illis quidem, vt qui eum coram vidi-  
sent, eiuique piæ vitæ fecissent periculum hinc  
autem, vt qui illis idem de eo narrantibus, silentium  
adiunxissent. Reperitur porrò Eusebium Italici  
Episcopum vrbis Vercellensis à Constantio Im-  
peratore ob fidem Catholicam fugatum ac Sey-  
thopoli in Palæstina exulantem cum alijs eo  
profectus inuississe ac consolatus esse. Quin de-  
reueritus intantum est ipse Valens Imperator  
Arianus cum suis, ipsum Epiphanium, ore iam  
omnium celebratum ob virtutes insignes; vt  
tempore acerbissimæ istius excitatæ persecu-  
tionis: eum cum cæteris, Orthodoxis exilio  
damnare ausus haud fuerit. Tantæ enim venerationis  
semper fuit: vt regnantes hæretici ignominiam  
suam putarent, si talem virum persequerentur.  
Vndè Antiochiæ quandoque constitutus cum ramis &  
germinibus Apollinaristarum (quorum Antistes erat  
Vitalis, piensissimus olim vir) acerrimè congressus est:  
eoque summo studio ad vnitatem Ecclesiæ Catho-  
licæ reducere, contentionesque sedare, ac licet  
duri-

mittere allaboravit. Audior verò qui viri hu-  
 mili sancti Acta conscripserit, Ioannes nomine, qui  
 de se eius comitem fuisse in AEGYPTO tradit, de  
 eodem ait, disputasse cum Hierace hæresiarca  
 ipsam quæ divino miraculo mutum reddidisse  
 restatur, eadem quæ pœnitenti usum linguæ re-  
 stituisse. Verùm scierim dum a choreis esse men-  
 dacem, nulla quæ fixisse: quod enim ad Hiera-  
 cem spectat, necdum natus Epiphanius erat,  
 quando Hierax in AEGYPTO docebat. Accedat  
 de his testis ipse Epiphanius, qui Hieracem mox  
 post Manetem ordine ponit, etiam antè Mele-  
 tium et que Arium; de quæ ipso pluribus agens,  
 nihil penitus de miraculo vel pœnitentia Hie-  
 racis habet: hoc quidem minimè prætermis-  
 set, quod in primis exigebat argumenti ratio e-  
 narrari.

Missa est autem paulò post Legatio à Magi-  
 strato & Clericis Ecclesiæ Suedrorum in Pam-  
 philia ad sanctum Epiphanium, qua petierunt  
 de fide Catholica eius litteris plenius instrui &  
 informari. Extant binæ eodem argumento ab  
 eisdem ad ipsum datæ litteræ. Quibus ille ac-  
 ceptis, epistolam reddidit, imò commenta-  
 rium, quem librum Ancoratum nominavit; e-  
 ruditorum quidem; continentem cum fide Catho-  
 lica hæresum omnium confutationem. Cur  
 autem librum de fide nominaverit Ancoratum,  
 ita ipse alibi inter alia ait: Libro imposuimus  
 Ancorati nomen: Etenim quemadmodum exi-  
 gua mens nostra valuit per DEI auxilium, ex  
 universa scriptura doctrinæ DEI veritatem  
 congregantes, velut Ancoram his qui volunt  
 sanctam Patrum fidem Apostolicam quæ ac Pro-  
 pheticam, & ab initio usque huc in sancta DEI  
 Eccle-

Legatio mis-  
 sa ex Pam-  
 philia ad E-  
 piphanium.

Hæres. 69.



Ecclesia prædicatam, clarè proposuimus, quo quis contineatur & muniatur &c.

Monachi Sy-  
ri cōsulunt  
Epiphaniū  
eumque lau-  
dibus cele-  
brant.

Similiter & Primores Archimandritæ in Syria apud Chalciden habitantes, Acacius, nimirum & Paulus, miserunt Epistolam ad sanctum Epiphanium, qua petierunt conscriptum librum de hæresibus ad se mitti, quem nuper elaborare cœperat. Quanta verò hi Epiphanium coluerint obseruantia, illis in primis verbis indicant: At quandò via intercepta est per infirmitates & ærumnas corporales, non potuimus ipsi proficisci, & ad pedes tuos præuolui &c. vbi & videre licet priscum morem cultus & venerationis etiam Abbatum ad pedes Episcoporum se prostrandi; & paulò post: Confitemur enim non solum nos, sed etiam omnes, quod in hoc sæculo nouum te Apostolum & præconem Dominus excitauit, Ioannem nouum, & prædicantem quæ debent seruari ab his qui cursum hunc propositum habent &c. Reddidit autem ad eundem ipse Epiphanius litteras una cum libro, quas & præfationem totius operis esse voluit, & inter alia rationem affert, cur Panarium, nempè Casulam medicam, voluerit nuncupari, egregiè planè opus, & Catholicæ Ecclesiæ valdè proficuum. Interfuit quoque Concilio Romano sub Damaso Papa celebrato, ob quasdam Ecclesiarum dissensiones, ibidem à S. Paula Eustochij matre hospitio officiosissimè susceptus. Quæ illius & Paulini Antiochenæ vrbis Episcopi accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat, non domus, non familiæ, non possessionum, non alicuius rei quæ ad sæculum pertinet, memor, sola (si dici potest) & incommitata ad eremum Antoniorum atque Paulorum pergere

Paula Romana accēditur virtutibus Epiphaniij.

gestabat, ra-  
cedentibus  
cum eis a

Post illud  
laud exigua  
lymorum E  
nis, quas ille  
Prebytero,  
ac propagar  
varias subin  
hic Iohanes  
abdicata hæ  
tandem pot  
rum atque  
buit: eam qu  
aduerfanti  
rit occasio  
facellendi.  
trā Epiphani  
num fratres  
nalle in ter  
affirmaret.  
bem Hiero  
sanctus, vt  
clesia coner  
beret; ad e  
turba confl  
collans, sin  
venit antioc  
rum: vt no  
fideles osc

Ceterū  
quam reci  
nè deliris

egrediebatur, tandem que exacta hyeme, aperto mare, ad ecclesias Episcopis, & ipsa vocatum eis ac desiderio nauigauit.

Post illud, propè, tempus fuere Epiphaniae, quando exiguæ controuersie cum Ioanne Hierosolymorum Episcopo, occasione hæresum Originis, quas ille una cum Ruffino, Palladio, Isidoro Presbytero, & alijs compluribus defendendas ac propagandas infeliciter susceperat, à quo & varias subindè passus est calumnias. Et quidem hic Iohannes ex monacho, sed secta Macedoniano, abdicata hæresi, spe illectus Episcopus; illo tandem potitus, postea Originis errorum patroni atque Originistarum fautorem sese exhibuit: eamque ob causam aded infensus fuit illi aduersarij S. Epiphaniae, ut nullam prætermiserit occasionem eidem molestiam negotiumque facessendi. Prima verò quam arripuit ansam contra Epiphanium agendi fuit, quod eum Paulinianum fratrem S. Hieronymi Presbyterum ordinasse in terminis suæ Diocesis (iniuste tamen) affirmaret. Tantæ tamen nihilominus apud plebem Hierosolymitanam æstimationis erat vir sanctus, ut cum quodam tempore ibidem in Ecclesia contra Originis hæresim concionem haberet; ad eum innumera omnis ætatis & sexus turba conflueret: offerens paruulos, pedes deosculans, simbrias vellens &c. Vbi considerandus venit antiquus mos osculandi pedes Episcoporum: ut non aded miretur quis, cum viderit fideles osculari pedes summi Pontificis.

Dissensio-  
nes inter E-  
pipha. & Io-  
an. Episc.  
Hierosoly-  
morum.

Quantus fu-  
erit apud  
Hierosoly-  
mitanos.

Quam anti-  
quus mos o-  
sculandi pe-  
des Episco-  
rum.

Ceterum quandoquidem vita illa Epiphaniae, quam recitat Metaphrastes, scateat erroribus plane deliris, ijsque egregie refutentur ab Illustris-  
simo

**A**cta S. Epi-  
phanij apud  
Metaphra-  
sten & alios  
suius fidei.

**O**bitus eius.

**S.** Epiphani-  
sanctitate &  
miraculis  
celebris.

**I**nsignia eius  
scripta.

**D**e Divin.  
lect. c. s.

simo C. Baronio, eò remittimus prudentem le-  
ctorem: præstare censentes pauca certa multis  
incertis commentitij sive. Certus autem Domini  
annus quo obierit ignoratur; iam decrepitem  
verò ætate ipsam ab humanis defuisse iudica-  
tum est: quadrienniumque suprâ quadragente-  
simum haud eum excessisse constat. Atque cele-  
bris in Ecclesia vixit virtutibus clarus, spe-  
ctatus ubique scientia, Zeloque potissimum li-  
dei Catholicæ & munificentiâ in pauperes com-  
mendatus. post obitum quoque clarissimum E-  
piphaniij nomen extitit: & pluribus miraculis  
nobilitatum: relatum illud tum à Græcis tum  
etiam à latinis inter sanctos, annivertitur me-  
moria celebrandum. Eius vultus imago à Cypru-  
s suis expressa, cum alijs sacris imaginibus in  
Ecclesia in eius perpetuum honoris monumen-  
tum erecta, custodita, & veneratione digna habi-  
ta fuit. Quod verò ad eius scripta pertinet præ-  
ter Panarium & eiusdem Epitomen, & Ancho-  
ratum, & de Gemmis libros, & res gestas S. Hie-  
larionis, quorum est certa mentio apud S. Hiero-  
nymum & alios: eiusdem quoque nominis acti-  
tulo notantur libri de Mensuris atque ponderi-  
bus, nec non de vita & obitu SS. Prophetarum.  
Meminit Cassiodorus editum à S. Epiphanio Co-  
mentarium in Canticum canticorum. Simi-  
dem nominis clarissimi viri, alijs  
diversis temporibus claruere  
in Oriente & occi-  
dente.

DI 1.

**S. SERVATIO, TVNGRORVM EPI-**  
 scopo decimo: ex Gregorio Turonensi hist. Fran-  
 cor lib. 2. cap. 4. & 5. Interfuit Concilio Sardi-  
 censi, & Agrippinensi, celebrato post Consulatum  
 Amanij & Albini, Anno Christi Saluatoris 346.  
 Iulij Papa, Constantij & Constantis Imp. 10.  
 Praclarum eius etiam mentionem facit S. Atha-  
 nasius, in Apologia ad Constantium. Ad quem, à  
 Magnentio tyranno, missus est legatus, cum Ma-  
 ximino, Antistite Treuirensi, anno Domini 350.

C. Baro to.  
 3. Anna. & in  
 not mart.  
 Roma:

**S**anctus Seruatus Tungrensensis Episcopus, vir  
 sextimae sanctitatis, vigilijs ac ieiunijs vacans,  
 & crebro lachrymarum imbre perfusus,  
 Dei misericordiam assiduo deprecabatur, nè vn-  
 quam gentem Hunnorum incredulam (quam  
 rumor erat in Gallias velle prorumpere) eò sæ-  
 uire permitteret. Sed cum se à Deo (delictis po-  
 puli hoc exigentibus) repulsam pati, per spi-  
 ritum intelligeret, urbem Romam petijt, vt ad  
 iunctis sibi Apostolicæ virtutis patrocinij, quæ  
 humiliter à Deo flagitabat, faciliùs obtinere me-  
 reretur. Accedens ergò ad beati Petri Apòstoli  
 tumulum, multis diebus biduo triduoque inter-  
 dum, sine omni cibo potuque in precibus perse-  
 verabat. Cumque in tali corporis afflictione,  
 imminentem iram à ceruicibus populi sui de-  
 pellere niteretur, responsum accepit: immuta-  
 bili Dei voluntate constitutum esse, quòd gens  
 illa Gallias depopularetur, oculos tamen eius  
 mala illa non visuros. Acceleraret igitur, Gal-  
 liasque velociter repeteret, & funeri suo neces-  
 saria pararet.

13. Maij.

Romam pe-  
 tit S. Serua-  
 tius.

Igitur relicta Roma, quanta potuit celeritate  
 Xx maxi-

680 VITA S. IOAN. EPISC. SILENT. &c.  
maxima, Tungrorum urbem ingressus est; &  
clericis reliquisque urbis ciuibus valedictis; E-  
piscopalem Sedem Traiectum transtulit; illis  
que cum magno fletu & eiulatu eum prosequen-  
tibus abiit: & Traiectum accedens, mox leni  
corruptus febrì, paulò post è corpore recessit;  
ablutusque à fidelibus, iuxta ipsum aggerem pu-  
blicum sepultus est.

Apud Traie-  
ctum S. Ser-  
uatius mo-  
nasterium.

Porro hoc sanè inter alia eius miracula admi-  
ratione cum primis dignum est, quòd cum ma-  
xima vis niuium, hyemali tempore de celo de-  
cidat, & omnia in circuitu loca repleat, nun-  
quam tamen eius sepulcrum operuerit: donec  
industria ciuium, basilica super illud aedificata  
est. Et quidem pia fidelium deuotio, studiumque,  
non rarò oratorium de tabulis ligneis, leuigul-  
que construebat, sed protinus aut rapiebantur à  
vento, aut spontè ruebant. Credo idcirco ista ac-  
cidisse, donec veniret, qui dignam tam glorioso  
Antistite fabricam aedificaret. Procedente verbò  
tempore, Monulphus Episcopus, templum infi-  
gni opere in eius honorem construxit, ornauit-  
que; in quod multo studio & veneratione trans-  
latum corpus magnis pollet virtutibus.

VITA SANCTI IOHANNIS, OB IN-  
comparabilem silentij obseruantiam, Silentia-  
rij cognominati, ex Episcopo Colonia in Arme-  
nia, Anachoreta. Floruit autem præcipue, tem-  
poribus Iustiniani Imperatoris, ad cuius annum  
trigesimum primum, qui fuit Christi Domini  
quingentesimus quinquagesimus septimus, repe-  
ritur peruenisse, agens iam tunc, quantum supra  
centesimum annum.

C. Bar. to. 6.  
& 7. Annual.

Iohan-



Yohannes Silentarius ex Nicopoli, parentibus insigni generis nobilitate, & opibus claris oriundus, patre Encratio, matre verò Euphemia, quarto anno Imperij Martiani natus est. Cumque à parentibus Christianis, sanctissimis disciplinis à teneris vnguibus institutus esset, ipsamque quodammodo sanctitatem, cum lacte imbibisset, utroque parente, piè & sanctè vitæ munere perfuncto, Deo se totum, octauodecimo ætatis suæ anno consecrauit & in ipsa Nicopoli, proprijs facultatibus, templum Virgini matri sacrum ædificauit: in quo assumptis decem fratribus eximia pietate viris, cœ nobiliticâ vitâ instituit. Ibi tantis tamq; egregijs virtutum omnium exemplis cæteris præluxit, vt Sebastiaæ Metropolitanus, fama eius comotus, ciuitatis illius, quæ Colonia dicitur, antistitem eum constituerit. Is autem cum iuuenis Pontificatum suscepisset, ita dignitatem illam administravit, vt de monasticæ vitæ severitate nihil remitteret. Cumque ieiunijs & orationibus assiduis operam daret, tum præcipuum in castitate & corporis & mentis studium collocabat: prorsus vt toto vitæ tempore, nunquam seipsum oculis nudis inspexerit. Hinc tanta mentis puritate vigebar, vt quamuis corpore in terris, cogitatione tamen semper in celestibus versaretur. Hinc alios etiam plurimos suarum splendore virtutum illustravit, & potenti exemplo ad amorem honestatis pertraxit.

Transactis autem decem in Episcopatu annis, cum cerneret indies magis magisque pietatem ab hominum malicia præfocari, nihilque amplius sanctum, nihil syncerum in hominum moribus inueniri, statuit relictis omnibus huius turbulen-

13. Maij.

Eius patria  
& parentes.Templum  
construit,  
fitque monachus.Ordinatus  
Episcopus.Pudicitia  
eius.

**Abit vir sã-  
ctus Hiero-  
solyman.**

**Visio eius.**

**Degit in mo-  
nasterio Sa-  
ba.**

**Degit in ma-  
gno silento  
tribus annis.**

bulentæ vitæ negocijs. in tranquillum religionis  
portum secedere. Itaque omnibus in seipis, cõscien-  
sa naui Hierosolyman abijt, vbi antè quàm no-  
uo alicui instituto penitens se addiceret, votis pre-  
cibusque Dei voluntatem exquirere statuit. Ita-  
que in oratorio Georgio martyri sacro in funde-  
dis ad Deum precibus longo tempore cum ver-  
saretur, ecce vidit nocte quadam stellam inter a-  
lias omnes admirando splendore rutilantem, &  
viuificæ Crucis figura insignitam. Eam cum atton-  
nita mente contemplaretur, visus sibi audire vo-  
cem est, vt eam lucem sequeretur, si vellet sine  
errore ad veram rectamque salutis viam perueni-  
re. Itaque sine cunctatione ad illam lucem gres-  
sus dirigens, ad maximam Lauram, centum &  
quingenta Anachoretis celebrè, quibus om-  
nibus Sabas præerat, peruenit. Erat autem locus  
ille omni ferè solatio humano destitutus, sed iu-  
tis tamque eximijs spiritualis vitæ delicijs flo-  
ridus, vt nihil eo præclarior, nihil iucundius vi-  
deretur. Ad hanc igitur accedens Iohannes, se Sa-  
bæ in disciplinam tradidit. Fuit continuo ad Oe-  
conimũ missus, vt ei in ijs quæ ad victum & culi-  
nam spectabant, in portandis quoque lapidibus  
alijsque oneribus inferuïret. Fecit hoc vir fan-  
ctus tanta alacritate, vt præter excipiendorum  
hospicum curam, omnibus insuper & singulis  
patribus incredibili humilitate & mansuetu-  
dine ministraret. In eo autem ministerio, post-  
quam anno vno cum laude versatus fuisset, Sa-  
bas visa admiranda viri pietate, ab omni exter-  
na occupatione, & congressu hominũ eum sepa-  
rauit, vt tota mète diuinis rebus incumberet. Ita-  
que accepta si tunc celi a. tribus admodũ annis in  
admiranda vitæ austeritate vixit. Totis quinque  
habdo.

habdoma  
ne videba  
reliquis  
nibus sen  
statutum  
acto, pro  
dinis por  
tempore  
& ignaru  
ciuitatis  
tio in ija  
num spj  
ret, Iohã  
rum peti  
aperuit.  
catoque  
nes, fac  
Quare n  
ei conce  
Et ro  
tum se a  
quo cri  
ret. Et ec  
visum ei  
& quom  
larem a  
tudinem  
nex, qui  
annos q  
loquio  
pore vi  
quo die  
cum fet  
Expl  
incolar

Abdomadæ diebus cibi potûsq; expertus, à nemine videbatur. Sabbarho autem & Dominica cum reliquis quidem ad diuina veniebat, sed ab omnibus semotus mente oculisque cælo intentus, statutum psalmodiæ officium explebat. Quo peracto, protinus ad turissimum silentij & solitudinis portum confugiebat. Expleto autem triennij tempore, Sabas Oeconomix Lauræ eum præfecit, & ignarus adhuc conditionis eius, ad Eliam sanctæ ciuitatis Archiepiscopum eum adduxit, vt sacerdotio iniciaretur. Cumque eò ventum esset, vt manuum suarum impositione antistes eum cõsecraret, Iohannes necessitate compulsus, Eliam secretum petijt, eiq; quis esset cum multis lachrymis aperuit. Oblupuit non mediocriter antistes, vocatoque ad se Saba, dixit fieri non posse, vt Iohannes, sacrorum ordinum gradus conscenderet. Quare ne quis ei molestiam exhiberet, silentium ei concederet.

Ea re magno animi dolore affectus Sabas totum se ad deprecandum Deum contulit, vt numquam crimine obstrictus esset Iohannes, intelligeret. Et ecce post crebras preces & lachrymas, per visum ei eximia Iohannis sanctitas reuelata est; & quomodo sprete dignitate terrena, ad singularem animæ puritatem consequendam, ad solitudinem confugisset. Tum vehementer gaudius se rex, quietem illi cõcessit, assignatoq; ei ministro annos quatuor ab omni familiari hominũ colloquio congressuq; abstinere permisit. Quo tempore vir sanctus nunquam pedem foras extulit: nisi quo die solennis Lauræ dedicationis memoria cum festiuo gaudio recolabatur.

Expleto verò quadriennij tempore nouorum incolarum insolentia offensus, secessit in deser-

X x 3

tum

Abbati Sabæ, diuinitus reuelatur, quis esset hic, vir sanctus.

Degit in de. tum Rubæ, quinquagesimo ætatis suæ anno; v-  
 ferto Rubæ, bi annis nouem ab omni humana consuetudine  
 nouè annis, remotus, in spelunca soli Deo cognitus delituit.

Cumque die quodam ad colligenda in vltim ci-  
 bi melagria, sua sponte nascentia, solitudinem  
 oberraret, viarum ignarus in inuia quædam præ-  
 cipitia incidit, è quibus nullo modo se extricare  
 poterat, prorsus vt propemodum exanimis hu-  
 mi laberetur. Ecce autem, repente diuinæ virtu-  
 tis visitatione in altum sublatus, non secus ac  
 Propheta Abacuc, in sua est spelunca inuentus.

Daniel: 14.

Venit aliquandò frater quidam ad eum an-  
 choreticæ vitæ, vt apparebat, cupidus. Sed is pau-  
 lo post, talis philosophiæ tædio affectus, in festi-  
 uitate Paschali festiuitate, Iohannem vt secum ad  
 Lauram pergeret, obnixè rogare cœpit. Erant  
 enim summa ibi rerum omnium penuria, & fra-  
 ter ille lautiori aliquantum cibatu, fractam in-  
 edia carnè roborare volebat. Cui Iohannes nullo  
 modo acquiescebat, sed hortabatur eum instanter,  
 vt Dei benignitatem præstolaretur, qui potens  
 esset in vasta solitudine non modo quæ ad neces-  
 sitatem, sed quæ ad voluptatem etiam faciunt a-  
 bundè suppeditare. Sed ille his alijsque minimè  
 persuasus, relicto Iohanne, ad Lauram abiit, sed  
 errabundus quò desiderabat, peruenire nõ potuit.  
 At venerandus Pater Iohannes eo absente, mul-  
 tis fuit à superueniente quodam amico donis  
 ac muneribus affectus, pane optimo, vino, oleo,  
 caseo recente, melle & ouis. Alter autem terribi-  
 ana inedia & labore confectus tandem redijt, &  
 ingenti pudore affectus, eum demùm esse diffi-  
 dentia & inobedientia fructum intellexit.

Eodè tempore, Alamundarus Saracè, rex Ara-  
 biã & Palestinã inuasit, & flamma ferroque cuncta  
 popu-

populatus, solitudinem peragrabat. Cumque omnes, vnicum in fuga salutis suæ præsidium cōstituerent, Iohannes nullo modo Rubam deserre voluit. Quid enim, dicebat, si Deus meī curā non gerit, quid viuo? Itaque cæteris omnibus in fuga salutem quærentibus, ille altissimum suum refugium posuit, & animo imperterrito aduentantes barbaros expectauit. Eccè autem admirabilem diuinæ prouidentiaē bonitatem & paternam suorum curam in omni seculorum æternitate prædicandam, Leo immanis & terribilis, die noctuque viro sancto assistens, barbarorum vim repulit, & ferocius irruentes, ipse ferocior repressit. At Sebas Nicopoli veniens, Iohannem adiit & multis rationibus persuasum, ad Laurā quam alio in loco à Barbarorum incursione immunitè construxerat, secum abduxit. Ibi autē in cella ignotus latuit, donec Angelo reuelate ad aliorum omnium profectū & vtilitatem mirabiliter innotuit. Quod qualiter contigerit, non erit abs re paucis explicare. Atherius Archiepiscopus, ex Asiæ regione religionis ergò Hierosolymam, sacra loca visurus venerat; cumque votis precibusque ex animi sententia persolutis, in patriam maturaret, fuit contrario vento, non sine periculo Ascalonem repulsus; post duos vero dies navigationem restaurans, ab Angelo secundum quietem admonitus fuit, vt reuersus Hierosolymam Iohannem olim antistitem, & omni laude sanctitatis præditum, in Laurā Sabæ Abbatissæ delitescentem conueniret. Tali igitur monitus oraculo, Hierosolymam repetijt: & Iohannem conueniens, quæ ab Angelo acceperat, enunciauit: & iureiurando adegit vt genus suum & conditionem, ad illum diem omnibus

Xx 4

incog-

Leo defecit  
dit virum  
sanctum, ab  
incursione  
Barbarorū.

Proditur ei  
dignitas ab  
angelo.

686 VITA S. IOAN. EPISC. SILENT. &c.  
incognita panderet. Igitur Iohannes per nomen  
Domini ab Atherio adiuratus, multis cum la-  
chrymis, & genus & dignitatem cui sponte re-  
nunciauerat, aperuit: cunctis sanctissimi viri vir-  
tutes vehementer admirantibus.

Locus autem in quo inclusus erat sanctus se-  
nex habebat altissimum ab Occidente precipi-  
tium, eratque ex petra excisus, & omni humore  
destitutus. Quadam vero die, accepto vnica ca-  
rica semine dixit Theodoro & Iohanni discipu-  
lis; Si Dei clementia huic semini & petre duris-  
simae virtutem donauerit, vt fructum ferat, indi-  
cium erit quod mihi dono largitur Deus regni ca-  
elorum. Hoc cum dixisset, infracta illi petre  
admouit caricam, & germen paulatim indurum  
crescens, eò magnitudinis peruenit, vt etiam re-  
mis suis testum operuerit; & tres post aliquod  
tempus ficus produxit. Quos senex cum lacry-  
mis deosculans comedit, & plenus dierum, ac  
honorum operum, ex eo quidem tempore, ad  
communem exitum se preparabat.

Res sanè stu-  
penda.

Hic habes  
auctorem  
historiae

Hic caret ec-  
clesia, ma-  
gno detri-  
mento, eius  
temporis hi-  
storica veri-  
tati.

Ex hoc loco  
constat, Io-  
hannem ad  
huc vixisse,  
dum auctor  
viam eius  
conscribe-  
ret.

Hæc quidem pauca ex multis monumentis  
mandauit; eius vero certamina, quæ aduersus O-  
rigenis & Theodori Mopsuestiæ dogmata sulce-  
pit, & persecutiones & pericula quæ pro ortho-  
doxa fide sustinuit, victoriasque, & res ab eo glo-  
riosè gestas, alijs narranda relinquo. Trigesimo  
octauo ætatis suæ anno Pontifex ordinatus fuit,  
decem vero annis in episcopatu transactis, ad  
Lauram se contulit; in qua annos nouem exegit  
& nunc angusto loco conclusus, in quo vique in  
diem hodiernum silet, quadraginta septem an-  
nos Dei gratia impleuit. Et licet iam ætatis suæ  
annum centesimum quartum attigerit, est tamen  
vultu hilaris, & prompto alacrique animo, ad o-  
mnes

labores pro Christi nomine perferendos.

MARTYRIVM SS. VICTORIS & CO-  
tona sue Stephana, quod egregia fortitudine  
consummarunt Damasci, anno ab orbe redem-  
to 154. Hyginij Pontificis Rom. 1. ex eo quod est  
apud Metaphrasten.

C Baron. to-  
2. Annal.

Vo tempore Antoninũ Pius Romanum  
administabat Imperium, anno eius im-  
perij 15. ingens aduersus Christianæ fidei  
& pietatis cultores persecutio defæuijt. Erat au-  
tem miles quidam genere Italus, & eximia in  
Deo pietate ante alios clarus, quem Sebastia-  
nus dux exercitũs comprehendi, & ad immolan-  
da dijs sacrificia compelli iussit. At Victor (hoc  
namque militi Christiano nomen erat) spreto  
Sebastiani mandato, præcisè & constanter respõ-  
dit: se nullo modo dijs sacrificaturum. Si vellet  
corpus varijs supplicijs excarnificare, se paratũ  
esse; cum probè certoque sciat, animam in manu  
Dei esse, quam nullo modo attingere posset. Dux  
hoc accepto responso obstupuit, & num certum  
deliberatumque ei esset, mortem ita intrepidè  
oppetere, quæ fuit. Ad quæ Victor: Hæc ego mor-  
tem esse nequaquam existimo, quæ vitam conci-  
liat sempiternam, his, qui breuia hæc tormenta  
ad extremum spiritum fortiter perferunt. Tum  
Dux digitorum Victoris compages confringi, &  
acute exprimi iussit. At Victor quasi iam marty-  
rij primitijs decoratus, in eo supplicio incredi-  
biliter exultauit. Dux verò fornacem vehemen-  
ter accendi, & martyrem in eam conijci iussit.  
Factum fuit quod imperatum erat celeritate ma-  
gna, & ne qua martyris ossa superessent, tridud  
occlusa fornace in ea detentus fuit. Tertio verò

14. Maij.

Crudeliter  
torquetur  
S. Victor.

Xx 3 die,

688 MART. SS. VICTOR. & CORONA  
die cum opinarentur eum penitus ab igne con-  
sumptum, reclusa fornace, præter omnem opinio-  
nem martyrem viuum, & vultu totoque corpore  
decorum, Deum laudentem & psallentem inuenerunt.

Qua re conturbatus Dux, carnes pestifero in-  
fectas veneno, ei comedendas obtulit. Quæ cum  
à venefico quodam ei porrectæ fuissent, sanctus  
martyr: Mihi quidem, inquit, usus carnum con-  
cessus non est, sed ut intelligas veneficia tua ni-  
hili esse, eas comedam; statimque precatione prius  
peracta, eiusmodi carnibus vesci coepit neque  
mali quicquam passus est. Veneficus autem pa-  
dore suffusus, alia quædam obtulit prioribus pe-  
ora, aitque: Profectò si & huius veneni vim su-  
peraueris; ego quoque, derelicta arte magica,  
protinus ad Deum, quem tu colis, accedam. Cum  
igitur Victor eadem qua prius facilitate es sum-  
psisset, exclamans Magus: En, inquit, vituli, & a-  
nimam meam æternis supplicijs deputatam, ab  
inferis liberaisti; statimque libris suis Vulcano  
traditis, Christo ex animo nomen dedit.

Tunc furore accensus Sebastianus, iussit to-  
tius corporis martyris nervos diuelli, & feruens  
oleum occultis corporis partibus infundi. Quo  
facto beatus martyr: Tam mihi, inquit, suauis hoc  
oleum feruens visum est, quàm aqua gelida quæ  
ab homine nimio æstu laborante potari solet.  
Tunc Dux intolerabili furore correptus, mar-  
tyrem in ligno suspendi, & arduas eius lateri-  
bus faces admoueri iussit, & conuersus ad mar-  
tyrem: Sacrifica, inquit, dijs, diu enim te percussit.  
Cui Victor. Minimè faciã quod tu vis, sed quod  
vult Deus meus: quem precor, ut sacrificium pu-  
rum & castum, me ipsum illi offerre possim, in  
cuius potestate & anima & corpus meum est.

Tunc

A veneno  
nihil ladi-  
tur.

Conuertitur  
veneficus ad  
Christum.



Tunc Dux venenum aceto mistum, in eius fauces ingeri & oculis eum priuari iussit. At beatus Victor: Cum, ait, corporis mei visum excacaueris, nec interiori animæ sensu acutiùs videbo. Corporei enim oculi, mundi huius vanitatem aspiciunt: at cordis acies, veram illam lucem intuentur. Cogis me, inquit Dux, multa & magna tibi inferre tormenta. Ille autem: Et ego gratias ago Deo meo, qui facultatem & robur eadem perferenda mihi præstat. Ut igitur libet, me crucies, neque vlla in re mihi parcas; paratus enim sum omnes, quascumque mihi attuleris ærumnas, libenter perpeti. Deo ipso mihi vires suggerente.

Tunc Dux in rabiem conuersus: Suspendite, inquit, hominem istum obuerso in terram capite, quò sanguis per nares defluat. Illo igitur suspensio milites discesserunt. Triduo in eo supplicio perseverauerat, cum milites redeùtes, quem mortuum existimabant, viuum reperere. Sed fertur ipso accessu omnes luminibus orbatos fuisse, quæ tamen martyr suis precibus restituit. Itaque restituta militibus videndi facultate, illi abierunt, & Duci quæ acciderant, retulere. Tum verò ille furor æstuans, militibus vt Victorem degluberent, præcepit. Cumque ferro armati appropinquarent, beatus martyr: Licet, inquit, corporis cutem absculeris, mentem tamen & cogitationes meas non superabis. Aderat ibi militis cuiusdam vxor, Stephana nomine, annos natus sedecim, quæ voce magna Victorem scelicem, & terque quaterque beatum prædicare cepit, & depromptis varijs scripturæ locis mirifice exhilarare. Tandem verò hæc adiecit. Ecce video duas è cælo coronas demissas, vnã maiorem, alteram minorem; & maiorem quidem illam,

Tres dies, reuoluto in terram capite, manet suspensus.

Cutis ei detrahitur.

Stephana Græcè, Latinè Corona, confirmat Victoris



illam tibi allatam ab angelis duodecim annorum  
verò ad me missam audiui. Nam etsi vas infirmum  
ego sum, nihilominus tamen & ipsa parata sum  
certamen subire.

Hæc cum audisset Dux, iratus valde femi-  
nam illam ad se adduci iussit. quam sic ostentat  
est: Quænam es tu? Christiana, inquit illa, ego  
sum. Tum Dux, quot annorum es? Cui Stephana  
quindecim, & mensum octo. Quæ fuit præ-  
terea Dux quamdiu cum viro quo cum in dicitur  
erat, vixisset. Respondit illa, se annum unum, &  
menses quatuor cum eo vixisse. Et quare inquit  
tam citò mundum reliquisti? Ad quæ Stephana

**Fræclera Co-  
ronæ Con-  
fessio.**

Reliqui breuem & fragilem mundi huius deco-  
rem, & terrenas ac fallaces corporis voluptates,  
vt fidenti animo, Saluatori meo Iesu Christo  
expectamus, occurrere valeam; illi videlicet  
terreno & cælesti. sponso. terrestris enim ad se  
est, & mortalis, Tum Dux; Desistas ab ista cogi-  
tate inutili, & ad deos accedens illis sacrifici-  
is non quibus & grauioribus tormentis te cruciatam  
consumam. At illa dixit; Ego vocor Stephana,  
cui in cælis corona reposita est. Quamobrem sa-  
crificia ista vestra non offeram, vt à vero illo cer-  
taminum præside Christo, coronam recupera-  
possim.

His auditis Dux, furore nimio accensus, iul-  
sit Stephanam duabus palmarum arboribus de-  
curuatis alligari, & repente arbores illas dimo-  
ti. Quo facto, bellatrix & martyr Stephana per  
medium discerpta est, præclaroque ornata ma-  
tyrio ad cælos migravit. Sæctum autè Victorem  
iussit securi percuci. Qua sententia mirabiliter  
gausus Victor, in has voces prorupit: Gratias a-  
go Deo meo, qui me tali ac tanto dono signa-

**Discerpta  
abit in cæ-  
los.**

**S. Victor se-  
cure percu-  
titur.**

Prophetia  
cius.

Cumque ad supplicium duceretur, propheta spiritu excitatus, dixit Quæstoribus: Post septem oratores vestri morti succumbent, vos post duodecim eadem mors comprehendet. Dux verò post dies viginti quatuor ab adversariis in captivitatem abducetur. Porro hoc meum corpusculum, post annos tres, ab hominibus nostris, in loculos iam pridem mihi paratos detur. His dictis securi percussus est, statimque sanguis & lac, non sine ingenti omnium admiratione, ex vulneribus eius profuxerunt. Quo miraculo multi Græcorum permoti, ad fidem accesserunt; in qua postea, exitu certissimo martyris vaticinia probante, mirificè confirmati sunt. Martyrio autem sancti sunt, S. Victor & beata Stephana in vrbe Damasco, imperante Anronimo & Sebastiano Duce.

VITA S. BONIFACII, EPISCOPI C Baro: 16. 7  
Annal.

Ferentini in Tuscia. ex ea qua est per D. Gregorium Papam lib. 1. dialog. cap. 9. Claruit temporibus Iustimiani Imperatoris, anno Redemptoris 137. & sequentibus.

Sanctus Bonifacius nutritus in obsequio Gaudentij presbyteri, civitatis illius quæ Ferentis dicitur, Antistes, & vitæ sanctitate & miraculis claruit. Habebat is vnicum pauperis suæ solatium, vineam exiguam; quæ quodam die ita grandine irruente vastata est, vt in ea paucis vitibus vix parui rariq; racemi remansissent. Pro quo magnas vir Deo omnipotenti gratias agit. quod maiori se inopia affligi cerneret. Sed ita tam tempus vindemix immineret. quadã die mandavit Constantio presbytero nepoti suo, vt cuncta

14. Maij.  
Paupertas  
ecclesie Fe-  
rentine.

cuncta vini vascula, doliaque omnia, ut antè con-  
sueuerat, pice superfusa præpararet. Quod cum  
nepos illius presbyter audisset, valdè admiratus  
est, quòd quasi insania præciperet: ut vini vascu-  
la præpararet, qui vinum minimè haberet: iussit  
tamen obtemperans, omnia ex more præpara-  
uit. Tunc vir Dei collectis racemis, ad torcular  
abiit, & eiecit omnibus, solus ibidem cum que-  
ro remansit, à quo paucissimos illos racemos col-  
lari fecit. Cumque ex iisdem racemis parum  
liquid vini deflueret, coepit hoc vir Dei per om-  
nia dolia vasaque, quæ parata fuerant, pro bene-  
dictione diuidere: vocatoque ad se presbytero,  
iussit adesse pauperes. Tunc prorins tanta vini  
copia torcular redundauit, ut omnia pauperum  
vascula implerentur. Quibus cum se idoneis iussit  
fecisse conspiceret, apothecam clausit, atque im-  
presso sigillo proprio munitam reliquit, mox  
ad Ecclesiam rediit. Die verò tertia, predictum  
Constantinum vocauit, & oratione facta apothecam  
aperuit, & vasa in quibus tenuissimum liquorem  
infuderat, vbertim vinum fundètia insentit:  
ita ut pauimentum omne excrescentia vina inuaderet,  
si ad hæc episcopus tardius intrasset. Tunc  
terribiliter presbytero præcepit, ne quouique  
ipse in corpore viueret, hoc miraculum cuiquam  
indicaret; pertimescens videlicet, nè virtute facti,  
fauore humano pulsatus, inde in eius euano-  
sceret, vnde foris hominibus magnus appareret.

Eximia eius  
humilitas,

Alio quoque tempore, cum beati Proculi mar-  
tyris natalitius appropinquaret dies, vir nobilis  
Fortunatus, magnis precibus ab eodem venera-  
bili viro postulauit, ut cum apud beatum marty-  
rem Missarum solennia ageret, ad benedictionem  
dandam

in suam domum declinaret. Vir autem  
 negare non potuit, quod ab eo ex Fortunati  
 nomine charitas poposcit. Peractis igitur Missarū  
 mensam, priusquam Deo hymnum diceret, sicut  
 quidam ludendi arte cibum solent quærere, re-  
 pente ante ianuam cum simia vir astitit, & cym-  
 bala percussit. Quem sanctus vir indignatus au-  
 diens sonitum dixit: Heu heu, mortuus est miser  
 iste. Ego ad mensam refectiois veni, os adhuc in  
 laudem Dei non aperui, & ille cum simia veniēs  
 percussit cymbala. Subiunxit quoque & ait; Ite,  
 & pro charitate ei cibum potumque tribuite:  
 sonne tamen, quia mortuus est. Qui infelix vir,  
 dom panem ac vinum ex eadem domo perce-  
 pisset, egredi ianuam voluit: sed saxum ingens  
 subito de tecto cecidit, ei que in verticem ve-  
 nit. Ex qua percussione prostratus, in manibus  
 iam semivivus leuatus est. Die verò altera,  
 secundum viri Dei sententiam, funditus finiuit  
 vitam.

Alio tempore Constantius nepos eius, &  
 quum suum duodecimum aureis vendiderat,  
 preciumque in arca reposuerat. Tunc subito  
 ad episcopum pauperes venerunt, qui impor-  
 tunè precabantur, vt eis aliquid, ad consola-  
 tionem inopiæ largiretur. Sed vir DEI, quia,  
 quid tribueret, non habebat, æstuarè cœpit  
 in cogitatione, ne ab eo pauperes vacui exirent.  
 Cui cum repente nepotis equus, & precium eius  
 in arca reconditum, in mentem venisset, accessit  
 ad arcã & piè violentus, claustra arcæ cōminuit,  
 ex qua duodecim aureos tulit: eosque indigenti-  
 bus, vt placuit, diuisit. Itaque Constantius pres-  
 byter

Vir sanctus  
 ab omniatur  
 ioculatoris.

Benignitas  
 eius in pau-  
 peres.

byter reuersus ex opere, arcam fractam reperit, & caballi sui precium, quod in eam posuerat, non inuenit. Tunc voce magna perirepere, & cum furore nimio clamare coepit: Omnes hic viuunt, solus ego in domo hac viuere non possum. Ad cuius voces cum multi accurrerent, cum episcopus voce blanda eius furorem mitigare voluit. At ille cum iurgio solidos suos repellens nulla antistitis persuasione placari poterat. Tum vir sanctus importunis eius clamoribus coactus, B. Virginis ecclesiam ingressus est & expansis ad caelum manibus, stando orare coepit: ut ei redderet, vnde presbyteri furentis insania mitigari posset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum, inter extensa brachia reduxisset, repente in sinu suo, duodecim aureos inuenit, haec fulgentes tamquam si ex igne producti eadem hora fuissent. Qui mox de ecclesia egressus, eos in sinum furentis presbyteri proiecit, dicens: Epece habes solidos, quos quasiisti; sed hoc tibi notum sit, quia post mortem meam in huius Ecclesiae episcopum non eligeris, propter tuam auaritiam. Ex qua sententia veritatis colligitur, quod eosdem solidos presbyter, pro adipiscendo episcopatu praeparabat: sed viri Dei sermo operabatur; Nam idem Constantius, in presbyteratus officio vitam finiuit.

Diuitius  
ei aurei red-  
duntur.

Venerunt quandoque ad eum, hospitalitatis gratia, duo Gotthi, qui Rauennam se sellinare professi sunt. Quibus ipse paruum vas ligno-um, vino plenum, manu sua praebuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent, ex quo illi, quousque Rauenam venerunt, biberunt. Aliquantis autem diebus in eadem ciuitate morati sunt, & vinum quod a sancto viro acciperant

perant quotidie in usu habuerunt. Sicque usque  
ad eundem venerabilem Patrem ferentes, reuer-  
si sunt, ut nullo die cessarent bibere. & tamen vi-  
num eis ex illo vasculo nunquam decesset, ac si in  
illo vase ligneo, quod episcopus eis dederat, vi-  
num non augetur, sed nasceretur.

Quadam die vir sanctus hortum ingressus,  
cum magna erucarum multitudine eum cooper-  
tam inuenisset, quæ omne olus depascebantur,  
conuersus ad easdem dixit: Adiuro vos in nomi-  
ne Domini Iesu Christi, recedite hinc, atque hæ-  
erica comedere nolite. Quæ statim ad viri Dei  
verba, ita omnes egressæ sunt, ut nec vna quidem  
intra spatium horti remaneret. Sed quid mirum,  
quod hæc de episcopatus eius tempore narra-  
mus, quando iam ab omnipotente Deo, ordine  
simul & moribus creuerat: dum illa magis mi-  
randa sint, quæ adhuc puerulus gessit. Nam eo  
tempore quo cum matre sua puer habitabat, e-  
gressus hospitio, nonnunquam sine lineâ, crebrò  
etiam sine tunica reuertebatur: quia mox ut nu-  
dum quempiam inuenit, vestiebat, hæc se expo-  
nens, ut se ante Dei oculos, illius mercede vesti-  
ret. Quem mater sua frequenter increpare con-  
sueuerat, dicens quòd iustum non esset, ut ipse in-  
ops, pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die  
quadam horreum ingressa, penè omne triticum,  
quod sibi in expendiù totius anni præparauit, in-  
uenit à filio suo pauperibus erogatum; cumque  
semetipsam a lapidis pugnifq; tunderet, quod qua-  
si anni subsidia perdidisset, superuenit Bonifa-  
cius puer Dei, eamque verbis, quibus valuit, con-  
solari ccepit. Quæ cum nihil consolationis ad-  
mitteret, hanc rogauit, ut ab horreo exiret, in  
quo ex omni tritico parum, quòd inuentum erat

Xy

reman-

Vinum in  
vasculo au-  
gecit.

Erucas iussu  
pellit ex hor-  
to.

Adhuc puer  
quàm fuerit  
largus in  
pauperes.

Precibus magna  
triticici  
copiam ob-  
tinet.

remanfisse. Puer autem Dei, se illic protinus in orationem dedit, qui post paululum egressus ab horreo, matrem reduxit: quod ita tritico plenum inuentum est, sicut plenum antea non fuerat, vnde mater illius totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo compuncta mater, iam ipsa coepit hortari vt daret, qui sic celeriter posset, quae petisset, accipere.

Hæc quoque in hospitij sui vestibulo, gallinas nutrire consueuerat: sed eas ex vicino rure, vulpes veniens auferabat. Quadam vero die dum in eodem vestibulo puer Bonifacius fræres vulpes ex more venit, gallinam abstulit. Ipse autem concitus ecclesiam intrauit, & se in orationem prosternens, apertis vocibus ait: Placet tibi Domine, vt de nutrimentis matris meæ manducare non possim? Ecce enim gallinas quas nutrit, vulpes comedit. Qui ab oratione surgens, ecclesiam est egressus. Mox autem vulpes redijt, gallinam, quam ore tenebat dimisit, atque ipsa moriens ante eius oculos, in terram decidit: & sic exauditus est in rebus vilibus, puer sanctus & simplex, vt in paruis discerneret, quantum de Deo præsumere, in magnis petitionibus deberet.

Precibus vulpem interfect.

#### INSIGNE MARTYRIVM S. PONTIJ,

C. Bar. to. 2.  
Annal.

Senatoris Romani, quod virili animo constanter, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, circa annum Incarnat. verbi 259. quo aduersus Christianos dira Roma persecutio effusata temporibus Stephani Papa. Ex eo quod extat apud Suriium.

Beatus



14: Maij.

**B**eatus Pontius patrem habuit vrbis Roma-  
 nae Senatorem, Marcum nomine, matrem  
 Iuliam. Ea pragnans cum templa falsoru  
 deorum munera oblatura, vna cum marito suo  
 obiret, ad templum Iouis pervenit. Illud ipsa in-  
 grediente, forte stabat sacerdos, velato capite,  
 infula ornatus, ad aras. Is a daemone arreptus, ve-  
 lamen cum infula discepfit, eiulansque mirum  
 in modum, templum clamoribus implevit, ita  
 dicens: Hæc mulier filium vtero gestat, qui gran-  
 de hoc sanum funditus evertet, & deos illius cõ-  
 minuet. Quas voces cum identidem repeteret,  
 Marcus & Iulia in vicinas ædes aufugerunt: cor-  
 ruptoque saxo Iulia, ventrem & latera sua tun-  
 debat; Vtinam, inquiens, non concepissem eum  
 qui hoc magnum delubrum, & eius numina e-  
 verteret. Satius profectò fuerit me cum illo pari-  
 ter interire.

S. Pontij pa-  
tentis.

Post ubi aduenit pariendi tempus, infantem  
 formosum enixa est, nulla macula aspersum, e-  
 xillimantibus alijs abortum edituram matrem,  
 propter vim crebris ictibus corpori eius illa-  
 tam. Et illa quidem volebat etiam natum pue-  
 rum perdere, sed pater obsistebat, dicens: Si vult  
 Iupiter, viciscatur hostem suum, atque ita con-  
 servatus est paruulus, cui Pontio nomen indide-  
 runt. Nolebant autem vnquam in templa idolo-  
 rum eum introducere. Postquam crevit, doctis-  
 simis præceptoribus adhibitus, diuersarum ar-  
 tum & philosophiæ studijs imbutus est, tenaci  
 memoriæ omnia commendans. Cum autem pri-  
 mo diluculo aliquando ad præceptorem suum  
 pergeret, audiuit Christianos, quibus Pontianus  
 Romanus Pontifex præerat, psallentes & dicen-  
 tes: Deus autem noster in cælo omnia quæcunq;

Nascitur Põ-  
tius, præter  
opinionem  
formosus.

Pontianus  
Põtifex Rõm  
manus.  
Psal. 119.

Y y z voluit

voluit fecit. Simulacra gentium, argenteum & aurum. &c. Id ille audiens diuinitus conuulsus, suspirans fleuit: sublatiſque ad cælum manibus Deus, inquit, cuius laudes isti non celebrant, fac me, quæſo, ad tui notitiam peruenire, ut non ſeres pullare cœpir. Qui ſtatim à Pontificio ſancto, pueri aduētum ei reuelante, benignè humaniterq; admiſſus eſt. Ingreſſus igitur puer, cū adoleſcentulo Valerio condiscipulo ſuo, deſic inſtructus eſt: & ſedulò deinceps poſt habitus magiſtris ſuis, Pontifici de rebus diuinis differenti aures præbuit.

Interea accidit ut reuertentem illum pater Marcus interrogaret, quidnam è ſuis præceptoribus didiciſſet, cui reſpondit puer: nunquam ſecum benè inſtitutum, quam hoc biduo. Tandem eò progreſſus eſt, ut patris ſuo vanitatem idolorum demonſtraret: eum q̄ue ad Pōrtianum Pontificem introduceret qui breui eum ad Chriſtum adduxit, & luſtralibus aquis expiauit. Eo autem poſtea vitæ munere ſanctè perfuncto, filius Pōrtius, quamquàm inuitus & reluclās, in patris locum cum honore ſubſtitutus eſt. Porò in regia tanta morum ſuauiſſitate & modeſtija verſabatur, ut mirè omnibus charus eſſet. Per id tempus ſcilitet bicti, Pontianus deceſſit è vita, eiq̄ue Anterius ſucceſſit qui vno tantum mēſe Eccleſiæ Dei præſiit. Ei ſubrogatus Fabianus, beatum Pontium hunc ſecus atque filium ſuum dilexit. Ille verò ſuperſectus, omnes facultates ſuas, per manus S. Fabiani in pauperes erogauit.

Erat autem etiam familiariter notus & amicus, duobus Philippis Imperatoribus, patris & filio. Ij verò, anno vr̄bis cōditæ milleſimo, \* vt deſoſi ſibi propitios redderent, & grati animi ſignificatio.

Pontius inſtruitur in fide Chriſti, à Romano Pontifice.

Pater eius conuertitur.

Sic ſentit Onuphrius, licet aliter Platina habeat de Anterio.

\* Vide Baro. ad ann. 246.

stationem ostenderent, quòd eos in annum Romanarum vrbis millesimum perduxissent, sacrificia offerre voluerunt. Pontius autem, cum eum ad societatem, vt amicam inuitarent, multis modis interfugere nitebatur. Sed eum nullus subterfugendi locus aut occasio daretur, audacter ad Imperatores conuersus dixit: ò pijsissimi Imperatores, cum augustum vobis à Deo imperiũ in homines collatum sit, cur eum potius honoratis, à quo tanto estis beneficio aucti. Respondit Philippus: Ego verò, ea causa, magno deo tui sacrificare cupio, quod ab illo hæc mihi collata sit potestas. Ad Pontium subridens: Ne erres, inquit Imperator. Est Deus præpotens in cælo, qui omnia condidit verbo suo, & spiritus sui gratia animauit. Quid plura? Imperatores his & alijs eius sermonibus permoti, crediderunt, & à Sancto Fabiano Papa sacris aquis lustrati sunt. Porrò Fabianus & Pontius, magni famulidola omnia confregerunt, & ipso templo funditus subuerso, ingentem populũ multitudinem ad fidem traxerunt.

Posteà autem Valeriano & Gallieno imperantibus, & dira in Christianos persecutione saeuientibus, beatus Pontius ab Italia egressus, ad Cimelam urbem se contulit. Claudius præses pro tribunali sedens, iussit eum coram se adduci, dixitque ei: Tu nunc es ille Pontius, qui Romam urbem nescio qua excitata seditione turbasti, atque etiam piorum principum animos abalienasti? Respondit Sanctus Pontius: Ego verò neque turbaui quenquam, neque subuertii: sed à malorum dæmonum cultu & errore, ad Deum verum conuerti. Cumque non posset ad sacrificandum induci, Præses omnium tormentorum

Conuertit  
duos imperatores.

Pontius  
fitur præsi-  
di.

Seuerè tor-  
quetur.

Diuinitus è  
tormentis  
eripitur.

Vrbi blandi-  
uatur S. Pō-  
tio.

rum instrumentis productis, primò eum in eculeo tanta seueritate distendi iussit, vt per omnia membra pœnæ diffunderentur: Videtibus, inquit, num DEVS eius, sit eum ex manibus meis erepturus. At beatus Pontius ait: Tametsi tu putas imbecillum esse DEVM meum, mihi tamen planè persuasum habeo, pœnas tuas in eius nomine mihi nullum prorsus dolorem irrogaturas. Cùm ergò in eculeo tenderetur, & ministri cochleam impositis vestibus promouerent, cum magno fragore ruptus est eculeus, adeoque in puluerem redactus, vt nusquam appareret: quiq̃ue præsentes aderant, repentino fulgore exanimis reddebantur.

Tunc verò Pontius hilari ad Præsidentem vultu. Vel nunc tandem, inquit, incredule dolere, DEVM nostrum pios posse de tentatione eripere: vos autem iniquos & impios, in die iudicij æternis ignibus cruciandos destinare. Iussit autem Præsides apparari amphiteatrum, & beatum Pontium in arena deponi. Vbi cum ex consilio Anabij affessoris eius, duo venatores cum taureis vr̃fos in eum incitârunt; sed illi è caueis egressi, ipsos venatores mille discerpserunt, ita vt humana forma penitus destituerentur. Porro sancto Pontio blandientes nullam prorsus molestiam attulerunt. Id conspicatus populus, sublati in cælum clamoribus dicebat: Vnus est DEVS Christianorum, quem Pontius colit. Ijs vocibus effertus Præsides, præcepit CHRISTI martyrem, interfectis in eius manus & pedes catenis, in media arena statui, magnamq̃ue lignorum struem, & omne genus fomitis comportari & incendi. Sed ecce flamma lambeas materiam omnem atque fami-

nen, nihil eius relinquit non combustum & consumptum: ac sancti martyris ne simbriam quidem vestimenti lædit. Pudefactus ea re Præses, hortatur martyrem vt Apollini sacrificet. Ille verò respondit: Ego corpus meum sacrifico DEO meo, qui me ab idolis vestris hætenus incontaminatum conseruat. Vobis autem & principibus vestris breui aderit cælestis vindicta, qui iniustè seruos CHRISTI persequimini.

Cernens Præses eius constantiam, iussit eum in saxo, quod riulo imminabat decollari, corporisque eius deorsum projici. Non multò post completus est sermo martyris propheticus. Valerianus enim Imperator, à Sapore Persarum rege captus, ludibrio est habitus cunctis diebus vitæ suæ; ita vt quotiescunque rex Sapor equum conscendere vellet, in eius curuatum dorsum & ceruicem posito pede, pro scabello eo uteretur; Gallienus verò apud Mediolanum à militibus suis comprehensus, & gladijs confossus est. Porrò Claudius Præses, & Anabius assessor eius, eadem hora, qua capite plexus est sanctus Pontius, arrepti à dæmonibus præfocati sunt. Claudius linguam suam morsibus particulatim discerpfit; Anabij oculi, è suis sedibus præ nimio dolore extrusi, pellibus tenuissimis per ora pendebant: denique momento temporis ambo animas expirârunt.

Decollatus  
S. Pontius.

Cælestis vindicta  
dicta in tyrannos.

VITA S. PACHOMII ABBATIS EX  
 ea qua est apud Simeonem Metaphrasten. Huius  
 res gestas Gracè conscriptas, Dionysius abbas huius  
 cognomento Exiguus, sanctitate & eruditione  
 clarus Latinè conuertit, ante annos plus minus ac-  
 centum. Floruit autem hic Sanctus in monachicâ  
 institutione, anno à partu virginis 328. & fructu-  
 tibus, temporibus Siluestri Papa, & Constantini  
 Imperatoris.

C. Baron.  
 Annal. to. 3.  
 & in not.  
 mar. Rom.

14. Maij.

Viderè mi-  
 rā in Pachomio puero.

**P**Achomius gentilibus ortus maioribus,  
 cum admodum iuuenis à parentibus ad lo-  
 cum quandam, idolorum sacrificij cele-  
 brem, perductus fuisset, ipse Sacerdos, quibus  
 fortè nefandis sacris intentus erat, nullomodo  
 sacrificium peragere, vel consueta à dæmone o-  
 racula extorquere potuit. Id verò cum non alia  
 de causa, quam propter iuuenis præsentiam ac-  
 cidere intelligeret, magna cum indignatione &  
 furore, Pachomium è fano eiecit. Quare pa-  
 rentes planè conturbati, sollicitè inquirere coe-  
 perunt, quidnam esset quod eorum filium non  
 quam libaminum vinum à se hauritum, retinere  
 posset. Verùm cum eius rei causam indagare  
 quirent, tristes conqueuere, & Aegyptiacis lit-  
 teris apprimè eum erudiri curarunt.

Cum autem post varias persecutiones quibus  
 Ecclesia diu grauerè quassata fuerat, Constantinus  
 Imp. aduersus tyrannum expeditionem sus-  
 ciperet, ad eamque insigni robore ac virtute iu-  
 uenes, ex varijs prouincijs deligerentur, inter alios  
 & ipse Pachomius annos tum natus viginti  
 sese tyronibus illis adiunxit: & conscensum cum  
 reliquis naue, prospero satis ventorum flatu in  
 quod-

Pachomius  
 dat se mili-  
 taria, sub C. S.  
 Constantino.

quendam Thebaidis oppidum appulit. Interea  
 cum omni penu exhausto, extrema rerum om-  
 nium inopia premerentur, Christiani quidam  
 pietatis & misericordiae memores, benignè ad-  
 modum eis fecerunt: & non modò cibo potu,  
 que sed recentibus etiam fructibus, alijs que re-  
 cuperandae valetudini rebus idoneis recrearunt.  
 Id tacitus secum admirans Pachominus, & se-  
 dulo virorum istorum benignitatem charita-  
 temque contemplanis studiosè inquirere coepit,  
 quae gens illa esset, quam religionem sectaretur  
 & quid demùm ad tantam humanitatem homi-  
 nibus peregrinis praestandam, eos impelleret.  
 Cumque eos homines Christianos esse, & nihil,  
 nisi in Deum & homines charitate, antiquius  
 habere intelligeret, repente flammam quandam  
 divini amoris concepit; protus ut se continere  
 nequiret, quin supplices ad Christum preces  
 cum lachrymis funderet, ut eadem fide se illu-  
 straret, & hominibus tam sanctis, & tam pijs  
 aggregaret.

Pachomius  
 adhuc gēti-  
 lis, Christi  
 precatur.

Hic postquam ardenti cum pietate precatus  
 esset, insequente luce ventis vela fecit. Interea  
 cum adhuc inter militares turbas, & mille pec-  
 candi licentias versaretur, precum suarum memor  
 omnes carnis illecebras, & noxias voluptates  
 constantiter repellebat, & corporis imprimis  
 mentisque castitate, caeleste numen sibi propi-  
 tum habere studebat. Quamobrem ut primum  
 Constantinus profligatis hostibus, tyrones suos  
 rube donavit, Pachomius statim in superiorem  
 Thebaidem profectus, ad Christianae militiae  
 castra se conculit, & primum in vico, quem  
 Chenobosciam appellabant, lustralibus aquis  
 baptizatus, Christo nomen dedit. Noctè verò illa

S, Pachomi-  
 us baptiza-  
 tur.

Y y s qua

**Visio eius.**

qua cælestis epuli particeps factus fuit. secundum quietem, rorem cælitus in dexteram suam descendentem vidit: qui mox in mellis crassitudinem ut concrevit, audiuit vocem sibi dicentem: ô Pachomi, intellige quæ hic in manu tua perguntur mysteria ea enim indicium sunt, collata tibi à Christo gratia, quam etiam æque etiam, ut retineas, vide.

**Abit ad Palamonem anachoretã.**

Hac visione excitatus vir Dei, totusque Christi amore saucius, se planè uni Christo, sub monastica disciplina consecrare decrevit. Itaque summa festinatione ad anachoretam quendam, Palamonem nomine, virum in palæstra spirituali egregiè exercitatum, condendit: cuius scilicet, prompto ac hilari animo, in disciplinam tradidit. Ibi pariter orationibus, die nocteque vacabant, & indefesso manuum labore, sibi pauperibusque victum comparabant. Palamon autem cum inter nocturnas preces, Pachomium perurgilio fessum, somno grauari cerneret, eum protinus secum assumebat. & sportas arena plenas de loco in locum transferre iubebat: ne vel leui corpore oppressus, quicquam de intento orationis, laborumque studio remitteret.

**Vide quid faciat contra torporem.**

Quodam autem die, de more illis diuinarum rerum meditationi incumbentibus, quidam torris adueniens, hospitium apud viros sanctos precabatur. Quo libenter concesso, iuculentus et protinus est focus extractus, ut fessa membra refocillaret. Cumque pariter assidentes de cælestibus rebus sermonem institueret, externus ille superbia spiritu inflatus, confidenter ait: quis vestrum synceram fidem adeptus est, se lingue, & nudis plantis prunas has calcare non veretur, ut nobis fidei suæ testimonium præbeat.

Audi.



fuit, secun-  
 eram suam  
 lis cras-  
 bi dicem;  
 u tua per-  
 sunt, col-  
 m atque ex-  
 que Chri-  
 sto, sub mo-  
 ut. Itaque  
 quendam,  
 ra spiritus  
 erare sese,  
 nam radi-  
 que uita-  
 bi pauperi-  
 on autem  
 tum perui-  
 eum pro-  
 entz pleas  
 ne vel leu-  
 into orati-  
 uinrum  
 uidam bo-  
 nctos pre-  
 alentis et  
 emora ro-  
 de cable-  
 erms ille  
 am: si quis  
 te largus,  
 non vere-  
 pradeat.  
 Audi.

Audens hoc Palamon, statim tantam verborum  
 insolentiam increpauit, & temeritatis eum,  
 adrem tantam nulla urgente necessitate pro-  
 nent, redarguit. Is autem maiori elatus su-  
 perbia, in carbonibus, nudis pedibus, profilijs, &  
 demonum operatione illæsus, eos superauit:  
 atque uiris sanctis, quod infirma vel nulla fide  
 præditi essent, impiè exprobrauit. Cumq; calli-  
 dus dæmō eum, hoc modo, in fraudem impulif-  
 set, maiore dolo, in eum grassari constituit. Ita-  
 que, assumpta formosæ mulieris specie, quodam  
 theollum cellæ eius pulsauit, finxitque se ære  
 alieno grauata, à creditoribus inquiri; cuius  
 rei periculum ut euitaret, infimis precibus cellæ  
 ipsius latebras petiuit. Is autem recenti superbi-  
 e vitio adhuc occæcatus, iudicare non potuit  
 dæmonis illam elusionem esse: itaque ipsum  
 dæmonem, in forma mulieris latentem excepit,  
 & sine ulla insidiarum suspitione, sermones cū  
 eo misit. Cumq; dæmonē eius ad vitium pro-  
 pendo non lateret, cœpit eum carnis illecebris  
 trahere: qui mox cupiditate victus, totus in li-  
 bidinem miser exarsit. Cumq; iam in ample-  
 xibus, cæca mente ruere uellet, dæmon eum ver-  
 bere excepit, humiq; prostratum, pene exani-  
 mem reliquit. Non multò post, ab eodem dæmo-  
 ne miserè agitato, emota mente, per syluas mō-  
 talpe cucurrit: ac tandem in fornacem bal-  
 nati semetipsum præcipitans, statim combustus  
 perit. Hæc cū Pachomius per ordinem cer-  
 neret, œquaquàm frigidè in Dei gratia laboran-  
 dum esse didicit, multoq; minus aduersario,  
 uel in re leuissima aditum concedendum. Ut  
 igitur omnes illi vias præcluderet, utque col-  
 las sibi gratiæ opes multiplicaret, tanta vir-  
 tutē

Vide dæmo-  
nis uisum

tute annisus est, ut ipsi etiam seni ingente inter-  
dum admirationem commoueret.

*Patientia S.  
Pachomij.*

Erat non procul horrida quedam solitudo ve-  
pribus & spinis obsita, quam nudis sæpe pedibus  
lignandi gratia inambulabat. Ibi cum aspera que-  
que perferret & laucias grauer plenas post se  
traheret, sustinebat lætus, memor clauorum quos

*In solitudi-  
neciam de  
aliorum sa-  
lute multū  
solicitus est.*

Christus Dominus, scelerum nostrorum ergo  
perculerat. Porro quanquam spiritu solitudi-  
nis delectaretur plurimum, nunquam tamen  
proximi curam deponebat, sed ardentissimum  
semper pro omnium salute ad Domini preces  
fundebat. Cumque aliquando è cella egressus  
per inculta eremi loca solus inambulans, ad vi-  
cum Tabennesem peruenisset, audiuit inter ipsa  
orationum suarum suspiria, vocem sibi dicen-  
tem: Pachomi mane hic, & constructo monaste-  
rio, curam eorum, qui salutis causa ad te confu-  
ent, suscipe confidenter. Hac voce arreptus Pa-  
chomius, constitit: & ecce Angelus Dei illi affi-  
xit, tabulamque in qua monachorum regulæ &  
optima viuendi norma congesta erat, ei tradidit,  
quam vir sanctus suis deinde discipulis præ-  
scripsit, ad quam, in hodiernum vsque diem, Ta-  
bennesiote vitam instituunt.

*Canon me-  
narius, ab  
angelo tra-  
ditus Pacho-  
mio.*

*De regulis  
S. Pachomij,  
meminit  
Genadius  
de Viris il-  
lust. cap. 7.  
F. idem ex  
Græco. La-  
tine reddi-  
dit S. Hiero.*

Porro Palamon deuexa cum ætate, vir, solum  
corporeis vinculis, lætus ad cælos migravit. Pa-  
chomius autem, cum in eadem vitæ austeritate  
perseueraret, pauld post fratrem suum natura-  
lem, Iohannem, eiusdem vitæ socium habere  
meruit. Post quindecim autem annorum decur-  
sum quo tempore vigiliarum & inediarum patien-  
tissimus, multa præclaræ cum aduersario cer-  
tamina sustinuerat, recordatus promissæ, quod  
per Angelum de salute animarum plurimarum acce-

operat, amplissima noui monasterij funda-  
 menta iacere cœpit. At frater, qui secessum &  
 solitudinem meditabatur, ea amplitudine offen-  
 sus, Pachomio succensuit, multisque rationibus  
 uoluntati eius sese opposuit, quin etiã alperis eũ  
 verbis increpuit: quasi in cilicio & sordibus, no-  
 minis celebrariẽ quæreret. Pachomius verdẽ ea  
 contumelia affectus, multũ quidẽ commotus fuit,  
 ab omni tamen verborũ iniuria abstinuit. Erat e-  
 nim miti, mansuetoque ingenio. Sequẽte autem  
 nocte de illa animi commotione, quẽ in pectore  
 oborta fuerat, tantum dolorẽ concepit, vt quasi  
 grauissimorũ scelerũ reus, assiduos lachrymarũ  
 fons funderet: suamq; fragilitatẽ acerbissimẽ  
 deploraret. Timebat enim ne aliquãdo obicem  
 diuinę gratiẽ opponeret, & ex timore Dei incau-  
 tẽ excideret. Consueuerat totis noctibus extẽsis  
 in forma crucis manibus stans, Dei misericordiã  
 deprecari: & aduersus inimici rugientis sæui-  
 tiam opem implorare.

Vide quãtis  
 lachrymis  
 vit sanctus,  
 leuissimum  
 delictũ plan-  
 git.

Dæmonum  
 in eum iacu-  
 dit.

Interea cũ monasterium magna animi ala-  
 critate edificaret, dæmones acrioribus inuidiã  
 stimulis concitati, varias ei insidias struebant;  
 & cum irruptione, & aperta vi nihil se proficere  
 intelligerent, vanis imaginibus eum à mentis  
 & precum puritate retardare conati sunt. Sed  
 vit sanctus omnes eorum insultus constanter  
 eludebat: prorsus vt eandem animi tranquilli-  
 tatem, in medijs tempestatibus & clamoribus  
 semper conseruaret. Accidit quandoquẽ vt vi-  
 tro sancto post preces ad opus sedenti malignus,  
 suscepta specie galli, insultaret, & continuas  
 stridensque voces ederet: simulq; illum in-  
 uolaret, & unguibus acerbẽ eum feriret. Is au-  
 tem crucis signo, in fugam quidem eum compul-  
 sit:

lit: sed alias mox insidias sensit. Ecce enim inge-  
 dæmonum turba, vno consensu, folia ex arbo-  
 re concutere visa est, allatisque funibus ea al-  
 ligabant. Tum verò vtrinque stantes, se inuicem  
 hortabantur, vt ea folia tanquàm immensum pon-  
 deris saxum totis viribus traherent. Hec autem  
 ab eis excogitatum erat, vt re ad eò ridicula, san-  
 ctissimi viri, mentem, ad leuitates risumque  
 dissoluerent. Sed Pachomius, visa eorum in-  
 prudentia, ingemuit, & Christi virtute cunctis  
 repente in fugam conuertit. Eo autem ad mes-  
 sam sedente, dæmones, sæpè in habitu multo-  
 rum se ei obtulerunt, quos ille, clausis oculis,  
 auersatus repellibat. Tanta autè meti eius inerat  
 fiducia, tanta fides, vt scorpiones & serpentes,  
 illæsis calcaret plantis: & Crocodilis in vici-  
 etu fluuiorum, pro nauiculo vteretur. Cum v-  
 tem videret in se, perpetuos dæmonum insul-  
 tus, vt generosus & perfectus athleta veritatis,  
 petiuit à Domino vt die noctuque aduersus in-  
 micum in acie insomnis persisteret. Qua peti-  
 tione concessa, omnis penè somni expers, vi-  
 tam producebat, & inuicta planè virtute, hosti-  
 les impetus sustinebat.

**Vixit sine omni fere somno.**

**Angelus ei apparet.**

**Pecatores ad se venientes, Deo conciliat.**

Paucis indè diebus nocturnis precibus in-  
 gilanti, interim angelus Domini se ei conspicu-  
 endum præbuit, tertioque eum, vt hominū ge-  
 nus Deo conciliaret, monuit: & proximus ro-  
 cessit. Hac visione oblata, nouus hominum con-  
 curus ad eum factus est. Ij autem erant fere  
 omnes ex eorum genere, qui icelerum con-  
 scientia grauati, cum Deo in gratiam redire  
 cupiebant. Hos itaque summa beneuolentia ex-  
 cipiens Pachomius, in viâ reduxit, & mortuas ac  
 planè putentes animas, non sine miraculo, Chri-  
 sti

in vitam restituit. Et quidem alios seueris vitæ disciplinis idoneos, ad monasticam vitam allexit: alios mente corporeque fragilibus, Deo conciliatos, communem viuendi viam ingredi permittit; omnibus autem salutis monita dabat, quibus instructi, læti alacresque, suauissimum Christi iugum portabant. Hæc aliaque præclara pietatis officia cum soror eius audiret, perfectioris vitæ studio incensa, ad eum venit, locumque paulum à monasterio semotum obtinuit, in quo, Pachomio fratre instructore, solitariam vitam instituit, multasque feminas ad eandem suo exemplo societatem allexit.

Interea cum Pachomij nomen, propter multiplicem sanctitatem, celebri sermone in ore omnium versaretur, multi que indies spretis voluptatibus & perituris mundi honoribus contemptis, ad religionis portum confugerent, inter alios Theodorus quidam, illustri admodum familia ortus, annos natus plus minus quatuordecim in magna spe dignitatis & honoris educatus, studio tam admirabilis virtutis quam oculis intuebatur incensus, honores contempsit, opes deseruit, parentum lachrymas despexit, & in monachorum societatem sese recepit. Nec mirum sanè quòd omnes sese certatim Pachomio in disciplinam tradere cuperent, qui commissum sibi gregem, tanta dexteritate ac suauitate regere, & spe minimè dubia, ad salutis portum deducere nouerat.

Quidam exercitator multorum fratrum, inter alios quendam instituendum habebat, qui ad sacrorum ordinum dignitatē, quamuis ineptus, importunè & opportunè aspirabat. Præfectus

Soror eius  
ad eum ve-  
nit, & mun-  
do renūciauit

Theodorus  
iuuenis illu-  
stris, fit mo-  
nachus.

veiò cum eum tali functione indignum cerne-  
ret, preces eius repudiabat, neq; vllò modo pro-  
mouere volebat. Cumq; frater ille sua impor-  
tunitate, præfectum vincere contenderet, & va-  
rijs molestijs afficeret Præfectus eum Pachomio  
obtulit: vt quod vtile iudicaret, de eo statueret.  
Ille autem, auditis de fratre illo querelis, æqua-  
quam at perioribus eum monitis excepit, sed, ne  
hominem desperationis barathro abiorberet,  
Præfecto mandauit, vt diutius eius voluntati eo-  
quaquam resisteret, sed cuncta quæ postulabat,  
benignè concederet. Prudenter enim dicebat vi-  
rum malum si beneficio afficiatur, ad sensum  
boni perducì posse. Itaq; Præfectus, hoc accepto  
responso, fecit quod iussus fuerat. Frater autem  
ille, audita hac Pachomij in se beneuolentia, cu-  
lachrymis reuersus, ad pedes eius prociuit, & ait  
Homo Dei, magnæ tibi grates debentur, qui vno  
cas in bono malum. Si enim leni in me animo  
non fuisset, sed seueritate vsus, Præfecto subdi-  
disses, profectò relicto habitu, sæculi commo-  
dum repetissem. Nunc autem benedictus est à Do-  
mino, quoniam per te salua est anima mea. His  
auditis, vir sanctus fratrem peramantè ample-  
xans, hortatus est, vt dignam suam professionem vitã  
ostenderet, ne deteriores in futuro peccare uol-  
ret. Et hac quidem lenitate erga infirmos, & in  
cursu pietatis adhuc teneros utebatur; Robustos  
verò, & qui longa bellandi consuetudine vitiosè  
deceurrant, varijs modis exercebat. Inuenit  
quos Theodorus; quem sanctum, vir sanctus dur-  
rius increpare, & nullo ipsius demerito, ad san-  
ctiones quascumq; inutilem appellare non uole-  
batur.

Inter hæc aliaque virtutum insignia, cepit etiam

**Industria e-  
ius, in alio-  
rum animis  
agendis.**

in miraculis clarescere. Quædam mulier ex ijs  
que illic vitam agebant, cum laboraret profu-  
so sanguinis, neque vlla recuperandæ salutis  
spes in arte medica reliqua esset, concepta de Pa-  
chomij sanctitate fiducia, cōtactu cucullæ ipsius,  
repente pristinam sanitatem obtinuit. Alia item  
puella à sæuo dæmone, propter violatam casti-  
tatis fidem, correpta, oleo sacro per Pachomium  
liberata fuit. Sed & filius viri cuiusdam optimi,  
immani obsessus dæmonio, pane per eum bene-  
dicto, eoque sumpto, repente sanatus fuit.

Venerunt quandoque ad viri sancti discipu-  
los heretici quidam arrogantia tumidi, qui vt  
impietatem cilicio occultabant, ita miraculorū  
virtute, ad certamen fidei eos prouocare non ve-  
rebantur. Agedum, dicebant, vt liquidò constare  
valeat, quorum fides sincera & integra est, pedi-  
bus hunc fluuium transmittamus. Hęc cum disci-  
puli ad Pachomium retulissent, vir sanctus re-  
spondit: ò imposturam: ò fraudem callidi ser-  
pentis: Nescitis illud Apostoli, quod Deus secun-  
dum duritiem eorum, & cor impc̄nitens, tradi-  
dit eos in reprobum sensum, vt sint inexcusabi-  
les? Et illi quidem, Dei permissione, fluuium tra-  
nsicere possent, opem eis ad hoc ferente diabolo,  
quod hæresi eorum hoc modo confirmata, arctio-  
ribus eos qui iam decepti sunt, impietatis vincu-  
lis constrictos, post se captiuos trahat. Mihi vero  
hoc non est à Deo propositum, vt pedibus fluuiū  
transmittam, aut feris imperem: quas ab initio  
Deus homini subiecit, sed vt Dei virtute diabo-  
licas transiliam insidias: & me totum, meaque o-  
mnia, ad Dei mei voluntatem componā. Quod  
vbi fecerò, reliqua omnia, mira facilitate, proti-  
nus consequentur. Post hæc voluerunt quidam

Zz

viri

Tactu cuculæ  
lz s. Pachomij  
sanatæ  
morbidæ  
mulieris.

Heretici op-  
pugnant di-  
scipulos ei.

Rom. 8.

**Cum** hereticis differens tetrum sententiam odorem. viri de rebus diuinis, cum eo sermonem institueret, qui falsa sanctitatis & doctrinae opinione venditabant. Fuere illi benigne à Pachomio admissi, collatoque sermone, sensit protinus vir sanctus foetorem intolerabilem. Cumque petri odoris causam ignoraret, ijs demissis, enixè Deum rogauit, intellexitque mentes eorum prauis opinionibus corruptas, impietatis virus per linguas effundere voluisse. Tum protinus eos insectus, quaesuit num Origenis opera lecticaissent. Illis aut negantibus. Cauete, inquit, ne vos nefaria viri illius haeresi contaminetis. Testor enim

**His de Origene sententia.**

coram Deo, quod omnis qui Originis dogmata tuenda suscipit, poenā inferni nequaquam euadet.

In commisso sibi grege, & animis singulorum moderandis, mira eius industria & solertia fuit. Et quidem non omnes vna eademque via (quod in quibusdam animarum moderatoribus valde vituperandum est) ad studium virtutis adducere conabatur, sed considerabat in primis singulorum ingenia, & qua ratione tractanda essent. Cum aliquando sedulus pastor monasteria sua peragraret, fortè in ipso itinere, fratris cuiusdam qui negliger admodum vitam traduxerat funus obuiam habuit: quod parentes maxima pompa celebrata, in monumentum deferebant. Quo viso, vir sanctus psallentium voces protinus conuoluit, vestesque funebres omnes comburi iussit: atque ita, sine villo honore, aut precum solennitate, reliquias sepulchro tradi. Parentibus autem & cognatis eam rem admirantibus, rogantibusque, ut iusta ei fieri permitteret, respondit: vos quidem solius corporis curam habentes, per eum, quem defuncto defertis honorem, maiorem illi poenam conciliatis, ego verò, quanquam vobis crudelis & inhu-

**Obserua,**  
quomodo  
vir sanctus,  
etiam post



humanius videar, per hanc ignominiam, vincu-  
 la peccatorum eius quibus anima eius cōstrieta  
 tenetur, laxanda curo. Deus enim qui est fons bo-  
 nitatis, occasiones quærit, per quas suam in nos  
 benignitatem effundat abundè; vt non solum in  
 hoc, sed etiam in futuro sæculo, peccatorum veni-  
 am consequamur. Propterea rogo vos, quò is  
 qui decessit à malis imminentibus liberetur, eū  
 sine psalmis sepeliatis. Hæc enim salutaris igno-  
 minia, ad expiationem animæ ei cedit.

Accidit, vt cum fratrum cellas quandoq; Instra-  
 ret, in Romanum quendam, maximæ auctoritatis  
 virum incideret. Is autem multis præteritæ vitæ  
 peccatis onustus, vehementer se ab eo onere, per  
 salutarem cōfessionem exonerare cupiebat. Sed  
 nemini, præter vnum Pachomium, arcana con-  
 scientiæ suæ concedere volebat. Interim Pachomius,  
 cum Romanæ, Græcæque linguæ profus  
 ignarus esset, cerneretque & illum & alios non  
 paucos, propter linguarum ignoratiam pericli-  
 tari, fidenter ad Dominum accessit, precibusque  
 donum linguarum omnium postulauit, obtinuitque;  
 prorsus vt sibi in dicendi facultate secundum nõ  
 haberet. Hinc innumerabilem perditorum ho-  
 minum multitudinem, in viam salutis reduxit,  
 cunctisque ea pietatis monita dedit, quibus faci-  
 le sine vlla offensione ingrederentur, & dæmo-  
 nis insidias, quas erat expertus plurimas, mira  
 dexteritate, subterfugerent. Itaque post plurima  
 celestis philosophiæ extructa domicilia, post  
 infinitos labores & certamina, quæ pro sua suo-  
 rumque salute, inuicta mente sustinuit, lætus hi-  
 larisque animam Saluatori tradidit, mensis Maij  
 quartodecimo.

Diuinitus  
 obtinet no-  
 titiam om-  
 niũ lingua-  
 rum.

Obitus S.  
 Pachomij.

S. Baron in  
not. mart.  
Rom

MARTYRIVM S. DYMPTAE, REGIS

Hyberniae filia, ex actis, qua Petrus Canonus S.  
Auberti Cameracensis, conscripsit. Clarus in  
ca annum Domini 600.

ss. Maij.

**F**uit in Hybernia rex gentilis, qui vanis ido-  
lorum cultibus, & maxima opum potestate,  
& militati gloria admodum celebris, ex  
illustri coniuge, quam propter eximiam for-  
mae pulchritudinem singulari diligebat affectu fi-  
liam susceperat, decoris venustate matris valde  
similem, meritis & nomine Dymptam, ut ex ipso  
vocabuli praesagio, postea Deo digna iudicaretur.  
Quae in domo patris nobiliter educata, trans-  
actis puertitiae annis, caelesti lumine illustrata,  
regales luxus & voluptates omnes aspernari coe-  
pit: ac tandem occulte sacris aquis expiata, Chri-  
sto nomen dedit, & castitatis voto, perpetuum se  
eius seruituti addixit. Interea matre eius regina  
defuncta, cum rex ea causa superuacaneis do-  
ribus laboraret, tandem habito cum proceribus  
consilio, statuit virginem adolescentulam gene-  
re & forma spectabilem, regi alicui stabili ma-  
trimonio coniungere. Cumque eam in rem mi-  
lites moribus, & eloquentia praestantissimi, per  
varias regiones & vires missi fuissent, ut aliquis  
regio stemmate prognatum inquirerent, tandem  
se infecta redierunt, regiamque ingressi, ac regem  
salutato, huiusmodi ad eum orationem intulerunt:  
Nos quidem, o rex excellentissime, maiestatis  
tuae iussis obtemperantes, nullo modo regiam  
adulescentem, tua filia dignum reperire potui-  
mus. Sed, si placet, ecce filiam tuam Dymptam,  
diuina praeditam pulchritudine, iube tibi potius  
foelici matrimonio copulari. Vix haec cessauit ex-  
rasta

S. Dymptae  
et in bapti-  
zatione sita-  
tem vouet.

me. cum mox diabolus, qui virginem sacram ad infandam superstitionem reducere volebat, regem amore incesto, & impudicitia facibus inflammavit.

Itaque rex cupiditate parum honesti amoris inflammatus, cepit animum puellae blanditijs perterere, & opes, mundi que gloriam promittere si eas nuptias pari amore ac voluntate amplecti vellent. At Christi virgo praecise constanterque, se tantum nefas, nunquam admissuram respondit. Neque enim vel iustitiae vel legibus consentaneum esse, ut filia patris thorum commaculet, atque eo sceleris, omni posteritati perpetuam ignominiam inuratur. Cumque ille vehementius instaret precibus, & illa fortius negaret, tandem rex iratus, dixit, eam vel ingratam acquiescere oportere. Tunc illa quasi obtemperatura, quadraginta dierum petiuit, ad cautelam inducias. Interim ornamenta, & gemmas, & vestium splendorem, cultumque puellarem, sibi dari deposcit, ut elegantius ornata, gratiosior patri appareret. Rex ea re mirifice letatus, omni ambitione puellae postulatis satis fieri curavit. Interea virgo, ut patris libidinem effugeret, assiduis precibus Christi opem implorabat. Cogitabat enim patria relicta, clam ad ignotas terras confugere.

*hinc pater, vult eam habere coningem.*

Erat tunc temporis in Hybernia, eximia sanctitatis & doctrinae sacerdos quidam, Gereberus nomine, qui occulte conuertendis ad Christum animabus strenuam nauabat operam, reginaeque defunctae, Christum in hac vita colenti, & animae labes per confessionem frequenter expiant, aures praebuerat: & ipsam quoque Dymphnam sacro fonte lustrauerat, & non raro caelestis pueri utramque refecerat. Hunc beata virgo clam

*Gereberus insignis presbyter.*

culum accersens, docuit quanto in periculo ver-  
faretur, rogavitque multis cum lachrymis, ut  
sibi & consilio & precibus subueniret: ne in eam  
horrendæ turpitudinis barathrum demergeretur.  
Tunc vir sanctus, tucissimum in fugæ perili-  
dium, esse dixit, hortatusque est eam, ut patrio  
solo relicto, pauper spiritu, pauperem Christi  
sequeretur. Nec mora. Capto tempore fugæ op-  
portuno, virgo sancta adiunctis sibi sancto Ge-  
reberno, & ioculatore patris sui, cum eius ro-  
re, ut sub ioculatorum specie secretis profici-  
scisci possent, propositum iter ingressa, est per-  
ueniensque ad portum, nauem conscendit: & au-  
ris ac ventis prosperantibus Andouerpam ap-  
puliit. Ibi aliquandiu commorati, cum mens  
Christo deuota, sæculares strepitus ferre non vol-  
sent, solitudinis secessum meditari coeperunt:  
tandemque per nemorosa & deuia, ad pagum  
quendam, cui Ghele nomen est, peruenire. Erat  
ibi ecclesia vnica, beato Pontifici Martino sacra,  
in qua etiamnum sanctissimæ virginis corpuscu-  
lum requiescit. Non procul autem ab ea ecclesia  
in loco qui Zammale appellatur, construxerunt  
sibi habitaculum elegerunt: ut ibidem ab omni  
mundano strepitu remoti, per contemplatio-  
nis dulcedinem, Deo famularentur. Extruxerunt  
igitur arboribus & spinis, domicilium sibi con-  
gruum extruxerunt, in quo tribus non amplius  
mensibus, ieiunijs & orationibus vacantes, vi-  
tam produxerunt. Nam Pater, cognita fugæ scilicet  
vestibus, post gemitus & dolores diu repetitos  
maxima militum stipatus caterua, per ciuita-  
tes, & montium solitudines sollicitè eam qua-  
sivit. Qua non inuenta, mare adijt, & Andouer-  
pam, cum multiplici suo comitatu appulit.

S. Dymptna  
fugit à Pa-  
tria.

Venit An-  
douerpam.

Inde Ghe-  
lam:

Egre-  
diente  
curtus, v  
lum ruit. Ip  
rios per ad  
quæ fortè de  
ficientibus  
dasi illoru  
lo nomen  
apod quem  
depromere  
valde consi  
cum penite  
quoniam p  
rus cur id qu  
pore & alpe  
habitante,  
mentis, id g  
auditis, ill  
randæ Dym  
ed adduci  
ros procul f  
summa cele  
& audita re  
Eo nuncio  
suis ad loc  
ficiem eius  
bidinis ign  
eam affatus  
meas, desid  
in necessita  
ræque nativ  
tura dilecti  
que seni de  
hereres: &

Egre-

Egrediente autem illo de nauī, magnus populi  
 concursus, ut moris est, certatim ad eum viden-  
 dum ruit. Ipse verò moram ibidem faciens, va-  
 rios per adiacentes prouincias misit legatos, si  
 quæ fortè de filia rumorè percipere posset. Pro-  
 ficiscens autem diuersis, per loca varia qui-  
 dam illorum ad villam rurensē, cui VVester-  
 lo nomen est, peruenerunt, cumque hospiti  
 apud quem nocte diuerterant, nummos suos  
 depromerent, ille, ijs inspectis, dixit se illis  
 valde consimiles habere, quorum tamen pre-  
 cium penitus ignoraret. Et requisitus ab eis, à  
 quoniam pecuniam recepisset, respondit, igna-  
 rus cur id quærerent, se à virgine alienigena, cor-  
 pore & aspectu pulcherrima, propè in deserto  
 habitante, eam habere: quæ pro emendis ali-  
 mentis, id genus nummos semper mitteret. His  
 auditis, illi statim in spem maximam recupe-  
 randa Dympnæ regis filia venerunt. Itaque se  
 eò adduci curarunt, virginemque inter cæte-  
 ros procul stantem cognouerunt protinùs. Tum-  
 summa celeritate Andouerpiam regressi, visa  
 & audita regi, magno cum gaudio retulerunt.  
 Eo nuncio incredibiliter gauisus rex, iter cum  
 suis ad locum arripuit, eaque inuenta, cernens  
 faciem eius, macie nonnihil deformatam, li-  
 bidinis igne accensus, blandissimis hisce verbis  
 eam affatus est; ò vnica filia mea Dympna, amor  
 meus, desiderium meum, & dulcedo, quæ te compu-  
 lit necessitas, ut regali dignitate contempta, ter-  
 ræ tuæ nauitatis relinqueres innatèq; ab ipsa na-  
 tura dilectionis oblita, patrē regē desereres, isti-  
 que senī decrepito, sacerdoti, tanquam filia ad-  
 hereres: & amarissimis eius mādatis, tātā alacri-  
 tate

Pater Andouerpian  
 uenit filiam  
 requirit.

S. Dymna,  
 à parte suo  
 inuenitur,  
 qui ei blan-  
 ditur, stimu-  
 lante eum  
 libidine.

rate obtemperares? Cur regni Hyberniae vnica, post patrem, haeres, aulam regiam spreuisti? Nostro igitur acquiesce consilio, & nobiscum ad Hyberniam reuertere: quoniam si paternis assensibus assensum praebueris, diademate regali coronaberis, & super omnes principes, matronas, ac virgines regni mei, principatum obtinebis. Quin & templum de marmore candidissimo, inter deas tibi aedificari, statuamque ex auro purissimo fabrefactam, & gemmis inestimabilis precij rutilantem, ab omnibus adorandam, tibi collocari iubebo. Adhuc cum virgo respondere vellet,

S. Gerebernus regem a  
berrimè re-  
prehendit.

Gerebernus responsionem eius auertens, regem dura seueritate redarguit, eumque sceleratissimum, & abominabilem inelamauit: quod filiam propriam foedare vellet, à quo sceleratissimi etiam scortatores abhorrent plurimum. Monuit insuper vir sanctus virginem, ne vnquam regi, in tam nefario opere, consentiret: ne æterni regis, cuius dulcedinem iam gustasset, indignationem incurreret. Ea monitione, rex & omnes qui cum eo erant, grauiter offensi, Gerebernus morte dignum clamauerunt; amouentesque eum à virgine, multis iniurijs exagitauerunt: ac tandem violentas manus afferentes crudeliter peremerunt. Sic gloriosus martyr Dominus, ex tyranno triumphum referens, capiti amputatione, perfectam martyrij coronam à Domino accepit.

S. Gerebernus interficitur.

Rursus pater, blanditur filia.

Tunc rex iterum conuersus ad virginem, roseo decore nitentem, vt sibi acquiesceret, acris instare coepit: multisque blanditijs virginis constantiam infringere conatus, dicebat: o filia mea, cur pateris patrem eum tantis angustioribus miserari? cur renuis? & illum spernis quem

Num allicui amor tui? Tādummodò mihi aures  
 prode, & nihil tibi deesse patiar. Nomen tuum,  
 per cunctos regni mei fines, inter deas sacratissi-  
 mus celebrabitur. Tūc virgo Deo deuotissima pa-  
 tri cui indignatione respōdit: Cur infelix tyran-  
 ne, promissis fallacibus, à pudoris proposito a-  
 uertere me conaris? Putas, miser, quòd à stabi-  
 litate propositi mei resiliam, corpusque meum  
 polluendo, Christum vnicum amatorem meum  
 offendam? Tuas ego regales delicias, tota mente  
 contemno & illas promissiones Domini mei le-  
 su Christi, quæ cuncta superat desideria, iam to-  
 tus vileribus concupisco. Pro dea haberi respuo  
 & honorem statuz vilipendo. Talem mihi dein-  
 ceptu noli frustra adhibere sermonem. Tunc rex  
 animo ferus, libidini deditus, atque cultor ido-  
 lorum precipuus, quanto magis fidem Christi,  
 in ea seruire cognouit, tanto furiosus in eā, totis  
 viribus incurrit, dixitque: Vide, malitiosa, ne de  
 cetero nos fatiges; exple statim quod opto. & dijs  
 nostris sacrificia, aut, certe, mortis tuæ exem-  
 plo, efficias, nè regum filia, paternis imperijs cō-  
 trahere ausint. Ad quæ virgo: Qua de causa, cru-  
 delis tyranne, egregium Domini sacerdotem,  
 nulli crimini affinem occidisti? Dei omnipoten-  
 tis iudicium nō euades. Deos deasque tuas vt fig-  
 metā detestor: & Domino Iesu Christo, tota me  
 deuotione committo. Ille sponsus meus, gloria  
 mea, salus mea & desiderium meum. Pœnas om-  
 nes quas inferre potes, læta mente parata sum,  
 pro Domino meo perpeti.

Hæc audiens rex, nimio furore incensus, ius-  
 sit celeriter capitis affici supplicio. Sed cum  
 nullus tam crudele præceptum exequi aud-  
 ere, compleret crudelis rex, antiquæ nobilitatis &  
 regalis

S. Dymphna  
 egregia cō-  
 stantia.

S. Dymptae  
à suo paren-  
te iugulatur.

Vide rem  
admiratio-  
ne dignam.

regalis clementiae oblitus, gladio, quo fuerat accinctus, sacrum caput praeclearae virginis amputauit atque inde, cum suo comitatu, ad propria remeans, sanctorum corpora, volatilibus caeli & bestiarum terrae deuoranda reliquit. Cum quae dies aliquot à feris & auibus intacta, in nuda humo incuissent, à quibusdam, iuxta habitaculis, in specu condita sunt. Excolebatur tunc quidam temporis Ghele, raro inhabitator: erat enim in ea non nisi quindecim domus, eoque nemorum densitate, fore per sex milliaria circumseptae. Post multa verò annorum curricula, cum pagus ille, hominum frequentia, iam valde celebris redditus esset, pro stupenda signorum exhibitione, quae fieri illis, erga quibuscumque languoribus occupatis, Quercus & populus, congregati in loco sepulturae sanctorum corpora inquirere coeperunt, res mirae & omnibus seculis inaudita. Cum enim fodientes, terram eiecissent, angelicis manibus praeparatos, niue candidiores sarcophagos duos, à petra excisos reppererunt. Inde extractas, sine difficultate, tumbas circumquaque accuratis contemplantes, nullum in eis vel iuncturam vel fracturam signum conspiciunt, imò verò sanas & integras comperiunt, sanctorum corpora continentes. Qua re valde attoniti, non hominum, sed angelorum id opus esse cognouerunt, per quae tumbas candidiores, sanctitatem significari intellexerunt.

Igitur cum ad Xanthente oppidum, quod ad Rhenum situm est, fama virtutum & miraculorum huiusmodi peruenisset, eius incolae, sub peregrinationis specie, situm loci sagaciter explorauerunt: & per aliquot dies, coram sanctis corporibus excubantes, clanculum preciosas reliquias à tumbis lapideis, quadrigis impositas auerterunt.



Xantheses  
auferunt fœ  
era corpo-  
ra.

que comperto Ghelenses vehementer cōmoti,  
ad arma concurrūt: accensisq; animis à ter-  
perriliter insequuntur. Igitur sono immensa  
multitudinis, martyrum gestatores exterriti, tū-  
bas magna celeritate, in terram deposuerunt:  
viamq; in frustra redigētes, in qua sancti Gere-  
berni corpus erat, cum eo effugerunt: & prospe-  
ro itinere, ad Xanthesense oppidum peruenerunt;  
ubi Gerebernum, vniuersa multitudine, cum cā-  
nticis & hymnis, & cereorum luminaribus eis  
obuiam ruente, honorificè sepelierunt. Ghelen-  
ses vero, qui insecuti eos fuerāt, accedētes ad lo-  
cum, fracta B. Gereberni tumba, S. Dympnę tum-  
bam, absque vllō lāsionis signo repperunt.  
Quam cum ad propriam vellent reducere eccle-  
siam, nullo modo, corpus loco mouere quauerūt  
prorsus ac si radicitus fixum in terra teneretur.  
Cumque, quid factū opus esset, ignorarent, nocte  
vna quopiam anus, secūdum quietē admonita est,  
vt vitulum, quem habebat in stabulo, nouellum,  
bigæ iūgeret, & virginis corpus reduceret, quod  
multis peccatis eorum obsistentibus, mouere nō  
poterant. Mane itaque factū, mulier visionis fe-  
rentem filio suo enarrauit, eumq; monuit, vt citius,  
à Domino iussū compleret. At puer matrem  
sua delirare existimans, eam deprecari cōepit,  
vt ea de re sileret, nē ambos simul risui exponere-  
nt. Sed illa nihil morata, vitulum nondum cor-  
na producentem applicuit, & rectā, non sine  
multis & immodicis incedentiū iocis, ad locum  
recedit. Sequebantur eam parui & magni, piam-  
que mulierem, planè delirare, & desipere cre-  
debant. Tandem loco appropinquans, custodes  
sacri thesauri obnixè rogauit, vt bigæ suæ cum  
reponerent. Quidam eam risu & cachinno  
excipie-

S. Dympnę  
corpus, loco  
moueri nō  
poterat

**Nota mira-  
culam.**

excipiebant, quidam cum indignatione repelle-  
bā; alij verò precibus eius importunis victima-  
nus operi admouerunt: & sine vllō grauamine  
corpus sustulerunt, impositumque biga, summa  
cum lætitia, ad propriam ecclesiam reducerunt,  
In qua, per venerandæ virginis & martyris Dym-  
næ merita, quotidie innumerabilia coruscant  
miracula.

**Transferretur  
corpus S.  
Dymnae in  
thecam mag-  
ni pretij.**

Postea verò nobiliores loci incolæ, lacrum  
corpus, theca ex auro & argento, ac preciosis  
pidibus confecta, exceperunt. itaque Episcopus  
Cameracensis, cum immenso vulgi comitatu eo  
veniens de tumba lapidea sacræ virginis corpus,  
in thecam illam ex auro & argenteo fabricatam,  
transiulit. Aperta autem tumba, inuenti viti-  
fles, in sacro venerandæ virginis pectore, lap-  
idem rubeum, cum inscriptione nominis Dym-  
na. Dubium non est, eum ab angelis, pectori san-  
ctissimæ virginis impositum fuisse, v. per eum  
martyrium cunctis innotesceret. Prædicta autem  
corporis translatio, magna cum celebritate, de-  
cimo quinta Maij peracta est: eoque die, memoria  
martyriæ eius, cum festiuo gaudio instaurata, quo-  
quam eam coronam, tricesimo mensis die ad-  
ta fit.

**Multa & ex-  
imia eius  
miracula.**

Et quoniam diuersa conscripta miracula en-  
ni admiratione digna, quæ Dominus nosse lo-  
sus, per gloriosam hanc virginem & martyrem  
mundo ostendere dignatus est, longum foret  
narrare, breuitatis causa à nobis omittuntur. Cer-  
tè obsessi à dæmonibus, cum ad eius venerabile  
templum in Ghele afferuntur, quotidie, per eum  
liberantur. Porro alia beneficia infinita, deu-  
is suis cultoribus impetrat, apud Dominum  
nostrum Iesum Christum, qui cum Patre &  
Spi-  
ritu

sancto uiuit & regnat in secula sempi-  
terna Amen.

VITA S. DOMNOLI EPISCOPI CE-  
nomaniensis. ex ea qua est Hadumi Prasulis ius-  
su, à quodam Domnoli familiari amico conscri-  
pta. Claruit temporibus Clotarij Regis Franco-  
rum filij Clodouei, & eius filij Chereberti, ac suc-  
cessoris eius Chilperici, circa annum Domini 571.  
Excessit uero è uiuis anno Christi 584. qui fuit  
Childeberti regis, 6.

C. Baron,  
Annal to 9.  
& in not.  
Matt. Rom.

Beatissimus Domnolus, ex generosis pro-  
creatus parentibus, à primis annis insigni  
morum probitate uirque integritate cun-  
ctis preluxit: & ad Cenomanicam urbem, in  
multorum salutem diuinitus transmissus fuit.  
Cum alibi ad Episcopalem dignitatem, non sine  
magno honore euectus fuisset, relicta patria, pa-  
rentibusq; & cunctis, quas possidebat rebus, Ro-  
mam orationis ergo profectus est: ubi cum ad sa-  
cra Apostolorum limina, animi sui deuotioni fe-  
cisse satis, post longa itineris emensa spatia, Do-  
mino gubernante, ad Cenomanos appulit, quos  
propter obitum sui Pontificis, magno offendit a-  
nimi morore affectos. Iampridem enim beatus  
Innocens ad Dominum migrauit: & laboris sui  
premia consecutus, maximum sui desiderium  
inquerat.

16. Maij.

It Romam  
orationis  
causa.

Cumque Clerus & populus vniersus alium  
loco & honore dignum exquireret, viso Dom-  
nolo, protinus vnanimi consensu, omnes id ho-  
noris in eum contulerunt: & inuicem ac reluctan-  
tem planè, eum dignitatis gradum ascendere cõ-  
pulerunt. Compulsus itaque cathedram subijt:  
illud

S. Domno-  
lus fit Cen-  
manorum  
Antistes.

illudque nobilitatis insigne perpetuo gestavit, quo Christo die ac nocte, alacri & iucundo animo gratam exhibebat seruitutem. Neque tamen vel à generis nobilitate vel ab operum sanctitate, gloriolæ & laudis fumos captabat: sed præclara de se præbens virtutum exempla, intra se suos thesauros deponebat, totusque cælesti disciplina additus, omnem mundi pompam egregie calcabat. Erat magna charitate ac benevolentia

**S. Domnolus Germano familia-  
ris.**

Germano sanctissimo Parisiorum Antistiti coniunctus, quem in omnibus pietatis operibus consultorem habebat fidelissimum, optimumque prorsus ut mutuis adhortationibus infirmari subiectis sibi populis haud vulgariter prodesse.

**Construit  
monasterium.**

Cumque pietatis & religionis esset cultor eximius; monasterium in suburbio civitatis sue extruxit, cum ut eius urbis esset munimentum, tum ut posset Domino animas lucrifacere. In ea item cellula, in qua S. Iulianus, primus Cenomani Episcopus, corpore requiescit, iuxta monasterium Victorij, monasticum institutum, quod iam prædictum illic florere cœperat, mirifice augmentavit, ad eum ut quinquaginta ferè patribus fratribusque, cuncta necessaria, tam ad illorum, quam peregrinorum, & adventantium victum, magnifice suppeltarit. Aliud quoque monasterium, & xenodochium, ultra Sartam flumen ædificavit, suæque ecclesiæ rebus ita dotavit, ut pauperes & peregrini, egenesque omnes reciperet, qui intra urbem, propter iugem eius custodiam admitti non possent.

**Exercitia S  
viri.**

Quanta autem severitate in castigando proprio corpusculo usus fuerit, quam se perpetuis vigilijs confecerit, quam in præstandis elemosynis liberalis & profusus fuerit, nullis sine verbis explicari potest; quandoquidem eiusmodi pietatis

opera, nè quo inanis gloriæ fumo inficerentur. Etiam potius quam palam exercebat. Nullum enim inò tempus, quantumvis exiguum præterlatum sinebat, quo non vel proximorù salutem confu-deret, vel aliquid ad suos profectus adijceret. Quod si quis eius facta diligentiùs scrutari voluerit, magnarum virtutè miracula inueniet, è quibus nos vel pauca promemus.

Quodam die Dominico, cù peracto officio so-  
lenni ad mensam, ex more, pransurus accederet,  
allatamq; aquam minister in eius manus infun-  
dere, & locis manibus, malleuuii asportaret. cœ-  
cus quidam, Seagrius nomine, aquã illam, quæ de  
manibus Pontificis defluerat, sibi dari petijt: ea  
suos oculos abluturus. Minister id paruipèdens,  
postulatam aquam ei tradit. Ea cœcus suos per-  
fundes oculos, mox in Christi nomine visum re-  
cepit. Ierulq; abscellit. Vir quidam genere nobi-  
lis, & opibus prædiues, qui regi à consilijs erat,  
villã ecclesiæ, Tridentè nomine, cui vir Dei præ-  
erat, inuaserat: eamq; obstinato animo, per sum-  
mam iniquitatem sibi vèdicabat. Vir autem san-  
ctus cum crebrò illi admoneret, vt à suis malefi-  
cij respiceret, nihilq; tamen monèdo profice-  
ret, tandem ad precandum Dominũ se contulit,  
vt res pro expiandis peccatis olim à fidelibus ec-  
clesiæ donatas, ipsi restitueret. Interim sacrile-  
gus rerum Deo dicatarum occupator, diuina vl-  
time febre corripitur: neque tamen res malè  
vsurparas reddere voluit, vt eius pœna fieret  
cumulator. Cùm autem ea febre dirè afflicta-  
ret, lecto decumbès, visus est sibi, nocte quadam  
videre matrem Domini (cui res ab ipso vsurpa-  
ta, vnaque beatis martyribus Geruasio & Prota-  
sa dicatae erant) serreo malleo ipsum in fronte  
percu-

Miracula e-  
ius.

Cœcus visus  
recipit aqua  
qua vir Dei  
manus ablu-  
erat.

Punitur di-  
uinitus ven-  
dicans sibi  
res ecclesiæ  
sticæ.

percussentem. Mox igitur multo terrore correptus, vocato ad se Domnolo, res ipsi ablatas cum foenore restituit: & precibus S. Domnoli sanitatem quidem recuperavit; sed vulnus eius fronti malleo impressi quodam vixit vestigare servavit; non alia proculdubio de causa, quam ut suo exemplo à simili facinorè alios abderteret.

Quodam Quadragesimæ tempore, cum sanctus in cellam Anisolz monasterij seclusididisset, ut liberius diuinis rebus in solitudine vacaret, Francus quidam regis familiaris, quandam eius ecclesie villam Bonilem nomine, in pago Stradiense sitam, ad se rapuit. Eam iniquitatem vir Dei molestè ferens, post Paschali solennitate, per se vindicare non ausus. Itaque præpotentis Dei auxilio fretus, animò intrepidus eò se contulit, ut res sui fidei creditas recuperaret. Francus autem, qui tunc forte eadem in villa amicis operam dabat, sollemnitate celebrabat epulas, ut primum de aduentu antistitis certior factus est, animò commotus, à tota villa iussit eum excludi prorsus, eisque quodammodo in Episcopus non recalcitrans, dedit locum iræ. Sed mox diuina ultio in sacrilegum extitit. Nocte enim illa, viro sancto in precibus persistente, sacrilegum febris inuadit, & mane altero infelicem ab illo extorsit. Eius tam repentino interitu ceteri, qui eodem scelere sese constrinxerant, metu correpti ecclesie ablata restituerunt, & antistitem, ut pariter reueriti sunt.

*Horrenda  
mors bona  
ecclesiastica  
vsurpantis.*

*Alla præclara  
eius mi-  
scula.*

Puerulus quidam Rainarius nomine, orbatus, auriumque, & ligna, ac pedum officio miserè orbatus, crucis signo à viro sancto munitus

Macro inunctus oleo, totus reualuit. Quodam  
 die in villa ecclesiæ, quam Baladonem vocant,  
 sancto Episcopo pontificale exequenti ministrante  
 Magnarius quidam oblatus est, qui die Do-  
 minico magna temeritate audaciaque, ab opere  
 non cessans, Deo vlciscente, luminibus orbat us  
 fuerat. Vir sanctus, expresso Crucis signo, cæci-  
 tatem depulit, visum reformauit, monuitque ho-  
 mines, ne deinceps diem vni Deo consecratum  
 violare præsumeret. Cùm aliquandò vir sanctus  
 non longè à carcere quodam, in quo plurimi ven-  
 ditenebantur iter haberet, & miserabiles dam-  
 natorum voces & eiulatus audiret, misericordia  
 motus, per ministrum custodi mandauit, vt vin-  
 ctos illos absolutos pateretur abire. Illo autem  
 reculante, vir sanctus cum lachrymis pro eorum  
 redemptione Dominum rogauit; & ecce, die ter-  
 tio, spontè apertus carcer, omnibus abeundi po-  
 tentiam fecit. Plurimos etiam dæmonio obses-  
 sionem liberauit, dæmonesq; solo Crucis signo pro-  
 fugauit. AEGros quoque & malè affectos, diuer-  
 sisque languoribus laborantes, nullo negotio cu-  
 ram adeo vt miraculorū assiduitate, fama eius  
 leglateq; magna cum admiratione vagaretur.  
 Perro tanta dicendi vis & facultas ei inerat, vt  
 vix quisquam tam ferreo pectore viferetur, què  
 eius conciones ad lachrymas non mouerent. To-  
 tum in eam curam intentus erat, ne ad supernam  
 ciuitatem solus ascenderet, sed socios eò  
 cum quàm plurimos adduceret. Nihil in eius a-  
 ctionibus cernebatur, quod ad Deum non per-  
 tineret: nihil in sermonibus eius ociosum per-  
 cipiebatur. Ad altare rarè sine lachrymis, ad mè-  
 tam nunquam sine pauperibus conuiuis accessit.  
 Multa animi deuotione opera benignitatis &

Carcerem  
 suis precib.  
 aperit.

Concionū  
 eius effica-  
 cia.

Summa per-  
 fectio eius.

Aaa

mise-

**Obdormit  
in Domino.**

**Miracula ad  
tumulū eius.**

miseri cordiæ prosequatur, studebatque ad esse  
desolatis, egentes alere, vestire nudos, & si re ipsa  
non posset, prompta animi benevolentia, omni-  
bus ferre opem. Porro peracto iam militie cer-  
tamine, cum se ad alteram vitam à Domino vo-  
cari intelligeret, præclara admodum pietatis  
monita discipulis dedit, & antiqui hostis ini-  
dias eis detexit, monuitque, ut bonis operibus in-  
tenti, ad brauium gloriæ sempiternæ viriliter  
spirarent: & sic demum Kalendis Decembris  
corpore foeliciter migravit. Humatus est à dis-  
cipulis, in Ecclesia beatorum martyrum Laurentij  
& Vincentij quam ipse condiderat; in qua meritis  
& precibus eius multi morbi gratum sani-  
tatis obtinent. Nam tertio translationis die,  
energumenus quidam in seipsum valde cro-  
nalis, eò adductus, post triduum cum parentibus  
sospes abscelsit, multisque annis sanus perma-  
nens, Deo se deuotum exhibuit cultorem. Quar-  
to dein die, cæci tres ad tumulum eius venien-  
tes, redintegrata luce, incolumes inde abiit.  
Nimis prolixi erimus, si audita visaque omnia li-  
teris mandare velimus. Pauca quæ retulimus ad  
faciendam fidelibus fidem, abundè sufficere cre-  
stimus. Sedit autem in episcopatu annis  
mens. xj. dies xix. & interfuit secundæ Synodo  
Turonensi, cui subscripsit: numeraturque  
Sedis Cenomanensis Antistes.

**MARTYRIVM S. TORPETIS, PAV-**

**C. Baro. to. 1.  
Annal. & in  
not. Mart.  
Rom.**

*li Apostola familiaris. ex eo quod in præclara  
quodam MS. Codice extat. P. Passus est vltima Ne-  
ronis anno.*

17. Maij.

**S**ANCTUS Torpes, qui apud Neronem Impera-  
torem dignitate auctoritateque valuit ple-  
rumque



num, ut primùm eius pietas & admiranda re-  
 ligio innotuit, Nero comprehensum eum, cuidã  
 propropinquo Satellico tradidit: ut eum, si quo  
 modo posset, ad deorum sacrificia impelleret.  
 Sed cum sanctus martyr diuina egregiè virtute  
 roboratus, in Christi cõfessione immobilis per-  
 sisteret, commotus Satellicus, alapis eum cædi  
 iussit & ad columnam ligatum, verberibus tam  
 immaniter affici, ut purpureo suo sanguine, so-  
 lum vndique rigaret ornatq; . Eo supplicio diũ  
 multumque nequicquam fatigatus, tandem rotæ  
 alligatus est. Indè feris à Syluio Satellici filio ob-  
 lectus, nihil ramen mali passus, præclaram vbiq;  
 de nocte victoriam reportauit. Hac eius constan-  
 tia animiq; virtute perspecta, Euellius Neronis  
 consiliarius, perfidiam & impietatem execratus,  
 fidem amplexatus est: & 5 Kal. Maij iustralibus a-  
 quis cõpiatus, Christo, ex animo nomèn dedit.  
 Torpes verò, iubente Syluio, extra Pisanam ciui-  
 tatem ductus, capitis abscissione martyrìum cõ-  
 pluit, tertio Kal. Maij. Corpus eius sceleris mi-  
 nistri, penè fractæ, & nimia verustate consumptæ  
 maculæ imposuerunt, simulq; cum cane &  
 gallo, in decursum fluminis demiserunt. Porro  
 Angelus Domini venerabili cuidam matronæ,  
 Celerinæ nomine, secundùm quietem apparens,  
 mandauit ut martyris corpus perquireret, sepe-  
 liretq; . Quod illa nequaquã surda aure accepit,  
 sed inuentum magno honore ac reuerècia exce-  
 pit, & in monumentum intulit; quod postea ces-  
 sante persecutione, noua ecclesiæ fabrica, insigni  
 opere visenda honorauit: suisq; fabulatibus mi-  
 rificè exornauit. Cuius festiuitas, propter trans-  
 lationem, hoc die celebrius recolitur.

S. Torpes  
 magnus a-  
 pud Nerone.

Crudeliter  
 cæditur.

Feris obiectus  
 tur, sed ni-  
 hil læditur.

Euellius cõ-  
 siliarius cõ-  
 uertitur.

Torpes capite  
 truncatur.

VITA S. DVNSTANI, ARCHIEPISCOPI Cantuariensis. ex ea qua est per Osbertum Monachum Cantuariensem fide dignum, Migravit è corpore anno Domini 988. anno etatis sue septuagesimo, cum sedisset annis triginta tribus.

C. Baron.  
in not. Mat.  
Rom.

19. Maij.

Parentes  
eius.

Mira res.

Dunstanus  
nascitur.

**B**eatu Dunstanu nobilissima gentis Anglorum profapia ortu ed nobiliss in huius mundi lucem prodijt, quo sub materni sinus adhuc angustia clauso, diuino miraculo designatum est, præclarum mundo per eum lumen oriturum. Cum etenim mater eius eo grauidæ spe prolis futuræ lætaretur, dies Purificationis B. Matris Dei festiuus illuxit. Cumque veritatis gloriæ xûs homines plurimi, accensis de more cereis ad ecclesiam confluere: inter eos pater S. Dunstani, Herstanus nomine, cum Chinedrita matre eius, ad Dei seruitium properabant. ambo ceros, quos pro ritu ipsius diei Deo offerret, deferentes. Tum subito cælo admodum sereno, cunctis admirantibus, cuncta simul luminaria extincta sunt. Dumque pro rei nouitate attoniti starent, & quid certi de tali euentu sentire deberent ignorarent, erectis vultibus, intuentur flammam ignis calidius labi, & cereum, quem mater Dunstani manuferebat, ex ea accendi. Accedunt itaque singuli ad lumen cælo demissum, & inde recipiunt lumen amissum. Ex eo autem tempore, prægnantem mulierem & Herstanum virum eius, maiores omnes sunt ueneratione profecti: prolemque spe maximi boni expectarunt.

Dehinc, instante partus tempore, puer elegantissimi forma nascitur, & post dies paucos sacro fonte re-

regeneratus, Dunstanus nuncupatus est. Qui  
 mens infantie annis superatis, mox literis ad-  
 hibitus est: quibus die ac nocte intentus. Languo-  
 regani corripitur, & gemebunda indies vexa-  
 tione torrens, usque ad exhalationem ultimi fla-  
 tus producit. Sed cum iam velut morti conti-  
 gnis iaceret, & confluens vicinorum coetus, de-  
 sperata planè salute, mortem expectaret: ecce  
 noctis medio, præter omnium opinionem inte-  
 gre sanitati donatur; cunctisque stupentibus, le-  
 tho desiliens, ad ecclesiam pro reddita sibi sani-  
 tate Deo gratias acturus, impiger tendit. Cuius  
 demotioni diabolus inuidens, simulato teterri-  
 morum canum globo, immani latratu ac terrifi-  
 co impetu in eum ruit. At ille, inuocato CHR I-  
 STI nomine, signo se sanctæ Crucis armavit, ar-  
 reptamque, quæ fortè in via iacebat virgu-  
 lam, contra illorum malignorum incurfus vi-  
 brauit: omnesque instar fumi dissipauit, & in ef-  
 fusam fugam compulit. Post hæc ad ecclesiæ ia-  
 neas veniens, eam undique obseratam inuenit.  
 Hinc igitur illucque deambulans, scalam ad pa-  
 rietem templi erectam offendit, quam nescien-  
 ter ascendens, atque ad fastigium ecclesiæ ascen-  
 denso peringens, nullum, quo ingredi posset,  
 scitum reperit: indeque statim ex altera tecti  
 parte descendere coepit. Deus autem qui dele-  
 statur innocentia cordis eius, viam, inter in-  
 via ipsa, disponebat gressibus eius. Tunc repentè  
 angelico ministerio sublatus, intra ecclesiam o-  
 mni ex parte clausam, coram altari depositus est.  
 Cuius rei euentum, qui ipsum egredientem secu-  
 tuerant cõtemplantes, fidele testimonium di-  
 uino miraculo perhibuerunt.

Diuinitas à  
 morbo sa-  
 natur.

Profigat  
 dzmonez.

vide rem  
 admirandâ.

Interea adolescentiæ decus Dunstanus indue-  
 recce.

Aaa 3

recoe.

Minores or-  
dines acce-  
pit.

re cœpit, cum morum gravitate, & sapientia cœ-  
tatis admirabilis, in sortem Domini transijt. sa-  
crisque initiatus, omnibus mundi oblectamen-  
tis calcatis, laudabilem Deo seruitutem exhibuit.  
Videres igitur illum in fouendis pauperibus  
esse assiduum, die nocteque precibus vacan-  
tem, meditationibus, & diuinorum lectioni li-  
brorum sedulo incumbentem. Audita inter hæc  
fama venerabilis Athelmi Canthariensis Archi-  
episcopi, patru sui, eum adiit: & quod maiores  
virtutum omnium perfectionem hauriret, fe-  
lus ei adhæsit. Verum cum elapso aliquanto tem-  
pore, Pontifex vitæ eius integritatem, antiqua  
prudentiam clariùs cerneret, ipsum regi Ethel-  
stano magno affectu fouendum, pioque studio  
protegendum commendauit. Quem ipse benigna  
mente suscipiens, multo sinceri affectus amore  
percoluit. Dunstanus itaque licet corpore in re-  
gia versaretur, summo tamen studio ad celestia  
semper anhelabat: & quo labiliùs inter plurima  
vitiatorum fomenta gradiebatur, tanto firmius ne  
ab ipsis aliquo modo deijceretur, præcavebat. Ve-  
autem iners otium, omnium malorum sentinam  
deuitaret, varijs operibus animum intendebat.  
Peritiã namque scribendi, pingendi, sculptendi-  
que, & in auro, argentoque quiduis fabricandi  
ta claruit, vt à multis quàm maximè admiratio-  
ni haberetur. Super hæc instrumentis musici ge-  
neris, quorum scientia plurimum excellere, nõ  
tantum se, sed & multorum animos, à turbulen-  
tis mundi negocijs sæpè demulcebat, & in medi-  
tatione cœlestis harmoniæ, frequenter cœcubabat.

In apuliam re-  
gis Angliæ  
abducitur.

Vt sit vsus  
musicis in-  
strumentis.

Hæc inter opera sua, à quadam insigni pietate  
ab religione matrona, ad orarium pro ministerio  
ecclesiæ inaurandum, inuicatus fuit. Accessit  
matro-

Nota nisi quiddam.

...onam Dunstanus, cum que opus in manibus  
...beret, cythara eius, quam secum forte detule  
...parieti affixa, coepit per se, nullo hominis at-  
...Antiphona istam distinctis vocibus reso-  
...re: Gaudent in caelis animae iustorum, qui Chri-  
...vestigia sunt secuti: & quia pro ei<sup>9</sup> amore san-  
...guine fuderunt, ideo cum Christo gaudebunt in æ-  
...ternum. Ad hæc ingens oēs qui aderat admiratio  
...comprehendit, & oculis menteque ad cytharam  
...incedit, auidè chordarum vocem captabat. Dun-  
...stanus verò, cytharam istam, verè angelico mo-  
...dulamine administratâ, ita accepit, quasi ex sen-  
...sibili Dei præsentia, quid sibi deinceps agendum  
...sua doceretur.

His ita constitutis, qui primò virum Dei ardè  
...tiori amore complectebantur, tunc, mutata vo-  
...luntate, pronecipibus eius invidere, & sinistris  
...eum artibus uti calumniati sunt: feceruntque,  
...diffusato nequissimo rumore, ut ipse rex & mul-  
...ti ex primoribus eum auersarentur: canesq; pei-  
...ni & ague odissent. Quod Dunstanus aduer-  
...sus malignorum hominum iracundiæ cessit, re-  
...gæque relicta, ad cognatum suum Elphegum  
...Wintonum episcopum, cognomine Caluum,  
...profectus est, præfata autem malitiæ commen-  
...tiores, comperto eius discessu, viam obsidentes,  
...eum interceperunt, equoque deiectum, malè mul-  
...taverunt, multisque affectum iniurijs, acriter fla-  
...gellatum ac vincitum, in horridum cœnum præ-  
...cipitatum reliquerunt. Ne autem penitus peri-  
...teretur, impedimento fuit ingens quædam mo-  
...lissimè multitudo, quæ ex insperato in eos horri-  
...biliter irruens, adolescentem defendit. Pro-  
...pulsus dehinc, venit ad memoratum antisti-  
...tum, eximie religionis & pietatis virum; cuius

Patitur ob-  
trectatores.

Ab æmulis  
multa pati-  
tur.

Canes eum  
tuentur.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Vouet casti-  
tatem.

consuetudine ac familiari colloquio permotus, de monastica vitæ instituto amplectendo secum pertractare cœpit. Nec multo post cum antè magno impetu de ducenda vxore cogitasset, carnalibus funditus renuncians illecebris, perpetuam Deo, de Christi gratia confusus, castitatem deuouit, monasticæque vitæ propositum amplexus est; ac legitimo deinde tempore, per canonicas sacrorum ordinum successiones, in sacerdotij gradum, ab eodem antistite euectus est.

In arctissimo degit domicilio.

Tum verò totus Christi amore inflammatus ad eadem Glasconiam, Virgini matri sacram perrexit, ibidemque domicilium, longitudine quatuor non amplius pedum, latitudine vero duorum cum dimidio, sibi construxit. Altitudo autem staturam hominis non excedebat. In eo igitur, vni Deo per omnia placeret, psallere, orare, manibusque strenuè operari non destitit: proflus vicijs eius exercitijs aduersarius inuidens, insidias ei struere aggressus sit. Quadam enim vice, humana specie tectus, fenestræ ipsius astitit: obnixè ab eo nescio quid operis, postulans. Ille pietatis affectu motus, intermissis his quæ faciebat, ad satisfaciendum postulanti se parabat. Sed mox ex formæ verborumque mutatione, dæmonem esse deprehendens, sumptis tenaculis forciter agnitum monstrum per nasum arripuit, & stricillimè tenuit: ac postremò summo notatum dedecore, a se abegit. At ille deiectam suam superbiam non ferens, querula per plateas voce cursitans, illatam à Dunstano iniuriam vindicare nitentibus, sed mox ab omnibus cognitus, ingenti strepitu relicto, prorsus euauit. Ex eo tempore, tanta cordis munditia, & corporis pudicitia in Dunstano

Pia exercitia eius.

Egregiè tractat dæmonem, ipsi illudere volentem.

claruit, ut omnes qui vitam eius nouerant, regelo similem iudicarent. Vnde complures vique sexus homines, quotidie ad eum contere, & de salute consulere ceperunt: quos pimentis sanoque consilio ita instituit, ut maximo se affectos beneficio singuli gauderent.

Interea Ethelstanus rex, regio munere simul cum vita perfunctus, Edmundum fratrem successorem reliquit: qui missis ad Dunstanum nunciis, eum in regno, a consilijs habere voluit. Non recusauit vir sanctus, sed eius se libens, salua tamen ordinis reuerentia imperio subiecit: tantaque felicitate, consilio, & virtute, regni gubernacula direxit, ut non modo vulgus, sed Rex ipse cum sine fine coleret, nihilque praeter eius voluntatem audente praesumeret. Sed his foelicibus rerum successibus rursus irritatus daemone, primum dolo cuniculisque, deinde irruptione, & aperta vi, in eum grassari constituit. Itaque periberos maliciae suae ministros, non solum de periculo eum honore deiecit: sed etiam regi proceribusque iniuriam, curia depulit. Sed accidit deinde die tercio, cum Rex in syluam venatum abiret, ut equo montis altissimi praecipitia tentate in vltimum vitae discrimen veniret; cumque desperata salutis spe trepidaret, occurrit animo eius, illam Dunstano iniuria. Itaque grauissima ab imo cordis trahens suspiria, celeri sponse, si praesens mortis periculum euaderet promisit se optimam cum Dunstano in gratiam rediturum: Exaudita fuere continuo a Deo preces: equusque illico subsistens regem a periculo subduxit, & incredibili gaudio, ex insperata salute exultantem, domum deuexit. Tum vero Rex adunatis in aula principibus, cuncta quae ac-

Aaa 5

cide-

Regi Edmūdo egregiū se exhibet adiutorem.

Opera obtrectatorum, a regis aula pellitur.

Rex in summo periculo adductus, ut caeserit.

**Extruxit  
monasteriū.**

ciderant exposuit, & Dufstanum in pristino-  
nō modò honores restituit, sed amplissimo quo-  
que fūdo, in quo natus erat, donauit. ut de eo pro  
libertate arbitrij sui, disponderet. Itaque Dufstanus  
cui præcipua animarum cura sub pedice vi-  
uebat, locum illum diuino cultui consecrauit,  
regiaq; adiutus liberalitate, magnum fratrum nu-  
merum congregauit, quibus ipse Abbas præfuit,  
& paterna pluſquā benignitate, mirabiliter pro-  
fuit. Et quia omnium salutem ardentè expecta-  
uit, sic suos disciplinis informabat: ut innumerab-  
les ab eo prodirent, qui collapsa per Angliam  
pietatis fundamenta, & collabantem ecclesie  
statum fulcirent. Factumque est, ut sicut, quod  
suprà diximus, ex cereo matris, totus Ecclesie  
conuentus, lumen amissum recuperauit, ita  
hoc loco ipsius Dufstani doctrina instructo, om-  
nes ecclesie Anglię, verę religionis lumen sum-  
pserint.

**Dæmon va-  
rijs modis  
orationes ei-  
us impedi-  
re nititur.**

Inter hæc Diabolus solitis inuidie stimulis  
concitatus, cum aperta vi fraudibusque eum de-  
statu tam sancto tamq; foelici derurbare nō pos-  
set, totis hoc saltem viribus annis eum, puri-  
tatem orationum eius, mentisque splendorem,  
impuris cogitationibus obscuraret. Vnde in-  
pi & vulpeculæ interdum effigiem demutatis  
horridus apparebat, & varijs anfractibus, & in-  
coſis motibus, animū mentemq; eius dissoluere  
nitebatur. Sed fuit semper cū dedecore repulſus,  
nouamque potiùs indies gloriosi triumpho ma-  
teriam Christi militi suppeditauit. Die quodam  
ab Edmundo rege, ad colloquium inuitatus, in  
medio itinere dæmonem sibi obuiam habuit,  
qui mimo similis, coram eo ludere, subsistere, &  
multis modis lætitię fræna laxare cepit. Cogit



proxi- nūs, diuinitūs edoctus Dunstanus, quid  
 illa in tempeſtiua inimici gaudia vellent. Ait  
 ſpiritu prophético: Rex noſter, morti iam  
 proximus, multis regnū tempeſtatibus obnoxio-  
 ſi ſucceſſori relinquet. Quam ſentētiā die ſe-  
 cundo veritas ſubſecuta eſt. Regi namque in au-  
 ſu ſuis miſerè interempto, Edredus frater ſuc-  
 ceſſit: vir pietate & prudentia egregius; qui præ-  
 ceptum omnium iniquam, pari amore & hono-  
 re Dunſtanum amplexus eſt: proſuſ, vt antiſti-  
 tum eum multis modis creare niteretur. Sed vir  
 ſanctus, vt ab omni honore plurimum ſemper  
 abhoruit, ita eam dignitatem cōſtanter recuſa-  
 uit. Intererea Edredus, aduerſa correptus valetu-  
 dine, Dunſtanū in monaſterio ſuo tunc temporis  
 degentem, per nuncios ad ſe vocauit. Qui cū  
 alicubi proxi- nūs equo, ad agrotum feſtinaret, in  
 ipſo itinere vocem cælitus delapſam audiuit:  
 Rex Edredus in pace quieſcit; ſtatimque ad eum  
 vocalonitum, equus cui vir Dei infidebat humi  
 corruens extinctus eſt.

Prophetia  
 eius.  
 Edmūdi re-  
 gis cædes.

Episcopatū  
 recuſat.

Edredi regis  
 obitum ſoe-  
 licem, diui-  
 nitūs cog-  
 noſcit.

Eduini re-  
 gis, infauſtū  
 imperium.

Post Edredum, Eduinus Edmundi filius om-  
 ni- nū- dentis inops, & rerum gerendarum pla-  
 re- nū- opers, regni gubernacula ſœlici parū omi-  
 ni- nū- ſuſcepit. Mente namque & corpore iuuenis,  
 per omnia libidinum genera vagabatur, & re-  
 gnum tyrannide opprimebat, ſuaque & crude-  
 litate rebus omnibus, tam ſacris quā prophā-  
 tis, vaſtatam inferebat. Gemit in iſtis Dun-  
 ſtanus, & viam omnem modumque inquirebat,  
 vt regem tanto mentis agitatū furore, ad ſani-  
 tatem reduceret. Sed fruſtrā. Rex enim cūcta eius  
 monita repellebat, & ſcelera ſcleribus cumu-  
 latus, quocunq; impietatis animus eum voca-  
 re ſequebatur. Tū Dunſtanus, relicta regia, Glas-  
 coniam



S. Dunstanus  
reliquit regia  
ad monaste-  
rium suum  
abit.

Vide S. Viri  
zelum.

S. Dunstanus  
proscribi-  
tur.

coniam ad monasterium suum secessit; atque  
Eduinus carnis illecebris inescatus, duabus mu-  
lierculis, impudico nimis amore affidens adhe-  
rebat. Accidit autem die ipso, quo regio diade-  
mate sceptroque donatus, regale totius regni pro-  
ceribus conuiuium extruxerat, ut post epulas, so-  
lito mentis furore, ad impudicas illas foeminas  
secederet; nihilque tantorum virorum confes-  
sum reueritus, honestè parùm amori operam di-  
ret. Qua re cognita, optimates sanè indigni  
Odonem Cantuariensem Archiepiscopo riu-  
dignitate auctoritateque exteris eminebat, ho-  
tati sunt, ut regem ab illicito & impudico fo-  
minarum congressu, reduceret. Sed ille pusillo  
animo regiam offensionem pertimescens, se ex-  
cusauit: regemque publica afficere ignominia,  
nefas esse dixit. At proceres de regis regno que la-  
lute solliciti, Dunstanum monuerunt, ut eam  
sua virtute ac sanctitate dignam, exequeretur in-  
trepidè. Tunc verò Dunstanus, cum summa gra-  
uitate ac modestia cubiculum ingressus, primò  
asperis sanè verbis, in mulieres impudicas inue-  
ctus, lasciuias earum detestatus est. Deindè leni-  
ad regem vultu, voceque còuersus, ut se tanti op-  
robrij exortem faceret monuit: ac submissè, ut  
secum ad proceres rediret, suaque eos præsentia  
exhilararet, precatus est. Qui animi furore &  
vultus rubore peresus, dum se redicurum nega-  
ret, Dunstanus apprehensa illius manu, è medio  
foeminarum eum abstraxit, impositoque capiti  
eius diademate, ad conuiuantes introduxit. Quæ  
ignominiam altera foeminarum non ferens, se  
eam quouis modo vlturam, garrula conteltatio-  
ne deuouit. Nec quieuit foemineus furor mali-  
tiæque: antè quàm apud regem efficeret, ut vir fan-  
ctus

regni totius finibus expulsus, cūctis etiam  
in monasterio habebat, spoliaretur.

Tulit eam iniuriam Dunstanus animo mag-  
no, & in alto diuinæ prouidentiaē iudicio quies-

cit, mare petijt, nauem conscendit, prosperrimè  
per cursu in Flandriam venit. Gandauī autē,

in loco eximia religione eo tempore, prædico, se-  
dem fixit; ibique in omni sanitate degens, omni-

bus est charus factus & admirabilis. Nefanda  
tamen scemina eum ubique inquirente, ut ocu-

lorum privato lumine, ad ludibrium abutere-  
tur. Sed omnipotens Deus, qui nunquam suo-

rum gloriam iniquis persecutionibus penitus  
obscurari patitur, nō multò post, quosdam mag-

numbræ potentis excitauit, qui im-  
pium regem aut occidere, aut regno priuare mo-

uerunt. Et ipsum quidem in effusam fugam vl-  
tra Thamesim compulerunt: sceleratā verò me-

temeritatem eius, iuxta ciuitatem Glauuorniensem,  
mala morte perdidit. Quibus patrat, Ed-

garum fratrem illius, super totam terram, à præ-  
dicto Humbræ fluuio, vsque ad Thamesim flu-

uio regem fecerunt; regnūque hoc modo, quod  
prius unum erat, in duo diuisum est: Thamesi suo

fluuio alueo determinante. Edgarus itaque per-  
cepta regali dignitate, conuulsam regni statum

restituit, & obscuratam religionis pietatisque  
faciem, nouo virtutum splendore reformauit.

Dunstanum quoque missis in Flandriam nun-  
tibus honorificè ab exilio reuocauit: & ad VVigo-

riensis ecclesie episcopatum, quanquam inui-  
tatum euenit, ac se suaque omnia eius sapientie &

moderanda commisit.  
Interea & diuinus vitæ præsentis subtractus est,  
& anima ipsius, Dunstano precibus intento, à

teter-

*Abit in Flā-  
driā & Gan-  
dauī degit  
vir Sanctus.*

*Eccē ibi vl-  
tio diuina,  
in impium  
regē, & scor-  
tum impu-  
tum.*

*§ Dunstanus  
reuocatur  
in Angliam,  
& VVigo-  
riensis Epif-  
copus crea-  
tur.*

**Precibus suis,** liberat a nimā impij Eduini, defuncti. Edgarus, rex Anglię, pius

**Dunstanus,** creatur Londoniensis episcopus.

**Industria** Osvaldi Episcopi, in corrigendo clericos dissolutos.

teterrimis dæmonibus euestigio præsentata. Quibus poenas miseratus vir sanctus, suarum immemor iniuriarum, pro eius liberatione immensus Deo lachrymarum effudit imbres, donec se pro eo exauditū agnouit. Posthęc Edgarus totius regni hæres effectus, profligatis bellis ac seditionibus desideratā diu requiē ac pacē in omnes regni partes inuexit. Exin defuncto Londoniensi episcopo, Dunstano eā quoq; sedem administrandam commisit; quam summa necessitate cōpulsi abijt: suoq; exēplo ac vitæ integritate, à corruptis moribus ad verū, religionis & iustitię cultum duxit. Olwaldū verò, virū sanctum & religionis in regimē Ecclesię VVigorniensis, sibi succedere fecit. Qui cum clericos ibidē degentes, nec a prauitate sua conuertere, nec indē (quod potentia & nobilitate omnes præstarent) posset eliminare, construxit contiguam penē ipsi ecclesię, Basilicam Deiparę virgini, in qua cum suis, tanto tamque eximio virtutum omnium splendore Christo seruiebat, vt vulgus, ea virtutum pulchritudine captum, dissolutos clericos contemneret monachosq; incredibili amore ac honore suscipere prorsus vt ipsi clerici proprię conscientię testimonio redargutus, vel recederent, vel in eandem vitæ societatem commigrarent.

Inter hæc foelicissima pietatis quotidianis incrementa, Odo Cantuariorum Archiepiscopus, sua morte ingentem omnibus Anglorum ecclesijs luctum intulit, populosque innumeros ætatebo mœrore percussit. Dumq; alius sede illa primaria dignus exquiritur antistes, post vnum atque alterum, tandem ipse Dunstanus vniuersi omnium acclamatione solus tanto honore dignus pronuntiatur. Et quanquam ipse

bus (quod aiunt) pedibusque, eam à se digni-  
 ter repellere niteretur, repetitis tamen ac-  
 tantium vocibus victus superatusque, pri-  
 mum totius Britanniae sedem regendam sus-  
 cipere coactus est. Itaque accepta temporis op-  
 portunitate, Romam ad Pontificem profectus  
 est, ut si ei visum foret, stola sui Apostolatus de-  
 coraretur. Quod Pontifex ei honorificè ac de-  
 centissimè præstitit: & multis magnisque affe-  
 ctibus beneficijs, pastorem eum genti Anglorum,  
 ac salutis eorum prouisorem destinauit.

Tunc Dunstanus, qua virtute & iustitia, qua  
 pietate & religione, eam sedem administraue-  
 rit, quæ orationis vis dignè satis explicare po-  
 tuit. Certe hoc constat, tam excellentibus om-  
 nium virtutum meritis eum claruisse, ut tota  
 ipsa Anglia, usque hodiè eius sanctitatem mi-  
 ratur, virtutes prædicet, iustitiam & æquitatem  
 laudet: meritoque de tam insigni Patrono glo-  
 rietur. Et quidem cum omnia quæ cum admi-  
 nistranda iustitiæ & pietatis opinione gessit, expli-  
 care nequeant, è paucis quæ subijcimus, reliqua  
 meminimus debemus. Comes quidam præpotens,  
 conjugium suam illicito sibi matrimonio copu-  
 lauerat, & à Dunstano semel, secundo, & ter-  
 tio redargutus, incestum suum diuortio expia-  
 re solebat. Qua propter gladio Spiritus sancti  
 iuro Dei percussus, à liminibus est sanctæ Eccle-  
 siæ separatus. Qui typho tactus superbiæ, regem  
 & Dunstanum immoderatè & impiè seue-  
 ritatis accusat, regia sanctione se ab eius tyran-  
 nide liberum constitui, querula voce precatur, &  
 impetrat. Sed Dunstanus qui regis ea in re au-  
 thoritatem nihil faciebat, ubi vidit illum con-  
 trariè Spiritu contra se furere, minarique;

omnia

Fit Archie-  
 piscopus Cæ-  
 mariensis.

Fraconiam  
 S. Dunstani

Excommu-  
nicat homi-  
nem ince-  
stum, & cō-  
sumacem.

Vē qui iusti-  
ficatis impi-  
um pro mu-  
neribus.  
Esa. 5.

Vide nobile  
exemplū, pu-  
blicæ poeni-  
tentiæ.

Nota feveri-  
tatem S. Viri  
in eos qui  
monetam  
adulterarāt.

omnem ei fidelium communionem, donec à sus-  
prauitate discederet, interdixit. Tunc ille imma-  
ni furore correptus; legatos suos Romam desti-  
nat, & talibus assueta quorundam Romanorum  
corda & ora in suam causam largo munere; lac-  
giori que promissione; permutat. Quid deinde  
Præsul Apostolicæ sedis, Dunstano verbis ac li-  
teris, vt homini peccatori condescendat, eumque  
ecclesiæ gremio integrè conciliet, hortatur, mi-  
net, imperat. Ad quæ Dunstanus ita respondit  
præceptis Domini Papæ libenter pariturum, si  
illum sui delicti poenitudine ductum, scelus de-  
tastari cerneret. Auertat hoc Deus, dicebat, ne  
ego causa alicuius mortalis hominis, vel pro re-  
demptione capitis mei, postponam legem, quam  
seruandam in Ecclesia sua, statuit idem Dominus  
meus IESVS CHRISTVS. Hac viri constantia  
perterritus Comes, abdicato illicito coniugio,  
poenitiæ sibi cultum imposuit; docuitque pa-  
lam, quanti excommunicationis fulmen, à viro  
sanctissimo vibratum, faciendum sit Dunstano  
namque generale totius regni concilium celo-  
brante, ipse suimet oblitus, nudis pedibus, laeuis  
amictus indumentis, virgas manu ferens, Con-  
cilio sese medium ingessit; & gemebundus ante  
viri sancti pedes corruens, admirando nosque  
spectaculo, cunctos ad lachrymas prouocauit  
& ab anathematis vinculo absolutus, fidelium  
communioni restitutus est.

Alio verò tempore monetarij tres, cum falsa  
moneta capti, ad lubeandam poenam, homini-  
bus per totum regnum promulgatam, sunt adu-  
dicati. Die ergò Pentecostes, idem Pater Misericordiam  
solennia celebraturus, cum ob diei reuerentiam  
statutam Dei populo iustitiam, in alium diem  
trans-

intelligeret, mox ab offerēdo sacrificio pe-  
 retraxit: negavitque se antè pro omnium  
 Deum precaturum, quàm homines nefas-  
 meritas pœnas dedissent. Cùm enim paupe-  
 rum, viduarum, ac pupillarum defensor esset e-  
 nimus, & singulari eos patrocinio foueret, palā  
 denunciabat, Deum iustum Iudicem, benignas  
 supplicantiibus non præbiturum aures, nisi tantū  
 debito iustitiæ rigore expiatum esset. Ea  
 res, quanquā crudelitatis plurimum habere  
 videretur, & multi tantam in ancistite seueri-  
 tatem damnarent, Deus tamē præclaro sanē  
 miraculo, quā sibi ea iustitia grata esset decla-  
 ratur. Nam vt primū, ā peracto supplicio, in  
 illius solēnnia, sacras manus extendit,  
 ut ea columba, multis intuentibus, de cælo des-  
 cenderet, expansisque supra caput eius alis, &  
 quā immotis, sub silentio permansit, donec sa-  
 crificium, non sinē maximo lachrymarum im-  
 becitate consummatum esset.

Mors erat viro sancto loca sancta, vno tan-  
 tum socii, noctu peragrare, & se inibi  
 pro cordis contritionem Deo mactare. Accidit  
 frequenter, cūm proluxius diuinis inten-  
 tionibus meditationibus mente per cælestia regna  
 migraret, vt angelicos concentus audiret, &  
 præsens sanctorum choris interesset, res  
 mirandas contemplaretur: adeo, vt ab ipsa  
 sanctissima virgine numerofo virginum choro  
 summo cum honore exceptus, & ad ec-  
 cliam, quò tendebat, deductus fuerit. Hinc visa,  
 quæq; semel animarum sanctarū pulchritu-  
 dine, incredibili salutis omnium amore flagrare  
 cepit: prorsus vt volentes nolentesq; secum ad  
 cælorum abriperet.

Colūba ex-  
 litus venit,  
 sacrificantis  
 capiti insi-  
 det.

Pium eius  
 nocturnum  
 exercitium.

Cælestibus  
 officitur cō-  
 solationib;  
 & visionib;.

Bbb

Præsi-

Præsidebat ea tempestate VVentanæ ecclesie, præsul Atheluuoldus, vir eximie sanctitatis, & educatione patris Dūstani non parum insignis, cum ecclesie suæ canonicos, per abrupta vitiorum ruere cerneret, neq; posset vllis monitis vel exemplis, homines carnis illecebris irretitos, ad meliorem fugem reducere, cunctos oblitinamente in scelere persistentes, de ecclesia eliminavit, cæteros vero ad monasticæ vitæ professionem, non inuitos adduxit: effecitq; vt canonicorum ordo, in veræ pietatis domicilium ac monasterium, mutaretur. Ea re Clerici, qui eiectione fuerant, offensi plurimum, citato gressu regem aduunt, & iudicium atque iustitiam de illata sibi iniuria fieri postulant. Indicitur ex regis præcepto VVintoniæ, omnium Ordinum concilium, vt huius negocij querela determinetur. Surgunt hinc inde lites, quas Dunstanus propositis rationibus destruit docetque clericos, qui à sorte Domini, per vitæ suæ prauitatem distulerant, nihil sibi ex ijs vindicare posse, que ecclesijs ad subsidium eorum, qui inculpa vitæ integritate Deo seruiunt, data sunt. Quibus auditis rex, & ex principibus plerique omnia controuersia, concilio excefferunt: sed mox clericorum precibus permoti, sese deprecatores exhibuerunt apud Dunstanum, vt vel hac vice veniam obtinerent, eiectioneque in pristinum statum restituerent. Sed let ad ista vir sanctus, cum que demisso capite, quid facto potissimum opus esset pertraheret, & reliqui interim, suspensis animis ad pontificis responsum aures arrigerent: ecce subito Crucifixi imago, quæ in edito loco pendebat, cunctis videntibus dixit; Non fiet, non fiet. Iudicatis bene, Mutaretis nõ bene. Tremefacto in his vultu

Canonici  
incontinen-  
tes castigan-  
tur ab Athel-  
uuoldo, san-  
cto Episco-  
po.

Eccè rem sa-  
nè stupēdā.



inul conuentu, intulit Pater Dunstanus. & ait;  
 Quid amplius vultis, fratres mei? Diuina senten-  
 tia definitum audistis negocium præfens.

Et hoc quidem modo monasterio, elimina-  
 tis planè Canonicis, pax concessa fuit: sed non  
 multò pòt filij eorum, vt amissam illam in pa-  
 rentibus suis hereditatem recuperarent, Berneli-  
 num quendam admirandæ eloquentiæ virum,  
 magno conductum pretio, contra Dunstanum  
 abduxerunt. Cūque omnes Clericorū filij, arma-  
 ti theore illo, præcipua victoriæ suæ spe, anti-  
 quæ calumniæ iurgia apud Dunstanum prome-  
 rent, vgerentque vt bona ablata restituerentur,  
 vir sanctus; Nostis, inquit, calumniam istam,  
 quam mouetis, diuino ore olim definitam; &  
 ego iam grandæuus, multisq; laboribus exhau-  
 stus, quod reliquum est vitæ, in pace trāsfigere cu-  
 pio. Hactenus pro viriū mearum facultate, labo-  
 ranti ecclesiæ opem tuli; amodò totius laboris  
 impariens, Domino Deo causam Ecclesiæ, suæ cō-  
 tra insurgētes hostes, tuendam committo. Dixit,  
 & ecce solarium, in quo consistebant, euestigio  
 cecidit, omnesq; pariter præcipitados, in suo ca-  
 su nō modicum læsit. Vbi verò Dunstanus cū suis  
 cōsuebat, nulla ruina domus, nullus casus emer-  
 sit. Hoc ergò modo, omnis calumnia clericorum  
 sopita, & ipsa SS. monachorū conuersatio, ad eò  
 stabilita est: vt alijs eādē virē ignominia nota-  
 tis clericis, de suis ecclesijs eiectis, monachi in  
 eorum locū substituti sint; adeò vt aucta per An-  
 gliā religione, 48. monasteria instituta fuerint.

Inter hæc sopito negotio, quod Edgarum re-  
 gem à diademate remorabatur, Dunstanus cun-  
 ctis gaudentibus & exultantibus, regni coronam  
 illi imposuit. Ipse autem à biennio quo hæc fa-

En iterum  
 rem admi-  
 randam.

48 Mona-  
 stēria sub  
 Dunstano  
 instituta in  
 Anglia.

sta sunt, immatura morte præuento, Eduardo fi-  
lio suo totum regnum hæditario iure reliquit.  
Illo verè post aliquot annos, per fraudem no-  
uereq; suę interfecto, Ethelredus illius male mu-  
lieris, matris ignominia magis, quàm patris sui  
solertia præditus in regnum substitutus est. Cu-  
ius prepectio quanquàm animo Dunstan mini-  
mè lederet, ius tamen regnum ei compleuit. At  
tamen regali solio positum, seuero quodã ver-  
borum tonitruo (quia per sanguinem fratris sui  
regnum obtineret,) increpauit, & prophetico  
spiritu totam illam terram, per plurima secula  
depopulandam, prædixit. Quæ licet se vident

Prophetia  
S. Dunstani,  
de Anglię  
deuastatiõe.

euentura negãrit, euentura tamen esse, omni re-  
raci prophetia, testè calamitate præsentis, illu-  
uit. Accelerabit cum sibi placuerit omnipotens  
Deus, quam sublecuram promissit libera-  
tionem, per tanti vatis sui merita & intercessionem.

Vir sanctus,  
per omnem  
vitam, & de-  
monũ infi-  
dias, & cele-  
stes cõsola-  
tiones expe-  
tus est.

Porro vir sanctus ut nunquam se in vita,  
cœlesti consolatione & admirandis visoribus  
& Angelorum etiam colloquio delictus fuit,  
ita assiduus penè demonum iniultus subsistit.  
Et quanquàm sæpè se ab eo victum confutum-  
que meminisset inimicus, ab eius tamen in-  
tentione cohiberi non potuit. Nam suarum  
versutijs confusus, hoc vnũ molibatur, ut  
ut saltẽ puritatem mentis obnubilaret, effu-  
caciã precum eius infringeret. Itaque de-  
dum in visi effigie hupidus, orantem aggre-  
ssus, & hante rictu insurgens, horrore tu abo-  
ratione deterrere nititur. At ille zelo diuino in-  
reptus, arreptum baculum quem manu sua  
solebat in hostem vibrare, cumque cœcõo tan-  
diu persequitur, donec idem baculus in tres  
partes comminutus, confringeretur. Inde verò  
alliam

sum sibi scipionem confecit, in cuius summi-  
 me argento egregie decorata, dentem Beati An-  
 drew Apostoli, quem singulari honore in omni  
 semper vita coluit, inclusit. Equidem in ijs san-  
 ctissimi Apostoli reliquijs tantum contra ma-  
 lignorum spirituum incurtus munimen sensit,  
 unde in cepto congressu non formidarent, oblatamque  
 vltro pugnam detrectarent.

Itaque de uxoribus hoc modo ætate, post plurima  
 demonum certamina, Christi auspicio feliciter  
 superata, post multa ab inimicis, propter pie-  
 tatis studium, intentata pericula, post præclara  
 sanctitatis suæ testata miracula, diuinitus de o-  
 bitu suo præmonitus, suauiter, Corpore Christi  
 sanguis & sanguine, ex hac vita excelsit: & an-  
 gelicis eum choris ducentibus, ad Christum mi-  
 grauit.

Postquam verò vinculis mortalitatis solu-  
 tus est, miracula quæ in vita patrare cœperat,  
 multo maiorem longè lateque de se splendo-  
 rem dederunt; quin & nouis ad eum coruscavit, ut  
 quantæ sanctitatis, meriti que apud Deum esset,  
 luce meridiana clariùs testarentur. Cæci tres,  
 non sine maxima astantium admiratione, lumen  
 ad tumulum eius adepti sunt. Paralyticus qui-  
 dam, præter nobilitatis & diuitiarum gloriam,  
 presbyterij etiam honore clarus, hortantibus a-  
 micis, viliturbæ admixtus, confestim sanitatem  
 consecutus est. Sed is idem cum instructo amicis  
 & vicinis conuiuio, ut ipsius saluti congratula-  
 rentur, inter epulas illi Deum laudarent, quod  
 potentes non abijceret, sed inter mites & paupe-  
 res, ipsis quoque gratificaretur, presbyter super-  
 bis spiritu tumidus, negauit se instar inopis à  
 Dufano curatū: quin, inquit, etiā, sine Dufano,  
 mihi

Nota vim  
 reliquiarū.

Felicissi-  
 me migrat  
 ad Christū.

Miracula  
 post obitū  
 eius.

748 VITA S. PETRI DE MORONO  
mihi sal<sup>o</sup> restituta fuisset. Vix ea verba miser  
pleuerat, cum ecce pristinus morbus rediit: & a-  
cerrima vi animam infelicem, ab ingrato & in-  
flato extorquet. Ea res effecit, vt metus & reuer-  
tia erga beati viri sacras reliquias excreceret,  
multiq; ex longinquis locis eò confluere, cum  
vt morbis liberarentur, um vt eius intercessione  
veniam obtinerent peccatoru. Plurima insupe-  
diuina virtute edidit miracula, q nos, ne nimis  
prolixitate lectorẽ oneremus, prætermittimus.

C. Baron. in  
not. mart.  
Rom.

VITA S. PETRI DE MORONO, QUI  
ex anachoreta, summis Pontifex creatus, dicitur  
est Celestinus V. ex ea quæ est per Rem. D. Pe-  
trum de Aliaco, Cardin. Cameracensem scripta.  
Claruit anno Domini 1294.

19. Maij,  
Pateres eius.

**P**etrus vir eximia virtute in Aprutijs, in pa-  
tribus Italia natus, spiritu quâ carne & ani-  
mo quàm origine nobilior, patrem habuit  
Angelierum, qui ex Maria coniuge sua, in hac pa-  
triarchæ Jacob, filijs xij à Deo ditatus, patrem cui  
S. Patriarcha Deo seruitutem exhibere solebat.  
Vacabat sedulo pietatis operibus, & quantum per  
facultates licebat, curandis pauperibus  
operam dabat: & sine intermissione, multo-  
mitibus & indefessis orationibus, vt vniuersis  
omnibus filijs diuino seruitio dignum  
postulabat vterque. Nec sua fuere spe  
Nam ex duodecim fratribus, velut alteri  
à Deo singulariter dilectum, diuina providentia  
multis indicijs ac signis mirabilibus declaratum.

Defuncto patre, mater tali prole beata, illum  
hunc suum studio literarum tradidit. In cruce  
nocte, qua puer literis incumbere cepit, septem  
annos at-  
eremitic-  
nis frau-  
adire de-

eius pater, cuidam in somnis apparuisse visus  
 est monens hortansque, vt matrem incitaret ad  
 filium omnibus maximarum artium disciplinis  
 imbuedum. Nec hoc sine numine diuino fa-  
 ctum esse credendum est. Nam humani generis  
 inimicus, foelicibus huius pueri successib⁹ inui-  
 dens, per se suosque ministros, sanctum matris  
 conatum impugnare satagebat. At constans ac  
 fortis mulier, à suo se proposito diuelli non fi-  
 nebat. Interea puer vt primùm literis à limine  
 salutis, mentem vocemq; ad orationem formare  
 didicit, aspectu imaginis Christi, pro nobis in  
 crucem sublato, mirum in modum delectari cœ-  
 pit. Cumq; puerili simplicitate, ardentius inter-  
 dum obcurus in eam speciem defigeret, virginē-  
 que Matrem & Ioannem sub Cruce stantes con-  
 templatetur: visus sibi videre est Apostolū. (præ-  
 cipue si quid eo die correptione dignum admi-  
 sisset) ad se venientem, monentemq; vt vitam  
 moreq; componeret, & Christi vestigijs sedu-  
 lo insisteret. Indè paulatim culmen perfectionis  
 ascendens, tota mente die nocteq; caelestia per-  
 tractare cœpit: & matri, signis minimè dubijs,  
 spem quam de eo conceperat, certam ostendere.

Dæmonis  
 aduersus eū  
 machina-  
 menta.

Porro cum puer adhuc trium annorum, ligno  
 præacuto in dextero oculo percussus, excœcatus  
 fuisset, mater à medicis destituta, ad quandam B.  
 Virginis ecclesiam cum filio pergens, totam ibi  
 noctē in sacris vigilijs ac precibus exegit: & ma-  
 nū oculum filij sanum, & in columem reperit.

Oculus eius  
 læsus, diui-  
 nitus cura-  
 tur.

Itaque puer sanctus, vt primū adolescentiæ  
 annos attingit, incredibili amore solitudinis, &  
 eremiticæ vitæ flagrare cœpit. Et nè qua dæmo-  
 nis fraude circumueniri posset, Romam prius  
 adire decreuit, vt consilium ab ipso Pon-

De vitæ so-  
 litariz desi-  
 derio, & ab-  
 itione eius  
 ad eremum.

tifice sanum saluberrimumque acciperet. Solus  
igitur, omni humano destitutus consortio, iter  
aggreditur in quo post multos labores, terrores  
atque pericula, ad montem quendam pervenit ubi  
omisso Romani itineris proposito, parum co-  
pusculo suo a pram formavit foueam; in qua an-  
nos tres, in summa admodum vite austeritate  
peregit. Hoc ergo in loco inter multas diuine  
bonitatis consolationes, mirum quatenus in sus-  
conuersationis principio, diabolicę malignita-  
tis pertulerit insidias: & quam inuicta virtus,  
insultus inimici repulerit. Exacto autem illo an-  
norum spatio, Romam perrexit, vt sacerdotali  
benedictione ac beneficio dotatus, multo virtu-  
lius, pro sua aliorumque salute contra hereticos  
decertaret. Itaque sacro presbyterij affectu im-  
mersus, mox ad montem Muronis abiit, ubi in oc-  
pta quadam annis quinque angelicę vite puri-  
tatem æmulatus, vixit. Cumque degens in deserto,  
omnium terrenarum rerum, & corporis curam  
consuetudinis oblitus, indes magis magisque  
caelesti splendore illuminaretur, sentiretque in-  
terim humanę carnis fragilitatem spiritui obli-  
scantem, & interdum nocturnis pollutionibus  
corpus inquinantem, animo vehementer impug-  
nare cepit, an deinceps sacrosancta immaculata  
corporis & sanguinis Christi mysteria offerre  
deberet. Ea fluctuatio cum in dies vehementius  
perturbaret. Ecce nosse quadam visus est in  
monte ipse Christus assistere, qui vanos illos cogi-  
tationis stimulos, a malo spiritu fraudulenter  
immissos, sustulit: docuitque ac monuit propere  
huiusmodi diabolicas illusiones & carnis illu-  
bras quoad illis animus repugnat, a spiritu sancto  
exercitio mysteriorum, ne utiqua cessandum esse.

Degit triennio in fossula.

Rome sacerdotio initiatur.

Molestis scrupulorum eius.

Hac igitur  
ma ac pœ  
neus & vt  
m, vastiore  
al Magalla  
variasque  
gloriosius  
tauit. Nec  
consolatio  
dapis, il  
gudio rec  
eue diuinis  
culp, & ci  
stique pre  
noobus iu  
que oculos  
fomo & l  
tandem ali  
exhausta i  
tui obtemp  
dum rebel  
stium lab  
domabat, c  
rum motus  
Igitur c  
rutilans ch  
que exerce  
lucique im  
de fratru  
ria pietatis  
modum cę  
peratis or  
turus sic  
exemplo  
ulperfus

Hac igitur infœlici laniantis conscientia mi-  
sera ac pœna liberatus, magno est gaudio deli-  
veratus. & ut præclariora de hoste trophæa erige-  
ret, vastiorem expetens solitudinem, ex Muronis  
ad Magallæ montem se transtulit; in quo novas  
variasque dæmonum insidias rursus expertus,  
gloriosum semper triumphum de hoste repor-  
tauit. Nec desinere in medijs procellis angelicæ  
consolationes, spiritusque cælestes: qui appositis  
dapsibus, illi ministrarunt, & ingenti perfusum  
gaudio recrearunt. Nec mirum sanè, adeo nam-  
que diuinis assueuerat alloquijs, ut corporeo  
cibus, & cibo potuque planè neglectis, dies no-  
bisque precibus, & hymnis, & diuinis medita-  
tionibus iungeret, & fatigatos vigilia, cadentes  
que oculos, tamdiu in opere contineret, quoad  
somo & lassitudine oppressus, ubi fors ferret,  
tandem aliquando succumberet. Et quamquam  
exhausta ieiunijs membra promptissimè spiri-  
tui obtemperarent, ne tamen insurgentes inter-  
dum rebelles carnis motus, tranquillum animi  
illarum labefactarent, asperrimo corpus cilicio  
domabat, catenaque ferrea, lasciuientes lumbò-  
rum motus comprimebat.

Igitur cum tantus hic virtutum splendor, &  
rutilans charitatis flamma, vim suam longè late-  
que exerceret, multos ad sanctæ vitæ societatem,  
suique imitationem allexit; adeo ut noua quoti-  
dè fratrum multitudine ad eum conflante, va-  
ria pietatis domicilia extruxerit, & præclare ad-  
modum cõtra dæmonum insultus, & graue pau-  
pertatis onus, fratres suos cælesti consolatione  
tutatus sit. Et ne pusillus grex, quem sanctitatis  
exemplo & verbo, Christi ouili aggregauerat,  
dispersus aliquandò periret: eum in Lugdunensi

Migrat ad  
montē Ma-  
gallæ.

Summa vite  
eius austeri-  
tas.

Ordo Cæle-  
stinorum, in  
Lugdunensi  
Concilio,

Bbb 5

Con-

sub Grego-  
rio decimo  
cōfirmatur.

Concilio, sub Pontifice Gregorio, eius nominis  
decimo, confirmari postulavit, impetravitque ut  
sub Benedicti Regula, quæ multorum vitiorum  
obscurata iacebat, ordo sacer in ecclesia Deo mi-  
litaret. Itaque religione eius per Pontificem cō-  
firmata, animum ad salutem omnium sedulo pro-  
mouendam adiecit: breuique admodum sex &  
triginta loca Deo dicavit: in quibus sexcenti fr-  
rē fratres, varijs virtutum & bonorum operum  
exercitijs infudabant. Iam verò quot animas  
diaboli faucibus extraxerit, quot à via prauitatis  
ad rectam virtutis semitam i eduxerit, nullis ver-  
bis explicari potest. Et quis benignitatis studij,  
quod in pauperes impēdebat, exprimere valeat?

Valdè profi-  
cit.

Benignitas  
eius in pau-  
peres.

Cuncta quæ possidebat, pauperum esse paruum  
nium dicebat. Nam ut inopibus alimenta, doctis  
virginibus, remedia infirmis, & oppressis sub-  
sidia largiretur, oves & boues, argenteos calices,  
& sericas vestes, & alia denique preciosa eccle-  
siarum ornamenta distrahebat, quo miserorum  
inopiam subleuaret. Cùm autem tanta sollicitu-  
dine morituræ carni succurreret, tum verò ani-  
mæ multò sollicitius cæleste pabulum ministraba-  
t. Et quanquam magna literarum scientia pre-  
ditus non esset diuino tamen illustratus lumine,  
cunctos saluberrima informabat doctrina, & nu-  
meros sui imitatione, ad virtutum opera pro-  
uocabat.

Efficacia ser-  
monū eius.

Hoc autem de eo admiratione dignum narra-  
tur, quòd nullus erat tot vitiorum laqueis irreti-  
tus, aut tantorum peccatorum pondere pressus,  
qui ex faciei illius conspectu, verbisque melli-  
fluis, ad conscientia compunctionem non redi-  
ret & ingenti consolatione perfusus, ab eo rece-  
deret. Et quia maximus quotidie populi concu-  
sus ad



ad eum fiebat, qui sermones eius dulcedine  
 cupiebat, alium locum ab omni hominum  
 accessu remotissimum expetijt, qui in  
 Magellæ vertice situs, vel solo aspectu,  
 horrorem ac formidinem incutiebat. In  
 plurimis item miraculis inclaresceret,  
 iterum ad Muronis montem redijt, vt  
 vltimum vitæ actum, in omni sanctitate  
 transigeret. Sed cum ibi per anni & mensis vnus  
 habitasset, fuit ad noui certaminis cam-  
 pam euocatus.

Nam cum Sedes Apostolica, ab obitu Nicolai  
 Quarti, propter Cardinalium discordiam,  
 & amplius, pastore viduata fuisset, vnus  
 eorum qui primæ vocis honore fungebatur, in  
 medio patrum consessu Petrum de Murone  
 summum nominauit Pontificem. Ad quam vo-  
 cem ceteri stupefacti, pariter in electionem  
 consenserunt. Cumque populus vniuersus, de  
 hoc eius honore lætus profiliret, ille incredibili  
 modestie repletus, indignum se tanti honoris ti-  
 tulo clamabat. Et quia multis obtestationibus  
 frustra eum à se repellere niteba-  
 tur, ipse omnem in salutari fuga, quam vnico  
 loco clam meditabatur, constituit. Verum  
 populari multitudine circumuentus, cum  
 euaadendi spes non esset, summum illud ho-  
 noris fastigiũ, vi magis adactus quàm voluntate,  
 ascendit. Ea dignitatis gloria decorat⁹, tantũ abest  
 de adiecto sibi honore blanditus fuerit, vt etiã  
 multò magis quàm antè se deijceret, & præteri-  
 te humilitatis propositum mirum in modum  
 reueret. Vnde, cum audita electionis eius fa-  
 ma, reges Sicilia & Hungaria, veloci cursu ad  
 eum peruenissent, vt debita cum reuerentia &  
 obse-

Reuertitur  
 ad montem  
 Muronis.

Eligitur in  
 summum  
 Pontificem.

Fugã expe-  
 sit, sed reti-  
 netur.

obsequio, ad Aquilam ciuitatem deduceret, ipse non magnum equorum apparatus, sed paruum sibi asellum adhiberi præcepit. Neque potuit inquam villis regum & Cardinalium precibus adduci, ut ab incepto humilitatis studio desisteret. Et certe quam fuerit hoc summo illi omnium Pontificum Pontifici Christo gratum, singulari voluit miraculo declarare. Nam cum multi viri in similitudinibus oppressi, post eum portarentur, ut contractu vestimenti eius (erat enim totius populi mira erga eum fidei deuotio) sanarentur, homo quidam filium suum ambo pedibus claudum deferens, eum ad virum sanctum per multitudinem accessus non pateret, asello, de quo descenderat, puerum imposuit: qui sanitate cepta ab illa hora firmiter ambulauit.

**Nota in  
que miracu-  
lum.**

**In Pontifica-  
tu, Cælesti-  
mus vocatur**

**En studium  
solitudinis.**

**Abdicat se  
Pontificatu.**

In dicta igitur ciuitate Aquila, vocato Cardinalium cœtu, cum Apostolicus insignibus coronandus esset pater sanctus, quia in terris habitans, tota iam mente, in cælis erat, Cælestini nomen accepit. Et ne quid inter quotidianos ausus stragis, de percepta Dei gratia perderet, in angustissimo palatio, cellam ligneam, angustissimamque sibi habitaculum construxit: ut inter turbas solitariis, & inter diuitias pauper, liberius orationis ac contemplationi vacaret. Ibi ergo assiduo cum mente sua pertractare cœpit, quomodo tanta dignitatis sarcina abiecta, ad antiquam solitudinem repedaret. Quid plura? Cum ipse anno quasi dimidio, non sine magna laude Apostolicæ Sedis præfuisset, tandem in Vigilia S. Lucie, depositis pontificalibus insignibus, de alta Petri descensum scendens Cælestinus, ut cælestem sedem contingeret, ad pedes eorum quibus præfuerat, humiliter Petrus prosternitur: nec prius è terre prole-

rarum humilitatis exemplum) surgere vo-  
 quam istius honoris compedibus solutus,  
 cui compos fieret. Hæc dum fierent multi-  
 pliciter mentis iudicio fluctuarent, inter lau-  
 & admirationem ipsius, diuinum numen  
 clarior miraculo animi eius altitudinem, ter-  
 rarumque rerum contemptum comprobauit.  
 Nam cum post Missarum solennia, quidam clau-  
 stris contractis membris sese ad pedes ipsius pro-  
 streret, accepta ab eo benedictione, sanus ere-  
 ctus est. Hoc igitur honore velut onere morti-  
 bus depulso, ad suauem Christi iugum in pristina  
 simplicitate ferendum, lætus redire satagebat.  
 Sed cum iam magna propter adeptam liber-  
 tatem lætitiæ spiritalis signa oculis ac fronte ge-  
 staret, maior tempestas, vnde minimè putabatur,  
 subito oborta, tetra eandem caligine inuoluit.  
 Bonifacius namque qui ei in Sede Apostolica, nõ  
 sine ambitione successerat, terribilibus ei verbis  
 increpauit; nõ pedem foràs efferret. Timebat enim  
 ne vir sanctus à deuoto sibi populo, tanquã  
 summus Pontifex coleretur: & vniuersos hono-  
 res, quos in Apostolicæ Sedi debitos, secum asportaret.  
 Sed et Iustinus optimo cõscientiæ suæ testimo-  
 nio fretus, ea que sola comitatus, relicta curia,  
 cum ab secessit, & gaudens atque exultans, pristi-  
 nam celestis vitæ consuetudinem repetiuit. Et nõ  
 quædam fugam inobedienciæ aut alterius culpæ  
 esse crederet, Deus iterum testato miracu-  
 lo confirmare dignatus est. Nam in via mu-  
 ner quædam filiam suam vtriusque manus offi-  
 cio destitutam, ei sanandam obtulit: quam solo  
 Iustinus signo ita sanam & incolumem reddidit,  
 vt in diebus vitæ suæ de percepto beneficio  
 munderet.

Bonifacius  
 Pontifex est  
 persequitur

Signo Cris-  
 tianis sanat pa-  
 ralyticam.

Ac



At Bonifacius timore adeptæ gloriæ turbatus, & timore amittendæ turbatus, missis idoneis viris, è fuga eum retrahere, & volentem, volentem, ad se adducere præcepit. Ipse vero quàm corporis viribus destitutus, & propter vilitatem senectutem, ocio & quieti quàm inorum labori habilior, ad partes Apuliæ in obscuram syluam, per loca abscondita & ignota vno tantum fratre comitatus, latitandi causa hinc cogitur. Cùm autem nec in illis quidē partibus occultari posset, mare transire disposuit, sed cum peris. milliaria, prospero malè ventis nauigasset, ad terram iterum appulsus, iurisdictionem, cui nomen Vestia est, applicuit. In eo tempore cum circa maris littus, tranquillum nauigandi tempus expectaret, civitatis illius gubernator captum eum detinuit, ac Pontificis in Italia destinatum destinavit. Quacumque autem iter habebat, ingens populi multitudo non secus ac Pontifici ei occurrebat, tantoque honore excipiebatur, ut nocte media iter aggredi cogeretur, & die populi corona circumdatus, Pontificis ab omnibus acclamaretur. Nec deerant qui viro sancto persuadere conabantur, ut denuo Pontificis sibi dignitatē vendicaret, cui saluis legibus humanis pariter & humanis renunciare minime potuisset. Ipse verò constantis animi, licet sepe atque iterum ac sæpius interpellatus, firmus in proposito persistit: afferens si nondum exolutus esset, omnem moturum lapidem, qui eadem demum solui posset.

Postquàm igitur ex regno Sicilia, in Campaniam delatus fuit, Bonifacius, spreto Cardinalium consilio, qui virum tantum, tamque popularis ubique miraculis coruscantem, ad fore-

Capitur vir  
sanctus, &  
Romam mit-  
tatur.

quietem remittendum esse pronūciabant, propria crudelitatis vsus consilio, in turri ad Fumonis castrum, fortissima, eum reclusit: adhibi- que tringinta & sex custodibus, omni huma- no solatio & colloquio destitutum, arctissime seruari precepit. Quanquam aut tantæ essent loci illius angustia, ut duo illius fratres, qui pro- pter rem diuinatū ritè peragendam, ei concessi fuerant, eas nullo modo ferre valerent, inde que graui languore oppressi, egrederentur; vir san- ctus tamen non solum patienter, sed etiam gau- detur, huius carceris ignominiam, multò ma- gis quam antea Papalis aulae gloriam sustinuit.

Postquam autem fidelis athleta diu ac legiti- me certasset, & annos quinque & sexaginta in- victo animi robore, huius vitæ labores pertu- lisset, post decimum in eo squallore mensem fortiter exactum, sanctissimum Deo spiritum tradidit; cuius venerandum corpus, debito cum honore ac celebritate, à Bonifacio in ædem S. Antonij de Ferentino translatum, ad maius al- tare sepultum est. Et quia vitæ eius sanctitatem eximiam, omnipotens Deus, ut in vita, ita etiam post mortem, multiplici miraculo compro- bauit: anno restauratæ salutis 1313 ab eius autem transitu circiter 11. Clemens eius nominis quin- tus propter admirandam eorundem clarita- tem, quam oculis hauriebat, sanctorum Con- fessorum catalogo eum magna cum celebra- tum, annumeravit: eiusque annuam festiuita- tis diem, 14. Kal. Iunij instituit, qua post huius vitæ arumnas, in Christi pace foelicissimè qui- cuit.

In castro Fu-  
monis, vir  
sanctus de-  
tinetur.

Obitus visi  
sancti.

Sanctorum  
catalogo as-  
cribitur.

VITA

C. Baron: in  
not. d. mar.  
ty: Roma.

VITA S. IVONIS, PRESBYTERI, ET  
Confessoris, omnium Iurifconsultorū Patri omnium  
nisi, ideoq; tanto studiosius ab eis colendi. Relat-  
tus est in numerum Sanctorum à Clemente Pa-  
pa Sexto, anno Domini 1347. hac ipsa bu.

19. Maij.

**Q**uo tempore mundus in solitis quibusdam  
tenebris ac procellis agitabatur, & in ma-  
gnum salutis periculum adductus, pro-  
pter impunitam flagitiorum omnium licentiam  
periclitabatur: opportunè nouus quidam splen-  
dor diuinæ bonitatis, è Britannia minore exor-  
tus, horrendam caliginem dissipauit, & gratiam  
ad eò pietatis ac religionis iubar attulit. In hoc  
ipso tempore, quo rarius, tanto preciosius & ad-  
mirabilius omnium in oculis sit, ideoque ab  
omnibus Iurifconsultis (quorum est Patro-  
studiosè colendum, vt eodem pietatis officio,  
facili atque expedita via, eandem caelestis gloriae  
coronam consequi mereantur. Fuit autem hic  
Iuo, claris sanè natalibus, patre Aheloro, Carce-  
eti militis filio, matre verò Azona ortus. Et qui-  
dem antequàm in lucem ederetur, in pago S.  
Martini, non longè ab vrbe Trecorenti, multum  
& admirandis sanè patri secundum quorundam  
visionibus ostensum fuit, quantis inter mortales  
miraculis coruscarer: & suæ virtutis exemplo  
vera solidaque pietatis fundamenta penitus cor-  
rupta restauraret. Quod qua via, modoque per-  
fecerit, dignum est vt attentissima meorum con-  
sideratione perpendamus. A primis ætatis annis  
ad supremum vsque vitæ diem, conuentum  
doctrinæ Apostolicæ, sobriè & iuste & pie  
in hoc seculo.

Parentes  
eius.

vit. 2.

Vbi ad quartumdecimum plus minus annis  
per-

Parisijs dat  
operam li-  
teris.

venit annum, Parisios profectus est, causa  
moris Christi libenter carens parentum, ami-  
corumque solatijs & apud ignotos & exteros de-  
pass. Postquam autem animum omnibus bona-  
rum artium disciplinis egregie imbuisset. Lute-  
cia Aureliam se contulit; ut iuris Pontificij & sa-  
cræ Theologiæ studijs sese traderet. Vbi sanè vi-  
no & lautioribus ferculis, vitæque huius oble-  
scimentis & delicijs, quantum potuit, sibi in-  
terdixit, corpusque suum varijs modis macera-  
vit. Considerabat enim omnè imprimis cupidita-  
tis inhumanitatem coercendam, totumque animum à  
conuicio corporis auocandū illi qui cupit in ve-  
re sapientiæ studio proficere, & diuinas opes in  
sacris litteris abditas intueri. Cum autē in his stu-  
dijs, iam diu cum non mediocri laude versatus  
esset, à quodam Rhedonensi Archidiacono acci-  
tus est, ut iudicis ecclesiastici officio, apud illum  
fungeretur. Ille verò memor illius Propheticæ  
sententiæ: Beati qui custodiunt iudicium, & faci-  
unt iustitiam in omni tempore, eam functionem  
gratis in se recepit: & quæ facienda erant, benig-  
nè amanter, & absque dilatione exequi conatus  
est; nec tamè committere voluit, quin sacræ The-  
ologiæ prælectioni interesset quotidiè, & cor-  
pus suum multiplici abstinentia afficeret.

Cum autem fractis hoc modo rebellibus cor-  
poris motibus, summa contentione, animi puri-  
tatem cōseruaret: tum verò illa sanctissima pia-  
cula reputabat, quæ diuini iuris & cultu & ho-  
minum charitate ac beneuolentia continentur.  
Itaque benignè faciendi disciplinam colebat  
affidue, iudiciorum æquitatem sanctissimè con-  
seruabat, iniuria oppressos subleuabat, pupillis  
opē afferebat, viduarū causā suscipiebat, & ut sū-

Ccc matim

Aureliam  
abit.  
Abstinet à  
vino, &c.

Psalm. 105.

Iudicis offi-  
cio fungi-  
tur.

Vide præ-  
clarū, & ra-  
rum iuris-  
consulti of-  
ficium.

tosos homines, incredibili humanitate & patrociniō fouebat. Inter discordes pacem & amicitia conciliabat: & si quando sententia in iudicio proferenda esset, id nō sine lachrymarum imbreficiebat. Denique vltq; ad d se totum in hac studia cōculerat, vt nocte dieq; nihil aliud meditare, quam vt iudicia pecuniæ cupiditate corrupta restitueret: iudicesque suo exemplo informaret, vt priscorum iudicum seueritatem sanctitatemque imitarentur.

Abdicat se iudicis officio.

Admiranda vite eius austeritas.

Septem dies perpetuo orat, nihil cōcedens.

Interim cum hæc tam admiranda iustitiæ & sanctitatis eius opinio inclaresceret, fama ad Trecorensis Episcopi aures perlata est, qui cum ad se allexit, & iudicem diocesis suæ generaliter constituit. Cū autem in eo munere strenue & fideliter aliquamdiu versatus esset, acriore diuinarum rerum amore inflammatus, eo se officio abdicauit, atque ad ecclesiā de Lohanero, cuius erat moderator, se contulit, totumq; se diuini cultus mancipium prorsus vt vestibus mollibus & delicatis, quibus antea pro status sui ratione usus fuerat, illic abiectis, panno albo, coquina & exigui precij contentus, pauperum monachorum instar sculponeis vteretur. Carnem vero edomabat cilicio, quod indusio crassissimo tegebat, ne sub cuiusquā conspectum veniret. Porro diuina omnia ab Ecclesia instituta & indicta, non obliuabatur vt pane & aqua solum fame sitimque profligaret. Et ceteris delicatis semper abstinere. In obitu quotidiano, pane & pulmento vtilissimo contentus erat. Somni parcissimus in nuda humo cubabat: neq; prius somno indulgebat quā lectum vel itinere fatigatus, necessitate opprimeretur. Ad hæc incredibili ardore in precibus & meditationibus persistebat, adeo vt quodam tempore



septem dies continuos, omni cibo abstinerit, ceterisque consolatione refectus, nulla omnino perseverantis inedia incommoda senserit. Nullo die sacrificium, nisi legitime impeditus esset, offerrebat; nocturnis vero diurnisque precibus attentissima cura semper intererat. Quodam die offerente illo sacrificio; cum ex more sacramentum eleuaret, globus igneus magni splendoris ipsam ambiebat, caliceque eleuato ac rursus deposito, repente disparuit.

Porro ex hoc tam incenso in Deum amore, egregia nimirum illa charitas in proximos reduebat; quos (præcipue pauperes & egenos) tanto amore complectebatur, ut quicquid poterat, totum id in eos conferret. Semper aliquos inopes mensæ suæ volebat esse participes. & haud secus eos quam fratres suos fouebat. Hominem quendam inopem cum vxore & liberis iiii, noue plus minus annis, domi suæ benignè aluit, cunctaque ad victum cultumque pertinebant, liberaliter suppeditauit. Eiusmodi autem pietatis officijs certas assignabat ædes, in quibus ijs semper vacare possent. Couocabat enim calamitosos oēs, quibus se mirè comem & affabile exhibebat, eorumque pedes proprijs abluebat manibus, appositisque dapibus eos recreabat. Et ut charitati, qua feruebat, abunde satisfacere, ipse sibi vltimè res vitæ degendæ necessarias subtrahebat, & ut pauperibus benignè faceret vestes & alimenta sua illis impertiebat. Accidit quandoque quod in summa frumenti charitate, vnicus tantum viro sancto panis esset; quæ cum pauperibus elargiri vellet, vicarius eius, ingenti ex ea re molestia affectus, querulabatur. Tum vir Dei, dimidia parte vicario relicta, alteram pauperibus distribuit. Sed tunc iam tempus eos

Studia erga  
pauperes &  
peregrinos.

ad prandiū inuitaret, vicarius dimidium illū panem, quem diligenter absconderat, reperire non potuit. Ecce autē diuino nutu, pia quædā matrona illic adest, & tres panes satis magnos, mensiliter infert: nec vltra à quoquam videri potuit.

**Panes diuinitus augentur.**

Alio die cū inopes plurimi, lacrymabili voce, stipem ab eo peterent, paucis panibus, diuino inplorato auxilio, omnibus satisfecit. Quod nequaquā viro sancto insolitū fuit. Tanta namq; fiducia diuinæ bonitati & potentie innitebatur, vt quotiescunq; proximi calamitas vrgeret, cuncta sine vlla dubitatione exhauriret, & tamen nihil imminutū cerneret. Aegrotos, languidos, &

**Morbidos & demoniacos curat.**

malo dæmone obsessos, mira facilitate curabat, & oēs omnium hominum necessitates, ipse vel precibus vel præsentī virtute subleuabat. Domum quandam flamma vorax vastabat: cumq; vicini & remedium adferre frustra conarentur, vir Dei

**Incendium precibus extinguit.**

intellecto periculo, furentes flammās precibus illic extinxit. Sed hæc omnia minima sunt, si ea virtute & benignitate conferantur, quæ pauperibus & orphanis præstabat; quorum causa, diuersis in locis adibat iudicia, solaq; pietate & iustitia permotus, patronum se illis, sanè perquam vigilantem exhibebat: adeo vt tota illa in regione,

**Aduocatus pauperum nuncupatur.**

Aduocatus pauperum merito appellaretur. Paucis conciliandæ Ecclesiasticæq; libertatis afferendæ fuit perquā studiosus, adeo vt eius causā non dubitaret mortis adire discrimen.

**Multos ad pietatē conuertit.**

Valebat autem dicendi facultate plurimorum: & quia in vna sua parœcia, Euagelij cura ei commissa erat, tam luculentis verbis de regno Dei differebat, vt plurimos è cœno vitiorum extraheret, & à diaboli seruitute ad Christi obsequium traduceret. Cū aliquando duceret-

si loca, seminandi | Euangelij sausa, peragraret,  
 venit ad flumen quoddam, cuius pontem inudā-  
 tus aquæ planè operuerant. Edito igitur Crucis  
 signo, aquas diuise, liberum que iter & sibi & fa-  
 mulo à Deo impetrauit. Fuit etiã contemplator  
 egregius, adeoq; si equenter ad cælestia toto ani-  
 mo suspensus, vt angelica visitatione refici & re-  
 creari meruerit. Sedit quandoq; ad mensam,  
 pauper vili indut<sup>o</sup> habitu, & planè, vt videbatur,  
 miserabilis, supplicè se illi præbuit: quem ilicò  
 comiter & multa cū humanitate vir sanctus ex-  
 cepit, suoq; lateri assidere fecit. Sed cū extremis  
 vi labijs cibū degustasset, mox à mensa surgens  
 Dominus, inquit, vobiscū. & ecce, qui visus fue-  
 rat abiecto habitu & deformis, iã pulcherrimus  
 multaq; luce coruscans, & candida amictus veste  
 conspicitur: qui immenso splendore, & iucundita-  
 te animū illius mentemq; perfusam reliquit.

Crucis signo  
 aquas diui-  
 dit.

Angelus in  
 pauperis  
 forma ei ap-  
 parec.

Tandem multis ieiunijs & laboribus exhau-  
 stus, cum diuinitus obitus sui tempus edocuis es-  
 set, omni medicamine neglecto, humi se prostra-  
 uit, oculisq; in Crucis imaginem perpetuò defi-  
 xit, multis cum lachrymis & suspirijs Deum pre-  
 catus est. Cum aut extremæ vnctionis Sacramen-  
 tum percepisset, crucis signo se muniuit, spiritū-  
 que suum præpotenti creatori humiliter reddi-  
 dit. Corpus eius fuit in Trecorensi ecclesia hu-  
 marum, vbi innumeris coruscans miraculis, ani-  
 mam in cælo perpetuò viuere testatur: quem  
 Clemens eius nominis Sextus, diligenti prius de  
 virtutibus, miraculisq; eius facto examine,  
 Sanctorum catalogo solenni ritu as-  
 scripsit: cuius diploma his ge-  
 stis per omnia astipu-  
 latur.

Sanctissimò  
 obitu.



Vbi huma-  
nitas & di-  
uinitas Chri-  
sti manifest-  
antur.

**Q**uemadmodum veritas humane carnis  
Domini nostri IESU CHRISTI tantis my-  
sterijs, in forma serpi. cum actionibus &  
passionibus nostræ mortalitatis manifestata est:  
sic maiestas illius diuinæ naturæ, in sacratissimo  
die hoc super omnia, cum virtute supernaturali  
& cælica, quæ inuisibiliter sub signo visibili cæ-  
litus in Apostolos demissa est toti mundo inno-  
tuit. Et quidem Natiuitas Christi & eius vita &  
dificant fidem, mors & resurrectio nutriunt spem,  
ascensio in cælum autem & ad dexteram Dei Pa-  
tris sessio amorem accendit: ac hodie nos Spiritus  
sancti aduentus prouocat & explicat fidem,  
tam de insolita Christi natiuitate, quæ fuit ex-  
pers peccati, & ex nullo subiecto semine, quam  
de vita illius miraculosa: quæ simul beata fuit &  
mortalis. Astruit spem mortis; quæ fuit sacrifi-  
cium æternæ Patri acceptissimum: resurrectio-  
nis; quæ de morte fuit triumphus gloriosissimus:  
talis enim resurrexit, ut iam non moriatur am-  
plius. Inflamat charitatem, tum per gloriam  
qua in cælos ascendit; tum etiam per sessionem  
ad dexteram Patris; quod indicium est eum ha-  
bere authoritatem nos in partem regni sui assu-  
mendi, ut simul cum eo regnemus: quare nos &  
fratres & cohæredes suos appellat.

Matt 28.

Operatio  
Spir. in  
Apostolis.

**O** benedictum diem, quod opus miraculosum.  
Hic nē patrio quidem idiomate Apostoli Chris-  
ti loqui poterant; hodie verò postquam Spiritus  
sanctus in illos descendit, docti & eloquentes  
facti sunt, omniumque linguarum gnari. Totis  
decem

decem diebus in ædibus præ timore inclusi, non  
 audebant prodire in publicum, hodie facti sunt  
 tam intrepidi, tam quæ magnanimi, ut in publicum  
 profiliant; cum inimicis Christi palam disputa-  
 re non vereantur ex Evangelio sua scuta, hastas  
 & tela depromant. Non metuunt Principes; cõ-  
 temnunt Phariseos; Synagogæ minis non terre-  
 tur. Non iam de Christi negotijs mussitant, ut so-  
 lebant; loquuntur palam, & alta voce, ut omnes  
 intelligant: Hic est verus Deus & vita æterna. Nõ  
 est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos  
 saluos fieri &c. At vndè tam admirabilis muta-  
 tio? Indubiè à Spiritu sancto: qui eos fecit flam-  
 meos & ardentès, sapientes & intrepidòs.  
 A Spiritu sancto infusa est illis fides viua; in-  
 spirata cælestis & segura spes, donata perfe-  
 cta charitas. Per hunc Spiritum sanctum om-  
 nis in illis absterfa est peccatorum rubigo; om-  
 nis erroris nebula pulsa; omnis affectionis re-  
 piditas inflammata. Quamobrem quasi mo-  
 mento facti sunt ad loquendum prompti, ad  
 patendum fortes, ad volendum feruidi, ad ope-  
 randum efficaces, ad respondendum arguti. O  
 sanctas ecclesiæ Christianæ primitias. Spiritus  
 Domini ferebatur super aquas in principio mû-  
 di: Spiritus idem ferebatur super populos, in  
 principio Ecclesiæ. Apostoli populi sunt, omniũ  
 populorum semina; omnium gentium patres;  
 totius Christianismi Principes; qui instar altissi-  
 morum montium à terra ad cælum vsque eleua-  
 torum hanc salutarem Spiritu sancti pluuiam  
 primi acceperunt; deinde per linguarum suarũ  
 aqueductus in circumuicinos campos, in omnẽ  
 terram sitientem & aridam, iuxta necessitatem  
 cuiusque gentis deriuarunt: ita ut iam homini

Ccc 4

nihil

Act. 4.

Gen. 1.

Apostoli pa-  
tres sunt  
Christianis-  
mi.

766 DE GLOR. SOLEN. PENTECOST.  
nihil deesse videatur, ad totam cognoscendam  
Trinitatem. Cognoscitur siquidem æternus pa-  
ter Deus in creatione mundi; non autem abso-  
lute videtur: quia immutabilis illa æternitas locum  
habitat inaccessibilem. Poterit tamen illum ho-  
mo quoque cognoscere, si voluerit, per modum  
quo videri aliquatenus dicitur. Inuisibilia quippe  
Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt in-  
tellecta, conspiciuntur. In filio verò Dei quid est  
quod homo non cognoscit? imò quod oculis suis  
non vidit? triginta namque tribus annis familiariter  
cum eo cõuersatus est; panem eius manducavit;  
vinum eius bibit; debita eius persoluit. Vidit illi  
laborantem; languentem; patientem; & pro sua  
salute morientem: vnum restabat, vt Spiritus  
que sanctum cognosceret.

Et quidem quanquam in illa processione de  
Patre & filio, quæ omnem humanum operat  
intellectum, idem is non ostendatur; exhibetur  
tamen nobis & monstratur, quomodo in animis  
nostras illabitur, ijs inspirat, eas docet, excitat,  
accendit, inflammat. Ideò & in specie ignis ap-  
paruit: qui arsit intus & exarsit foris. Arsit  
ignis ille in cordibus Apostolorum illuminans  
eos ad amorem CHRISTI Dei: hoc est intus  
ardere. Exarsit autem illuminando eos ad cog-  
nitionem, & inflammando eos ad amorem  
CHRISTI hominis: illud est foris ardere vel  
exardere. Hæc fidei nostræ duo sunt officia: Divi-  
nitas & humanitas Christi. His duobus myste-  
rijs Apostoli hodie à Spiritu sancto inflantur, &  
accensi sunt: Ecquid est quod inflammare possit  
nisi ignis? Deus noster ignis consumens est: Deus  
ignis est propter infinitam eius potentiam, &

1. Tim. 6.

Rom. 14.

Duz ianuz  
nostræ fidei.

Heb. 12.

ignis est propter splendorem: Spiritus sanctus  
 verò ignis est propter amoris calorem.  
 ignis noster consumit humores; vt qui amicus  
 ariditatis: natura namque est aridus; symbo-  
 lum terrenæ cupiditatis: quæ omnem amorem  
 deuotionis in cordibus nostris exsiccat. At Spiritus  
 sancti ignis è contrariò amat humidum, ho-  
 die namque se linguis coniungit: quæ nisi humo-  
 rem habeant viuere non possunt. Vbi enim viuere  
 lingua, nisi in hoc lacu humoris pleno? Quando  
 lingua est arida, pessimè cum illa tunc agitur:  
 prouidè sanitas illius, vt sit humida. O stupen-  
 dum miraculum, ò miraculum inauditum; lin-  
 gua viuere in igne, & ignis natari in aqua. Vidistis  
 vquam huic quid simile? & quid est aqua, nisi  
 sapientia? Aqua sapientiæ salutaris potauit il-  
 lum. Ignis autem quid aliud est quam chari-  
 tas? Aquæ multæ non potuere extinguere chari-  
 tatem. Vult quis sapientiam? ecce lingua; Cha-  
 ritatem ecce ignis. Ignis in linguis & linguæ  
 in igne. Sapiens amor, & amabilis Apostolo-  
 rum sapientia. Spiritus, ignis & amor, vnum  
 sunt: sic & lingua, sermo & doctrina, vnum i-  
 demque sunt. Hoc est primum inter dona; illud  
 primum inter virtutes. Omnes itaque virtutes,  
 omniaque dona ab isto igne, ab isto Spiritu san-  
 cto derivantur. O ignis, sacrum sancti Spiritus  
 symbolum accommodatissimum. Ecquis nostrum  
 quamuis disertissimus, verbis posset exprime-  
 re, in quot & quam varijs rebus utilis, imò ne-  
 cessarius est hic ignis noster materialis, quo  
 nos in vitijs nostris quotidie ad restringen-  
 dum, dilatandum, separandum, coniungendum,  
 purificandum, penetrandum, poliendū, renouā-  
 dum, consumendum & transmutandum vtimur?

Ecc 5 Videtur

Differentia  
 ignis nostri  
 & S. Spiritus

Eccl. 1 &

Cant. 3. 1

Lingua sym-  
 bolū sapien-  
 tiæ, ignis  
 charitati.

Virtus ignis

Videturne quasi iudicium aliquod habere in calefaciendo & comburendo; aliter enim vitæ paleas, ligna, lapides; aliter verò ferrum. Et quam varius est ignis hic in luce, in flamma & in carbonibus; Ardet sine intermissione, nunquam in eodem loco permanet; semper sursum gemit ascendere. Non potuit igitur Spiritus sanctus amabilius, venerabiliusque symbolum sibi habere, præter ignem. Quædo campi, vineæ & hortus, diuturna hominum negligentia sive incuria nihil præter spinas & tribulos proferunt; sunt lappis, dumis, & inutilibus stirpibus; quid veni facit bonus agricola, ut fructum inde aliquem percipiat? Antè omnia campum aut hortum incedit ut glebas conterat, & terram aperiat; ut idonea sit deinceps cultura; ut fodi, arari & seminari possit. Comburit spinas, & campus & videri possit; à fructibus vindicat, viamque arato præparat. Postea paulatim incipit terram, quæ planè inutilis erat, colere; bono semine confert; quæque diuturno otio & agricolarum negligentia facta erat squalida & deserta, diligentis exercitio, studioque fertilis redditur; & bonos fructus producit. O mysterium, Anima peccatrix est campus hic diuinæ disciplinæ arborum respuens; terra saxosa & spinosa; ad omne opus bonum inutilis, obstinata, perfida & incredula. Loco frumeti fert lolium; pro vuis facit labruscas; pro fructibus tribulos; pro floribus spinas profert. O incredibile damnum. Quid facit magis hic noster Agricola Christus, Deus & homo? Diuinum hunc ignem in eam mittit, ut incendium per totum spiritalem agrum proferat; quod sic à veteri squalore purgata: fructum Domini octesimum, sexagesimum & centesimum producat.

Præclara similitudo.



quot publicani, quot latrones, quot ingrati,  
quot negatores, quot blasphematores, & (cur  
non alicam?) meretrices, ope huius Spiritus san-  
cti benigni, tam clementis, præcedent in re-  
rum caelorum eos, qui hinc habentur iustissimi?

Matth. 23.

Ceterum quando admirabilior nobis videtur  
hæc Dei bonitas & prodigalitas ne de cam amo-  
ris excessus, quem Deus nobis per Christum &  
per Spiritum Sanctum exhibuit, tanto diligen-  
tius statum & conditionem nostram exanime-  
mus. Væ siquidem nobis & iterum Væ, si tantam  
liberalitatem spreuerimus quando offertur; aut  
dumur postquam receperimus; aut si in va-  
cuum recipiamus; ignorantem in ea per bona o-  
pera negociari. Gratia namque Spiritus Sancti  
est talentum, ut in Evangelio legitur; ideoque  
non debet fodi, aut apud nos esse otiosa; sed vsu-  
re committi, ut quæstum faciat. Negotiamini  
dum venio, inquit Christus. Nullus hic excipitur  
nullus excusatur.

Gratia diu-  
na coope-  
randum est.  
Matth. 25.

Luc 19.

VITA B. AVSTREGISILI, ARCHIE-  
piscopi Bituricensis. ex ea qua est fide digniss. ma-  
qui Surius. Fato autem perfunctus est, anno  
Dominici Natalis 611. Bonifacii 4. Papæ, 5. He-  
racii verò Imperatoris 2. postquam annis præ-  
fuisse duodecim numeraturq, tricesimus eius  
Sedis Episcopus.

C. Baro: 16: 2  
Annal:

B. Eatus Austregisilus apud urbem Bituricen-  
sem patre Gundino natus, Guntranno re-  
gi a puero in primis charus fuit. Postquam  
enim literis mediocriter imbutus fuisset, pa-  
træ eum regi, ut suam ei operam nauaret, tra-  
didit.

30. Maij.  
In eula Gu-  
tranni regis  
degit.

didit. Itaque cum tempus non exiguum in regis aula exegisset, & parentes eum ad matrimonium inuendem hortantes, sepius hac de re molestantes inferrent, ille quamuis tota mente à carnali copula abhorreret, ne tamen grauiorem aliquam molestantiam inureret, recepit se eis obtemperare.

Interim cum animi anxius valde fluctuaret cui via potissimum insisteret, venit illi foris in mentem, haud procul habitare viros tres eiusdem nationis & pari facultate. Eorum itaque nomina chartæ inscripta, altari imposuit, simulque voto se obstrinxit, tres noctes in precibus ibidem exacturum, ac deinde manu ad chartam missa quam primam apprehendisset, eius filiam stabili sibi matrimonio iuncturum. Prima igitur nocte, non difficulter sine somno peracta, altera aded prægrauari cœpit, ut eius importunitate victus, flexo poplite succubuerit. Ecce autem per visum, duo decore vultu senes ante altare ei assistunt, aitque alter ad alterum: Cuius filiam hic Austregisilus ducturus est viderem? Respondit alter: Itane ignoras, quia tibi desponsam habet iusti iudicis filiam. Sub his verbis Austregisilus expergestus, animo suo volente cœpit, quænam illa esset iusti iudicis filia. Cuiusque certi nihil consequi posset, animi dubitabat ad aulam regis, peruenitque ad diuersorium quoddam, ubi hospites inuenit, senem prope rem cum Vetula coniuge. Ibi Vetula visum Austregisilo, somnium quod ea nocte habuerat, narrare cœpit. Videbar mihi, dicebat, magister iustidam soni audire fragorem, & quasi festiuitate cantu nuptias Austregisili celebrari. Cumque mirifice exhilarata, cum multa alacritate abibat.

**Visio eius.**

... sponsæ tuæ vultum visura progredere, tu  
idem veste ornatus nuptiali apparuisti, sed  
... quam te ducturum audieram, nequa-  
... videre potui. Sed codicem euangelij ma-  
... te gestantem vidi: quem omnes dilectissi-  
... tibi à Deo sponsam datam esse asserbant.  
... visionem Austregisilus vt audiuit, omni hu-  
... conugio posthabito, intellexit se ad sacrâ  
... sacerdotij functionem, à Deo vocari, quare è eni-  
... vigilijs precibusque instare, summaque cõ-  
... censione anniti, vt vocatione suam, bonis operi-  
... certam faceret.

Sed totius malitiæ architectus, liuidusque hu-  
... generis hostis diabolus, cum videret eum  
... desiderio ad illam veram, vereque beatam  
... eternæ patriæ gloriam aspirare, fraudulentis  
... machinationibus, à sancto proposito eum retar-  
... dare conatus est. Erat per id tempus in regia, Be-  
... bellinus quidam, homo potens, qui magnam pe-  
... cunie vim ex regio fisco per fraudem auerterat.  
... cum autem rex cum eo de furto exposularet, il-  
... per calumniam in Austregisilum culpam cõ-  
... ferre nitentur. Illis igitur inter se disceptanti-  
... bus, rex ira vehementer commotus, iussit eos du-  
... llo inter se decertare, vt fallax diuino iudicio  
... demonstraretur. Iam certaminis aderat dies, &  
... Austregisilus manè surgens, præmissis per pue-  
... suos, clypeo & iaculo in agrum, vbi rex con-  
... gregentes spectare consueuerat, ipse ad ædem S.  
... aurelli, precandi causa se contulit, factaque o-  
... ratione, conscientia innocentie suæ fretus, im-  
... perterritus ad certaminis locum properabat; vbi  
... sustineret aduersarij aduentum, ecce quidam à  
... bellini ministris, nunciat regi anhelus & vultu  
... lugu-

Duellum  
inter AU-  
stregisilum  
& Beteulinum

Horrenda mors calu-  
niantoris.

lugubri, mortuum esse Betellinum. Diuina enim  
ultione eum persequente, ex equo quem alo-  
quin mansuetissimum ascenderat, deorsum fis-  
rat, eiu: que calcibus miserandum in modum  
protritus, infelicem animam efflauerat.

S. Austregi-  
silus fit pres-  
byter.

His igitur insidijs demonis feliciter lupeta-  
tis. Austregisilus bonis operibus, quotidiana ad-  
ijciebat incrementa, totoque nitu ad sacro-  
dines aspirabat. Acceptis igitur a rege Sute-  
summa cum ipsius voluntate, Antiochorum  
biji: & a B. Anario antistite, decisa caesare,  
clerum adoptatus est. Deinde ad Abbatem  
Lugdunensem episcopum profectus est: et qua  
ingenti cum gaudio susceptus, presbyterus  
Nicetij Abbas ordinatus est. Cum autem iam  
pus a Deo praefinitum venisset, quo eum ad ho-

Et Biturice-  
sis Episco-  
pus.

limiorem honoris gradum euehere decreuit,  
mortuo Bituricensi Episcopo Appollinaris,  
eius locum, omnium vnanimi consensu, sus-  
ceptus est. Austregisilus, quam functionem annis  
duodecim praecclare administrauit, quatinus  
dum ab angelis ei antea praedictum fuerat, quon-  
tantis eam sedem virtutibus ac miraculis do-  
nauerit, explicatu est difficile. Toto illius tempore,  
quo dignitatem illam administrauit, nullis  
uis calamitate vel morbo oppressus, virtutibus  
huius expertus fuit. Caeci, claudi, membris omnibus  
contracti, & a demone vexati, ad eum conflu-  
tur; quibus vel precibus, vel oleo benedictum  
crucis denique signo, salutem conferere sole-  
ual puella parentibus charissima, apud Bituricos  
rum, saeuo aedem demone cruciabatur, et eam  
tancillam gratem, in tanta acerbitate diuina  
se mirarentur. Adducitur tandem ad  
Dei. Ille sentiens hostis versuti vexationem

Eximius co-  
ruscet mi-  
raculis.

Nota ut tra-  
ctet demo-  
nicam pu-  
ellam,

hanc illam gratem, in tanta acerbitate diuina  
se mirarentur. Adducitur tandem ad  
Dei. Ille sentiens hostis versuti vexationem

pergitari, iussit eam a latro propius admouere. Nam corpus Domini prius ab eo confectum in promque, etiam puellae radidit, statimque in auditos eius clamores compescuit. Deinde res eius benedixit, & religioso indutam habitum, a vino carnibusque abstinere praecipit. Quo profugato daemone, puella pristinae incolumitati restituta est.

His alijsque innumeris, quae singulatim prosequi nimis prolixum foret miraculis clarus vir sanctus, e corporis ergastulo, ad caelos migravit: cuius exequijs noua itidem increbrescere coepit miracula. Cum autem adhuc in humanis regeret, per uigili admodum cura, commissam sibi ecclesiam, a luporum faucibus seruare studebat. Cum enim ex aula Theodorici regis, Guarnerius homo scruissimus, auaritia & turpi lucro adductus, ad Bituricensis urbem, pecuniam a ciuibus exacturus, uenisset, Austregisilius, ut populum ab iniqua exactione liberaret, intrepidè se subdito Guarnerio obiecit, & asperis sanè uerbis increpitum, repulit. Ea iniuria, ut ille putabat, grauiter commotus, ad regem abiit, ei que illatam iniuriam grauiter conquestus est. Deinde non armatus furore, ut simul cum exactione uindictam repeteret, ad urbem redijt, sed uir sanctus in pace obdormiuerat. Sulpitius uero, qui ei in illa dignitate successerat, ingenti formidine oppressus, neque uiam neque modum inueniebat, quo imminentem cladem, a sua, suorumque ceruicibus propulset. Ingressus itaque in urbem Guarnerius, spreto Sulpitij precibus, qui eum ad lenitatem, misericordiamque inflectere nitentur, ingentem pecuniae uim a ciuibus extorsit, reque iam pro uoto expeditis, Austregisili, tanquam

Migrat e corpore.

Non patitur plebem suam insolita exactione premi.

Sulpitius eius successor.



quàm preces oblaturus, ecclesiam adit. Vt vidit autem monumētum viri sancti à fidelibus Christianis, auro argentoque mirificè ornatum, dirè sanè, arroganter; aurum argentumque illud in pauperes erogari debuisse, & nequaquam templum exornari. Cumque his dictis, à sepulchro discedens, in ipsa basilica inambularet, lignum quoddam ex alto ruens, graue capiti illius vulnus infixit. Quo vulnere accepto, voce, qua petuit, exclamauit; Austregisilus dum viueres, filii semper in me animo fuit, & nunc mortuus penè me interfecit. Hinc acriore feruens mentis, Augustodunum ire instituit, vt eius loci piscopum perderet; sed in ipso itinere, cibus mensa ad exonerandum ventrem surgere coactus, infœlicem animam, cum intestinis & visceribus, in cloacam dimisit. Cuius, repentino teritu, regij ministri deinceps compressi fuerunt, ne ab vrbe Bituricensi eiusmodi pecunias exquirerent.

Postea, cum Pipinus Francorum princeps uersus Eudonem Aquitaniæ principem progressurus, ad Bituricense oppidum venisset, Biturici in villa, quæ Carobeias dicitur, domum Austregisili inflammare voluerunt, nihil fructibus monitionibus vicinorum, qui illis dicebant, multa diuinitus illic edi miracula. Sed firmius que flammæ domui iniecerunt, arrepti à carnalibus: partim se in ipsas flammæ præcipites miserunt, partim dentibus se laniant, partim membra sibi corporis truncarunt. Vbi Pipinus id cognouit, exercitu eius eare valde exterritus edicto cauit, ne quisquam res aut villas Austregisili attingeret. Non multò post, Pipinus eandem urbem obsidens, Agnum virum præ-

Exactor im-  
probus, di-  
uinitus pu-  
nitur.

Vitis celo-  
sis, in incē-  
diarios.

um in monasterio S. Austregisili manere iussit. Ille vero avaritia cæcus, res monasterij omnes comitibus suis distribuit: sed paulo post, in mensis repentina morte, pœnas tanto scelere dignas

Explicator rerū eccles. fasticarum diuinitus punitur.

VITA BERNARDINI SENENSIS,

Professione Franciscani, ex ea, qua est integras- de, apud Surium. Obijt in ciuitate Aquila, 20. Maij, anno Domini 1444. Sedente Eugenio 4. Relatus est in numerum Sanctorum à Nicolao Papa V. anno 1450.

C. Baron. in not. mart. Rom.

IN Senesi vrbe, ex nobili familia Albizescho- rum, Bernardinus, patre Tollo, matre verò Neraortus, ab ipsa infantia præclarum sanè virtutis de se specimen semper præbuit. Et quidem à teneris benignè faciendi disciplinam, ad eò studiosè sancteq; coluit, vt sibi alimenta subtraheret potius, quam inopem à se non refectum dimitteret. Senis literarum studijs adhibitus, in scholis triuialibus, Onuphrio vsus est præcepto- re, miraque discendi celeritate cœtaneos suos superauit omnes; eisq; à sacris concionibus, quibus singulari attentione semper intererat, quæ memoria retinere poterat, puerili quidem simplicitate, sed magna tamen dexteritate referebat: omnesq; & singulos, ad virtutis & pietatis studium acriter sectandum, hortabatur. Fuit tatem vsque adeò quoddam honestatis & integritatis exemplar omnibus, vt si forè adulescentes, de rebus parùm honestis inter se verba miscerent, eo adueniente, protinùs conticescerent. Postquam adoleuit, relictis studijs philosophicis, in quibus præ cæteris excellebat, animum ad

20. Maij, Parætes eius. Adhibetur literis.

D d d sacros



sacros canones, & sacrarū literarū studia appu-  
lit, in quibus triēnio, magno cum fructu exas-  
sedè earum amore captus est, vt reliqua hęc o-  
mnia contempserit.

Vbi decimum & septimum ætatis annum u-  
tigit, sedulò, de aliquo vitæ genere diligendo,  
consilium cum Tobia consobrina sua, in hęc  
pietate ac sanctitate scemina, inijt. Tandem post  
multas preces & lachrymas, post plurima be-  
gnitatis opera miseris præstita, post varias co-  
poris afflictiones & ieiunia, in spectatam re-  
ligionis sodalitatē, quam vulgò, confraterni-  
tatem disciplinatorum beatæ Mariæ Virginis  
vocat, concessit. Fuit enim locus ille, quā  
domo hospitali de la Scala est, multo tempore  
veræ pietatis & religionis exemplar & specu-  
lum: ex quo omnes ferè Italiz laicorum pia-  
exercitationes, vel deuotionis studia manant.

Domus ho-  
spitalitatis  
de la Scala,  
in Italia.

Itaque Bernardinus fratrum omnium consilia  
admissus, preces, corporis afflictiones, atque  
tum iucunda tum aspera exercitia, nocturnaque  
illic vsitata, præ ceteris, copiosius sedam est.

Pestis sæua  
anno 1400.

Seniente peste illa terribili & generali, an-  
no millesimo quadringentesimo innumeris pe-  
regrini Romam euntes atq; inde redeuntes ce-  
leberrimam illam, toto orbe Christiano, de-  
mum hospitem beatissimæ Mariæ Virginis,  
quæ Senis est, confluxere: augebaturque vixit  
numerus ægrotorum, è quibus quotidie mori-  
dum 18. pestilenti contagione laniati, vitam cum  
morte miserè permutabant. Ad eam calami-  
tatem accedebat hoc mali, quòd fratres doctri-  
ginti, scemina octodecim, sacerdotes quatuor,  
clerici quinque, pharmacopolæ sex, pueri tri-  
ginta sex, famuli sexaginta, cuncti ægrotum in-  
tulerunt.



aliteri deputati, eadem calamitate absumpti  
 berant: neque vlli ferè supererant, qui ignem  
 piffiferum omnia vastantem repellerent, vel  
 miferos eo iam infectos, subleuarent. Ibi tum  
 Bernardinus vltro sibi eã de omnibus benè me-  
 rindi occasionem deposcit; & quia se vnum ad  
 tantam morbidorum multitudinem recrean-  
 dam sufficere non videbat, religiosos duodecim,  
 pietate & charitate præcipuos, ad se vocat: hor-  
 taturque, vt vnà secum Christi pauperes curarēt:  
 & vitam suam pro illius amore, qui suam infini-  
 tis supplicijs pro nobis obtulerat, libenter in  
 quoduis magnum discrimen inferrent. His Ber-  
 nardini monitis & exemplo allecti adolescen-  
 tes, iucundis animis & magno feruore, curam æ-  
 grotorum cum ipso suscipiunt. Ipse verò die no-  
 ctuque ægrotantibus astabat, pharmaca parabat,  
 cibos pro singulorum qualitate porrigebat, sor-  
 des omnes ipse ante omnes, sua voluntate amo-  
 vendis suscipiebat: non labore, non vigilijs,  
 nò intolerandis fœtoribus, non incommodis vl-  
 lis frangebatur: sed ea semper alacritate illis ser-  
 uiebat, ac si vel parètes, vel fratres, vel filios pro-  
 prios tractasset.

Egredia Ber-  
 nardini cha-  
 ritas, erga  
 peste labo-  
 rantes.

Cum autem iam mensibus quatuor, & eo  
 amplius, in ea domo sedulò ministrasset, peste  
 sopita, domum se recepit. Ecce autem quem-  
 admodum ipse CHRISTVM Dominum, in  
 pauperibus eius morbo laborantibus visitarat, ita  
 CHRISTVS bonus dominus, rursus illum visi-  
 tavit. Nam hospitali egressus, paulò pòst, acerrima  
 febris exerceri ccepit. Ea verò vt post menses qua-  
 tuor liberatus fuit, ad pristinũ pietatis & huma-  
 nitatis studium ilicò se recepit; atque interim  
 tota mente, ad sanctiorem viuendi rationem  
 aspirans,

Corripitus  
 febr.

aspirans, diurnis nocturnisque assiduo precibus  
insistebat, ut in optimam caelestis vitae viam, à  
Deo duceretur. Cumque sollicita mente secum  
pertractaret, cui vitae generi sese potissimum ad-  
diceret, caeleste numen, in visione, illi adhibe-  
gnisque minimè dubijs ad B. Francisci instituta  
pertraxit. Ut igitur vota sua in rem conferret,  
contulit omnia sua consilia cogitationesque, ad  
Iohanne Tristorio, Franciscano Senensi, vitae in-  
tegritate & prudentiae opinione praestantissimum  
cuius consilio fretus, cunctas possessiones, et  
quidquid habebat pecuniae, in gratiam Christi  
Domini, pauperibus distribuit, & collocandis  
matrimonio puellis benignè impartijt. v. n. n. n.  
nudum Christum expeditius sequeretur: p. n. n.  
xoque die, qui fuit natalis beatissimae Virginis  
Matris, in cœnobio Franciscanorum Senensium,  
Christianae militiae nomen ex animo dedijt, no-  
no salutis 1404. Erat tunc annos natus duodeci-  
pra viginti, quo tempore adeò rigidus corpo-  
ris sui domitor erat, ut hominibus terrene sa-  
pientiae nimium deditis, non tam Deo servare,  
quam delirare videretur.

Divinitas  
ad S. Franci-  
sci institutū  
votatur.

Fervor spi-  
ritus eius.

Interea hostis malignus, tantam tamque  
miam in iuuenili animo pietatem non ferens,  
callidè ei insidias struere, modisque omnibus  
eum in fraudem pelleret, conari cœpit. Erat  
nis matrona quaedam, cum suo marito, frater  
D. Francisci mirè addicta; quam diabolus, sub  
magno pietatis prœdextu, tandem cupiditate  
puri amoris, erga Bernardinum inflammavit.  
deoque ea libidinis igne depasta est, ut diu  
se eius amplexibus carere sine vitae periculo  
non posse existimaret. Itaque quo tempore  
sanctus panem ostiatim, de more, mentibus

illa veni  
benig  
aliquam  
hil infid  
inculit; q  
corpem e  
asseuerar  
sibi ab ip  
se angust  
tionum p  
confugit  
praesens  
righ cupit  
licò vesti  
vie sanctu  
re soleba  
donec om  
Post ha  
& concio  
bus sanè a  
ve ministr  
sermonis  
instituerit  
sed etiam  
stum face  
montanis  
vius est p  
amplius  
nus Ponti  
cum tant  
precipuu  
milit; quo  
sim eius f  
nes, & vit  
tum, sole

illa venientem procul Bernardinum conspicua benignis ad se verbis inuitavit, vt largiorem aliquam elemosynam acciperet. Ille vero nihil insidiarum suspicatus, pedem in domum ierat; quo ingresso, mox detestabilis mulier, carpem ei amorem suum explicauit, apertè illi asseuerans, ni consentiret, se vociferaturam, vim sibi ab ipso intentari. Tum Bernardinus in hac se angustias coniectum cernens, tacitus ad orationum praesidia, vt solebat in quouis periculo, confugit. Cuius menti diuinum numen mox praesens suggestit consilium: vt diceret mulieri, si cupitis vellet frui amplexibus, se totam illi vestibus nudaret. Quod cum illa faceret, vir sanctus flagellum (quod clam secum deferre solebat) corripuit; eamque egregiè cecidit, donec omnis illa tentatio euanesceret.

Mulier libidinosa, eum ad carnis voluptatē sollicitat.

En vt mulierem nefariā accepit.

Fit sacerdos

Post haec sacerdotio Bernardinus initiatus est, & concionandi munus ei demandatum in quibus sanè admodum se mirabilem exhibuit, adeò vt minister Ordinis, perspecta eius virtute & sermonis efficacia, terræ sanctæ Ministrum eum instituerit; quò non modo apud Christi fideles, sed etiam à Christiana religione alienos fructum facere posset. Deindè Italiae fratribus Cismontanis praefectus est; in quo officio, ita sua vius est potestate ad gloriam Dei, vt trecenta amplius monasteria reformarit. Itaque Romae Pontifex, eius animi prudentiam singularem cum tanta pietate coniunctam non ignorans, praecipuum quoddam legationis munus ei commisit; quo ità perfunctus est, vt celeberrima passim eius fama diffusa sit. Erant igniti eius sermões, & vita virtutibus illustris; in cuius argumentum, solem manu gestans pingi solet, quanquàm

Minister terræ sanctæ.

Itè Legatus Pontificis.

Dddd 3 eius

Cur pingatur, solem manu gestas

eius symboli alia etiam ratio est. Cum enim in ampla quadam ciuitate, de rebus diuinis concionem ad populum haberet, homines adeo illius sermonibus permoti sunt, vt tesserae, abulque lusorias, quarum magnus erat abusus, flammis absumerent. Qua re indignatus faber, qui ex ijs haud mediocriter sibi lucrum acquirebat, ad beatum virum accessit, eique conuestus est, se iam ad inopiam esse redactum. Scitante Bernardino, num aliud calleret artificio, illoque negante, Bernardinus circinoculum expressit, in eoque Solem depinxit. Et in medio solis, sacrosanctum nomen Iesu, cuius praecipuus fuit venerator & cultor; imo, vt quidam affirmant, Romae tam luculenter delineaturque, de illo dulcissimo nomine concionatus est, vt quidam eius verba non capientes, haeresim ei impingere voluerint; at postera die, illo concionante, vt superioris concionis veritas miraculo indicaretur, nomen Iesu in eiusmodi forma, qualem eum pinxisse dicunt, miro splendore coruscans, supra illum apparuit. Hanc igitur effigiem iussit illum fabrum deinceps sua arte imitari: ex qua pauper ad diuitias haud mediocres peruenit.

Offundunt eius conciones Mediolanensem principem.

Porro in concionibus, acriter vitia perhibebat, quae res Principis Mediolanensis in ipsum concitauit; prorsus vt se mala concionandi rationem illic mutaret. At vir tantum abfuit vt illius minis cederet, vt infraacto animo, ipsum Ducem, in magna frequentia horrendo verborum tonitruo arguerit, vt ne minima quidem molestia eum ab aula fuerit. Sed is vt illum insigni aliqua

na afficeret, atque avaritiæ & turpis luci crimi-  
 ne notaret, misit illi per quendam virum prima-  
 rium, poculum aureis numis refertum. Illo autē  
 reculare iterum atque iterum ad illum remisit,  
 multisque sermonibus animum eius perentia-  
 vit. Tum Bernardinus, virum nobilem qui munus  
 offerrebat, se sequi iussit duxitque hominē ad car-  
 cerem, in quo ingens victorum multitudo, ære  
 alieno obstricta tenebatur: omnesq; illā pecuniā  
 duobus tantū exceptis, è vinculis liberavit. Duo-  
 bus verò promisit, si alia redēptionis occasio se  
 non offerret, se in illorum locum successurum.  
 Quo charitatis humanitatisque officio cognito,  
 cives eos è vinculis dimiserunt.

Multos  
 carcere  
 liberat.

Cum autem fama sanctitatis eius longè late-  
 que dimanaret, à tribus civitatibus, Senense, Fer-  
 rariense, & Urbinate, Episcopus electus est; sed  
 ille, ut posset vberiora animarum iugra, concio-  
 nando facere, eos honores recusavit. Pontifex  
 autē Eugenius, tantò magis eo honore illum  
 dignum existimans, suis ipse manibus mitram  
 capiti eius imposuit: quam ille magna cum ani-  
 mi submissione deponens, Pontifici gratias egit:  
 orans atque obsecrans, ne vellet ipsi compedibus,  
 à salute proximi procuranda eum vincire. Romā  
 quandoque ad concionem iturus, in ipso itinere  
 claudum, miserabili voce, opem eius imploran-  
 tem vidit. Cui Bernardinus: credis, inquit, in  
 Christi nomine, me tibi sanitatem reddere pos-  
 se. Illo respondente; credo utique, posse, me à  
 Deo eam per preces tuas adipisci. Tum vir san-  
 ctus, porrecta manu, è terra eum subleauit,  
 prorsusque incolumen è se dimisit.

Recusat epi-  
 scopatum.

Claudum  
 sanat.

Post hæc aliaq; miraculorū signa, in Apuliam  
 iturus

D dd 4

iturus, in ipso itinere, morbo pragrauatus, Aquilam declinavit, ubi in quodam sui Ordinis coenobio, letus ex mortali corpore, ad caelos migravit, aetatis suae anno 63. Corpus eius cum ad monasterium, extra urbem illam situm, deferretur, furdus quidam, virtute aquae illius, qua ablutum fuerat, auditum recepit. Quo audito miraculo, mox in urbem relatum est, in Franciscanorum coenobium, ubi praeter alia admirandae virtutis miracula, iuuenis quidam vita sanctus, excelsus est.

Obitus eius.

Miracula ad  
rumulum  
eius.

C. Baro. to. 7.  
Annal.

VITA S. HOSPITII, RECLUSI, EX EA  
qua extat apud Laur. Surium, ex Greg. Turon.  
hist. Franc. ca. 6. & 7. lib. 6. & de glor. conf.  
cap. 97. Claruit anno Christi saluatoris 777. de-  
dente Benedicto, Imperante vero Lustico ma-  
iore.

21. Maij.

Rigor vitz  
& abstinencia  
eius.

Longobar-  
dorum in  
Gallias ad-  
uentu praedicit.

**A** Pud urbem Niciensem, Hospitius magne abstinentiae vir, ferreis cathenis ad corpus constrictus, indutusque desuper cilicio, sicco pane, cum paucis dactylis, vitam sustentabat. In diebus autem Quadragesimae, solis herbarum radicibus, quibus Eremitae in Aegypto videntur, alebatur. Magnas autem per eum virtutes Dominus dignatus est operari. Nam quodam tempore, diuinitus edoctus, Longobardorum in Gallias aduentum cognouit: & ciuitates septem propter impunitam flagitiorum omnium licentiam, deuastandas praedixit: monuitque cunctos, ut tempestiua fuga, eam calamitatem deuenirent. Quibusdam autem pietatis cultoribus, quae ab eo monita frequenter hauriebant, dicebant, se nullo modo eum deserere velle, ait: Nolite

no me timere; futurum enim est, vt iniurias qui-  
 lom mihi inferant, sed nequaquam morte mul-  
 tare poterunt. Nō multō post furibunda gēs, eō  
 veniens, cuncta depopulata est. Cumq̄ue ad lo-  
 cum, vbi sanctus reclusus erat, peruepisset, adi-  
 tum, quo ad eum ingrederetur, inuenire nō po-  
 tuit. Tum verō duo ex eis, tectum per vim deie-  
 cerunt, visq; viro cathenis cincto, & aspero in-  
 duto cilicio, arbitrati sunt eū maleficū esse: voca-  
 toque interprete, sciscitati sunt ab eo, quid mali  
 fecisset, vt tali supplicio arctaretur. At illi homi-  
 cidam se esse, omnisque criminis reum fatetur\*.

Tunc vnus, euaginato gladio, capite eū truncare  
 voluit, & ecce dextera in ipso ictu, suspensa diri-  
 git: nec eam ad se reuocare potuit. Hęc vident-  
 es socij, clamore in cælum sublato, flagitarunt  
 a sancto, quid agi oporteret. Ipse igitur impo-  
 sito salutis signo, brachium sanitati restituit. Ille  
 autem eodem in loco, Christi se obsequio to-  
 tum mancipauit, ac tonso capite, sub seuerio-  
 re monasticæ vitæ disciplina, strenuè omni-  
 pō Deo militauit. Multi autem à dæmonijs cor-  
 rupti, exagitantur miserè, quibus vir sanctus,  
 imposita manu, sanitatem restituebat.

Post hæc quidam Andegauensis incolā, nimia  
 febre exhaustus, linguæ auriumque officij per-  
 diderat; quem vir Dei vocatum ad se, oleo san-  
 cto ori verticique eius infuso, protinus, sanū &  
 incolumem reddidit. Quo permotus miraculo  
 quidā à natiuitate cæcus, duobus aut tribus men-  
 sibus, in monasterio orationi ac ieiunijs se totū  
 tradidit; tandemque à S. Hospitio vocatus, oleo-  
 que benedicto inunctus, in Christi nomine lumē  
 recepit. Dehinc mulier quædam tribus dæmonijs  
 vexata, ab eodem viro sancto, oleo sancto &

\*Vt potè,  
 quia pecca-  
 tum quod-  
 libet perpe-  
 trare mini-  
 mē præter-  
 misisset, nisi  
 Deus eum  
 sua gratia  
 munisset.  
 Signo Cru-  
 cis sanat  
 brachiū Lō-  
 gobardi, qui  
 illic fit me-  
 nachus.  
 Dæmonia  
 eos curat.  
 Alia mira-  
 cula oleo  
 benedicto,  
 & signo cru-  
 cis opertur

Ddd 5                      crucis



crucis signo benedicta, à sœuis hospitibus liberata est. Sed & aliam puellam, immūdo venarum spiritu, benedictione sanauit.

Cū autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad se ciuitatis Nicienfis amicum, vt eum post mortem sepelire dignaretur. Obiit igitur mortis hora, catenas quibus vincum erat, doposuit; & corpusculum, quod scateoribus vndique vermibus, intolerabili cruciatu afflicto batur, humi prostrauit: deindè tota mēte precibus intentus, vim lachrymarum profudit: euentisque ad cælū manibus, gratias Deo agens, spiritum tradidit; Et statim omnes vermes illi, qui sanctos artus perforabant, euauerunt.

Obitus eius.

C. Baron. in not. mart. Rom.

VITA BREVIS S. MARTIANI, Raennatis Archiepiscopi. Vt habetur libri prima historiarum, Hieronymi Rubei, de gestis Raennatum.

se. Maif.

**S** Apollinaris, Raennatum Apostolus, dicitur natus factus certior, fore, vt breui Raennatū exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capiteque oppugnaretur: ne Raennatam ecclesiam, absque pastore relinqueret, duo obitū postquā accesserat anno. sacerdotes bibo constituit, Aderitum & Calocerum, Diaconos vero Martianum, virum nobilissimum & Eleochadium summum philosophum. Cæso igitur Apollinare, post Eleochadium, in Raennati Archiepiscopatu, Martianus à Deo demissa columba testatus, sufficitur; natus sublimi loco vir, tantum iussè, ac temperanter vitā degebat. & tantum ardore animi, Christū prædicabat, vt tantum in Raennatū ardētē, excitaret omnium gentium

Martianus diuinitus designatur Episcopus.



am amorem; multiq[ue] nullis rerum aduersarū  
frangi, neque oppugnationibus nefario-  
rum, de gradu pietatis dei iei potuerint: sed cala-  
mitates omnes, tandemq[ue] necem pro Christo  
libent[er] pertulerint. Plurimos sacris inuitauit:  
cumq[ue] rerum admirabilium gloria clarissimus  
esset, caelestē in patriā abiit, vndecimo Kal. Iunij  
atq[ue], vt ex vetustissimis scriptis collegimus, in  
D. Eleochadij, sepulturæ traditus est, Anno Do-  
mini, septimo & vigesimo, supra centesimum,  
dum Aelius Hadrianus \* imperaret.

Fuit is 8. ei[us]  
Imperij, an-  
nus  
C. Baro. to. 1.  
Annal.

MARTYRIVM SS. DONATIANI ET  
Donatiani, ex eo quod optima fide apud Surium  
extat, cui vetustissima adstipulatur Martyrologia.  
Consummati sunt, circa annum dominice incar-  
nationis 303. sub immanissimo praside Ricthio-  
maro.

24. Maij.

CVm Diocletianus & Maximianus Roma-  
ni Imperij scepra tenerēt, suisq[ue] præcep-  
tis & edictis crudelibus, Christianum no-  
men, obliuione sempiterna contere niterētur,  
in vrbe Nānetica, iuuenis quidam Donatia-  
nus nomine, genere clarus, sed fide multo clari-  
or, qui in ipso iuuentutis suę feruore, maturioris  
animi fræno, turbulētos adolescentiæ motus tē-  
perabat: & ne inter spiritalis nequitie procellas  
lapsus incurreret, in timore Domini prosperè  
vire cursū dirigebat. Qui mox, vt despectis ido-  
lis iustrialibus aquis expiatus Christo nomen de-  
dit sine metu aliquo, triūphū Christi oris sui buc-  
cina, miles forcilimus, in populo decantauit, &  
in illar optimi agriculæ, fruges beate fidei in  
gentilium pectora seminauit. Qua sancti viri  
opini-

Donatianus  
egregius iu-  
uenis.

Rogatianus  
à fratre lu-  
niori, Dona-  
tiano, ad  
Christum  
adducitur.

opinione florente, germanus eius Rogatianus, adhuc in cultu idololatriæ cōsistens, blando-  
uissimi oris eius odore impletus; ad fratrem, æ-  
tate licet minorem, seniore tamē credulitate  
ordine, festinus accurrit, deprecans vt ante quam  
persecutionis colluctatio appropinquaret, Chri-  
stiani baptismatis munere dotaretur: nē tam fo-  
lix certamen, adhuc paganum vel catechumeni  
inueniret, vt à fratre nihil minus in pugna, nihil  
minus obtineret in palma. Et ne sacro fonte  
tinuō ablueretur, audita persecutione fugiit  
sacerdotis fecit absentia; sed fusus martyri-  
or, fontis inopiam supplēuit.

Interea Nannetensem ciuitatem, fauente  
tilium turba, persecutor cum instrumento in-  
quiritatis, ingrediens, ab vno è circumstantibus  
uibus, ad Donatianum & Rogatianum fratres  
comprehendendos, acerrimis verborum flum-  
lis incitatus est. Tunc præses dolore commo-  
Donatianum suis fecit aspectibus præsentis,  
ac talibus eum verbis compellauit: Audiuimus  
Donatiane, te Iouem & Appollinem, pœno-  
stros conuicijs proscindere, ac prædicatione  
inani, ad crucifixi religionem compellere. Aut  
igitur prædicationi superflue finem impone,  
aut si id recusas, pœnis nostris & cruciatus  
subiaceto. Cui Donatianus respondit: Minus  
quas mihi prætendis despicio; frustra que ab-  
ius me cultu reuocare contendis, cui creatura  
omnia promptè deseruiunt. Hinc Præses furore  
census, iubet sanctum compedibus vincitur,  
custodiam retrudi; vt tormentorum violentia  
ralitas, non perferentis fidem frangeret, et  
tem ne alij in CHRISTVM crederent, impedi-  
ret.

Donatianus  
sistitur corā  
præse.

Truditur in  
carcerem.

& ROGA

s Rogatiano, blandit  
d fratrem, a  
e credulitate  
s vt auctorem  
inquaret, Chri  
ur: nē tam fo  
catechumen  
pugna, nihil  
acro fonte  
one fugit  
martyri  
o, fauente ge  
trumento  
mstanti  
anum fratres  
borum flum  
e commota  
is presentia  
it: Audimus  
nem, dea  
prædicatio  
mpelleret. Au  
nem impo  
& cruciatibus  
ondit: Mūn  
ustraque ad  
ui creatio  
es furore  
vinctum  
n violenta  
gere, a  
rent, impo

Tunc eius germano in conspectu populi con  
luro, cœpit Præses, sub blandimenti dulcedi  
a, persuasionis iniquæ venena miscere, vt quia  
tute non cederet, oblectationis arte colla laxa  
nem. Quem molliter appetens, in hæc verba pro  
ppit; Audio, Rogatiane, à deorum cultu te velle  
inconsultè recedere. Sed caue, nè vnus Dei con  
fessione, plures Deos in tuam perniciem ire cõ  
pellas. Sed quia adhuc nescio, quo baptismo nō  
tenaris infectus, si voluntas obstinata te non de  
cipis, deorum indulgentia concessa, recipies, vt  
in Imperatorum palatio & aula deorum, possis  
cum vitæ fruitione, sortiri dignitatis augmentū.  
Rogatianus respondit; optimis promittis per  
ueria, cum sis ipse peruersus; qui primum polli  
ceris Imperatorum gratiam, post deorum. Sed  
qua ratione, in arce diuinitatis colendi sunt, qui  
spū hominibus videntur esse posteriores ordi  
ne, licet inter vos habeatis participationem mi  
seria: cum illi sint de metallo, vos ad meliores  
habitus surdi: illi spiritu careant, vos sensu. Si  
quidem, qui in saxis religionem suam cõstituit,  
non aliud sit ipse, quàm quod colit. Tunc Iudex,  
ministris imperans, dixit; Et hic insensatus, cum  
doctore insipientiæ, in carcerem detrudatur: vt  
sequenti die, dijs ac principibus illata iniuria, vl  
tore gladio, censura publica vindicetur. Sic te  
deborum in lecto, duo fidei luminaria recon  
duntur: sed plus carcer illustrabatur ex gloria,  
quàm martyres grauarentur ex poena. Beatus au  
tem Rogatianus, sine baptismatis gratia, se præ  
tentum esse contristabatur; sed hoc sibi ex fide  
credidit esse pro lauacro, si fratris sui Christiani  
sculum mereretur. Quo comperto B. Donatiaz  
nus, pro germano fudit ad Dominum preces, vt  
prom-

Rogatiano,  
blanditus  
præses.

Rogatianus  
ducitur in  
custodiam.



788 MART. SS. DONATIANI & ROGA  
promptam eius voluntatem, fidemque puram  
spiceret: & sanguinis effusionem, pro baptis-  
tis sacramento acciperet.

Itaque vigilijs noctis in oratione corde  
ce transcurfis, simul lumine cū die relato, & ca-  
nificis vulnera, & Domini sui premia alacres  
pectabant. Sequentē verò die, Præses pro tribu-  
nali sedens, confessores Christi, in conspectu  
populi præcepit affligi. Educitur interea de carcer  
lugubri, gaudium cali, de sterili sede, fructu  
clesiæ, de spinarum germine, flos coronæ. Con-  
stricti vinculis, liberi erant votis, quos in  
Christo ipsa tormenta reddiderant fortiores. Quibus  
coram positus, affatus eos est Iudex, Cum in  
tione, inquit, ordior, ne dum vos mollire ali-  
quor, seueritatis publicæ vis frangatur; qui  
rum religionem aut non colitis ignorando; aut  
(quod est grauius) non nesciendo, calcatis. Tunc  
martyres responderunt; scientia tua, quæ de-  
rior est totius ignorantia stultitia; similis sit  
vestris, quos in metallis sensu carentibus abur-  
tis. Nos verò pro Christi nomine, quidquid ter-  
roris inueneris, excipere parati sumus; quia non  
hæc vita nostra dispendium patitur, si illi red-  
ditur, à quo sumpsit exordium, & in furuo, multi-  
plicatæ lucis fœnore muneretur. Tunc colore  
præses impulsus, iussit eos in equulei carulis  
suspendi: vt si animos eorum non mutaret, carni  
membrorum lineamenta soluerentur in præ-  
credens furori suo se consulturum, si can-  
fex, licet ad animam non perueniret, vt  
per tormenta corpus maceraret; ad hæc munda  
imperans, vt post irrogata supplicia, à spiculis  
re eorum capita truncarentur. Tunc Iudex  
fania, vt de crudelitate iudici complacere

Iudex terret  
martyres,  
sed frustra.

& ROGA  
que puram a  
probapilma

ne corde & ro  
relato. & car  
mia alacres  
efes pro tribu  
conspetu po  
ere de carcer  
ede, fructibus  
coronz. Qu  
quos in Cir  
tiores. Qu  
Cum indige  
mollit: allo  
garur: qui de  
ignozabo, ac  
calcanis. Tunc  
tuz, que deo  
a: similis fit  
entibus adha  
e, quidquid cur  
nus: qua non  
ur, si illi redol  
a futuro multo  
Tunc doctore  
equilei carit  
a mutare, tant  
entur in p  
rum, si car  
rnerit, ve  
d haec m  
cia. a sp  
unc h  
mp lacem

regis vt crescerent ornamenta martyrij, lancea  
militari per fossas ceruices beatissimorum, gla  
rio vibrante praecidit. Sic ad Christi gloriam ve  
nientes, dum B. Donatianus lucratur germanum  
emeruit germanus martyr: iste fit illi cau  
salutis, ille fit isti palma mercedis, & multi  
pluris gratiae pignore redundante, consummatio  
re felici, spe remunerationis suffulti, ad aeterna  
praemia meruerunt accedere, per vulnera laurea  
no Praestante Domino nostro Iesu Christo, qui  
vult & regnat in secula seculorum. Amen.

VITA S. MEMORIAE HERMANNI,  
de columbinam simplicitatem Ioseph nuncupa  
ti Monachi steinueldensis: ex ea quae est per eius  
quendam familiarem amicum, Abbatem forte  
vel Superiorem bona fide conscripta. Obijt an  
no 1236.

Beatus Hermānus inelyta ciuitate Colonia  
Briippina oriundus, parentes habuit Ca  
tholica religione, vitę integritate ac secu  
laris opulencia admodum praestantes; qui cum no  
multo post ortum eius tempore ( vt est humanae  
felicitatis incertus decursus ) ad egestatis termi  
nos essent redacti: ipsum infantē non in delicijs,  
sed in paupertate nutrire suēre coacti. Et quidō  
cum iam septennis studijs applicitus litterarum,  
vires in iisdem pro facultate puerilis ingenij  
fecisset progressus; mox mirum in modum diui  
no spiritu inspiratus, totū se ad Christi Saluato  
ris, eiusq; beatiss. genetricis Virginis famulatū  
conuertit: vnde ceteris cōdiscipulis suis festiuis  
diebus, pro more, varijs secularibus cōsolatiun  
tulis sese oblectantibus, ipse cęlestibus gaudens,  
se ab eorū cōsortio subindē subducere; illorū  
vanitatem

Caeduntur  
capite mar  
tyres.

Vide Io. Me  
lan. in An  
not ad mar  
tyr. Vsuardi.

24. Maij.  
Dies trans  
lationis e  
ius: obitus  
verò 7. Apr.

Patria eius.

Pia eius exor  
cicia in puo  
ritia.



vanitatem tacitè deplorare; Monasterium Deiparæ Virginis frequentare: ac ibidem antè illius imaginem (vt erat admirandæ innocentia pueri formam puerili Iesu in sinu gerentem, seruentissimis precibus vacare; alijsque pijs exercitijs deuotissimè intendere. Sedulam proindè pueri deuotionem vterque vt commendaret: multiplicibus mirificisque admodum ei se reuelationibus manifestare ac benignè eum consolari dignatus est.

Didicit ex tunc nulli animum subdere vti patij; sed subditi patentibus & quibusque moribus cum metu & reuerentia: & cum coram suis societate benigna & sociali benignitate conueniri. Nulla ei proteruita vultus & verborum blasphemia, & inordinata membrorum detestatio; sed vultus omninò serenus, oculique blandissimi: & qui quod intus contineretur in cordis latificis quibusdam scintillis emicantibus demonstrarent. Oris ita custodiam tenaciter seruauit conseruare, vt nunquam quis verbum inobedientia aut contumelia; opprobrij vel maledictionis in quenquam turpiloquij aut scurrilissimis alioquin; multo minus detractionis aut mendacij, et eo audierit aliquandò: nonnunquam tamen ad dissimulandum quod erat, cunctis se socialiter exhibuit, & iocis blandissimis vt alios in laetitia erigeret vtebatur.

In tali virtutum exercitatione pueritia ceteriore decursa; iam plus minus duodennis, cum totum mundum pessimarum cupiditatum incendio conflagrare cõspiceret, & solos illos à mortiferis æstibus posse saluari, qui sub salutaribus las confugerent crucifixi: sapienter breuiterque discernens mundus adhuc, immundum mundum

relinquere; relictaque lata & spatiosa via per-  
 sonis, arctam & angustam salutis inquirere:  
 Monasteriū Steinueldese Colonienſis Diocē-  
 ſis Ordinis Præmonſtratiſis, ſpiritali animi ala-  
 crite ſe contulit. Vbi cęleſti quadam viſionē ad  
 ſacrā religionē ſagrantiffimo incęſus deſiderio;  
 inuicem tandem monaſtici iſtius inſtituti ſulce-  
 ric amictum: indies tam apud Deum quam apud  
 homines ſapientia cum ætate proficere ſatagēs.  
 Sed quia nondūm annos diſcretionis attigerat,  
 pro maiore adipiſcenda doctrinā indē miſſus  
 eſt in Friſiam cum alijs coędulis ſuis: ibidē  
 in tantum ſuper omnes coętaneos ſuos ſcien-  
 tiarum, ac virtutum incrementis cęlitūs dita-  
 tus, vt ſe Doctorem minoribus ac angelum ſo-  
 cijs exhiberet. Proindē reuerſus ad Monāſterium  
 illud ex Prælati mandato, ad ſeruiendum fratri-  
 bus eſt deputatus; cum fratre alio ſe maiore: curā  
 muniturum reſectorij ei demādata Quod officium  
 licet deuotus impletet, triſtabatur tamen non  
 modicum, quod præ corporali labore continuo,  
 non potuit conſuetis & debitis orationibus, le-  
 ſioni ac contemplationi vacare. Dolebat hoc  
 puer, qui iam in adoleſcentiæ proceſſerat  
 pubertatem, & ægrē à ſpeciōſæ Rechelis auellē-  
 batur amplexu. Vidēs igitur mater miſericordię  
 adoptatum ſibi filium pro cauſis huiusmodi gra-  
 uiter animo tabeſcentem, ſuam illi præſentiam  
 exhibere curauit, & ſolita illi ſuauitate blandi-  
 ens, breui quidem, ſed eximia illum ſententia  
 ſe inſtruxit: Scias (inquit) nihil perindē ex debi-  
 to faciendum tibi incumbere, quam vt ex chari-  
 tate fratribus tuis alacriter inſeruias. Sicque Sa-  
 crę Matris monitis confortatus adoleſcens, de  
 cetero ſolitum fratribus cum gaudio ſpiritali

Induit habi-  
tum mona-  
ſticum.

Fit diſpenſa-  
tor.

Dei Mater  
eum cōſolas  
tur & inſtrū-  
it.

Eee chari-



charitatis exhibuit ministerium: occultis interrim spontaneisque ieiunijs, vigilijsque, carnis potulantiam conterens.

Instituitur  
in Sacristia.

Post multa porro alia externa munia praedicta obita, demum ad Sacristiae officium deputatus est; Domino sic rite disponente: quod plenius & securius rerum diuinarum commentationi posset intendere. Accepto itaque officio, suo proposito accommodatissimo, mirum in modum, tanquam tunc primum ad seruitium diuinum accederet, qui prius alios superauerat in omnibus exercitijs spiritualibus, feruore spiritus excitatus, cepit etiam seipsum superare. Nequaquam enim solitis vigilijs, orationibusque contentus, nouis sibi, suae deuotionis dulcedini respondentes, & ipsam quoque deuotionem mirabiliter excitantes preces composuit, per multasque gratiarum actiones: quibus sibi ad memoria

Qualiter se  
se in eo officio  
gessit.

reuocauit omnia diuinitus humano generi collata beneficia. Praecipue vero erga matrem Domini feruore mirabilis deuotionis exaruit, quam etiam nouorum verborum gaudijs sui gaudia ipsi referentibus, & Angelica saluatione crebro repetita cum genuflexionibus saluauit, quae in id genus tum corporalibus tum spiritualibus exercitijs maximam noctis partem duxit in somnum. Proinde beatiss. Dei genitrix volens magnificentia re deuotum sibi iuuenem, suisque laudibus iugiter inhaerentem, innumeris ei vicibus dulcissima praesentiam suam exhibuit, creberrimis recitationibus aded sibi familiarem effectum: etiam

Sepulchrum ei  
apparet Dei-  
para virgo.

inter homines coniunctissimos vix inquam tanta familiaritas extitisse videatur: quae latim hic recensere longum nimis foret.

Et sic quidem beatissimus iuuenis, beatiss.



rarijs affectus, & reuelationibus erectus, iam in  
 virum spiritalem profecerat; ita vt cibis solidio-  
 ribus, & pane filiorum, & ipsis Dominicæ mensæ  
 ferulis nutriendus esset: illos ergo panes hordea-  
 ceos, quos ipse noster paterfamilias in manus  
 accipere atque etiam benedicere dignatus est,  
 nostro Ioseph vt filio dilecto copiosè impertijt;  
 flagellis durioribus cædens illum; intus qui-  
 dem doloribus cordis, foris autem afflictioni-  
 bus corporis: nè fortè reuelationum & magni-  
 tudine & multitudine sublatus in superbiam e-  
 rigeretur. Gratiâ quoque singularem ei Domi-  
 nus annis aliquot antè decessum eius contulit in  
 sacrosanctis Missarum mysterijs omnibus antea-  
 ctis temporibus inauditam; ita vt sub secretis  
 diuini mysterij singulis penè diebus mentis ex-  
 cessum pateretur, & stans planè immotus per ho-  
 ras plurimas, cunctis de se mirabile spectaculū  
 exhiberet: post longum autem interuallum tan-  
 quam à somno euigilans, spiritum vehementer  
 attraxit, & sic sacrosancta peregit mysteria. Quā-  
 tum verò reuerentiam præstiterit sacramentis,  
 quanto studio illa confecerit, tractârît, sumple-  
 rit, quo timore & tremore vasa omnia & alia ad  
 sacrum ministerium pertinentia contrectârît,  
 condignè enarrare quis queat? Quis porro cun-  
 ctas quibus eximè floruit virtutes? Et quidem (vt  
 reliquas sileam) Castitas tã in illo perfecta fuit;  
 vt gemma virginum, castitatis lilium, pudicitæ  
 titulus, vas electum continentia, agnus innocens  
 & virgo virginum iure potuerit appellari. Quin  
 & consummata sanctitatis, summiq̃ue meriti eū  
 apud Deum fuisse; non modò humano & Ange-  
 lico: verum & Diuino comprobatum est testi-  
 monio: ac viua voce attestatum.

Ioan. 6.

Exercetur aduersitati-  
bus.

Patitur mi-  
rabiles ecsta-  
ses sub sacro  
Missæ offi-  
cio.

Reuerentia  
erga SS Sa-  
cramenta.

Permanfit  
Virgo.

Perfecta es  
ius sanctitas

Eee 2

Nec

Vexatur à  
dæmonc.

Præfens à  
præfentibus  
nō videtur.

Claruit pro-  
phetiæ spi-  
ritu.

Alia affli-  
ctiones eius

Nec tamen defuere illi pravi dæmonis affi-  
duæ vexationes & terrores; modò in corui modò  
in felis ei specie apparentis; quò eum vel croci-  
tando à precibus impediret, aut certè cucullo  
trahendo improuiso metu concuteret: quem a-  
liter ad assentiendum suæ nequitia permouere  
nequiuit. Probantur in his alijsque multis indies  
inulcissimi Christi agonistæ patientiæ animiq;  
fortitudo: qui vtroq; homine viriliter dimicans  
sempiternos sibi in cælo congregabat thesauros  
Nec rarum immò propè quotidianum fuit, vt  
per omnes monasterij latebras quæreretur, nec  
tamen reperiretur; ita vt præfens à præfentibus  
non cerneretur; atque tandem mirantibus illis  
qui eum quæsierant, quândò ei visum fuit, eum se  
præfentem exhiberet. Potest hinc animaduerti,  
quàm subtilis eius spiritus fuerit, & quàm subli-  
miter ad illud incircumscriptum lumen asserit,  
atque in secretissimum Domini Sanctuarium in-  
troierit; quândò etiam adhuc corruptibile coc-  
pusculum eius ad eam pertigit subtilitatem, vt à  
præfentibus videri non posset. Sileo alia hæc  
pauca his similia mirabilia.

Spiritu propheticò insuper seruum suum Do-  
minus ornatum voluit. Engelberti siquidem Epi-  
scopi Colonienfis propinquorum gladijs cæli &  
martyrio affecti obitum cælesti visione præco-  
gnouit ac prænuñciauit; itidem afflictiones va-  
rias Ecclesiæ Steinfeldensi instantes, felicitateque  
tempora subsequutura: quin & propriæ resolu-  
tionis tempus. Quò quidem appropinquante in-  
uſitatis eum Dominus tentationibus affligi per-  
miffit; carnali nimirum concupiscentia; ac diu-  
sub diuinis mysterijs maligni spiritus venio-  
ne; ei sub iisdem muscas, & araneas incognitas  
magi-

magnitudinis crebrò exhibentis: eiusque pijsi-  
mum animum valdè affligētis. Vndè tamen pau-  
lo post, dæmone infestatore, ope religiosi cuius-  
dam Fratris adiurato, liberatus est. Adeò verò  
hæc ei molesta prius erant, vt propter ea nōnun-  
quam ab altaris ministerio abstinere cogeretur  
solutus.

Ceterum quanto propinquiorem suam noue-  
rat è vita emigrationem, tantò maiore exhau-  
stum iam corpusculum afficiebat inedia; con-  
templationi, lectioni, scriptioni animo indefes-  
so interim vacans; cum eccè tertia Quadragesi-  
mæ Dominica, Domino sic disponente, ad quod-  
dam Monasterium virginum Cisterciensis Or-  
dinis ad diuina ibidè per Quadragesimæ re-  
siduum celebranda euocatur. Quò, assentiente  
Abbate, pergens, ac interiora eius iam ingressus;  
ilicò scipione quo sustentabatur locum futurij  
sui sepulchri sororibus delineauit ac designauit.  
Tertio verò post Palmarij die (cum reliquo tem-  
pore robustis, præter morè, viribus diuina offi-  
cia peregisset) correptus febrì lectulo decubuit;  
qua indies inualecente, tandem feria quinta  
Paschatis, hora obitùs eius impendente, circun-  
sidentibus valedicens, & in manus sui I E S V  
spiritum eximia animi pietate commendans,  
erecto corde & vultu ad æterna tabernacula fe-  
liciter emigrauit. Sacrum porrò eius corpuscu-  
lum loco præsignato multis adstantium lachry-  
mis tumulatum, cum sibi id Sanctimoniales tan-  
quam pretiosissimum thesaurum tenaciter ven-  
dicarent; sententiæ demùm Reuerendissimi Ar-  
chiepiscopi Colonienfis fratribus Steiuelden-  
sibus adjudicatum est: qui illud, dictu mirum,  
post 7 hebdomadas incorruptum planè comper-

Designat lo-  
cum sepul-  
turae suæ.

Migrat in  
caelum.

Translatio  
reliquiarũ  
eius.

Ecc 3

tum

Miracula ad  
tumulum e-  
ius fiunt.

tum, in canticis spiritualibus ouantes, maxima-  
que plebis comitante caterua, Steinueldiam ad-  
sportantes, in medio Ecclesiæ in Sarcophagum  
honorificū deposuere: ubi etiamnum mirabile  
sanctum suum admirandis edendis signis mi-  
sericorditer perseverat is, cui nihil est impossi-  
bile: in æternum benedictus Deus.

C Barn. to. 4  
& 5. annal.

VITA S. ZENOBII, EPISCOPI FLO-  
rentini. ex ea quæ est per Ioannem Archiepiscopus  
byterum Aretinum. Ex vita constat, quo tempore  
floruerit & obierit.

25. Maij.  
Parentes  
eius.

**Z**enobius, Luciano patre, claro inter Flo-  
rentinos ciue, & Sophia, insigni femi-  
na, matre natus, anno restaurate salutis  
trecentesimo tricesimo quinto. Pontificatus  
uestri anno XVII, & imperij Constantini ca-  
tineris pueritiæ suæ annis, insignè iustitiæ & pi-  
tatis de se splendorem præbuit. Nam ut litera-  
rum studijs adhibitus, liberales disciplinas mi-  
ra ingenij dexteritate complexus est, infra  
tura præstantia, & ingenita vultus hilaritate,  
atque oculorum gratia, omnes homines mirum  
in modum sui amore ac studio capiebant. Quod  
que ad ardentissimum pietatis, studium excita-  
bat. Cumque obiecta vitiorum blandimenta, uni-  
uersumque mundanæ cupiditatis fomitem virtutis  
animo in se extinxisset, anno ætatis suæ octavo  
decimo catechumenus, beato Theodoro Flo-  
rentino Episcopo traditus est; quo tempore po-  
pulis Gentilibusque studijs relictis, quibus in  
teneris annis, ad eruditionem ludere contue-  
rat, animum ad res diuinas serio contemplatione  
appulit.

Egregia pu-  
eri indoles.

Fit catechu-  
menus.

Porro cum vigesimum ætatis suæ annum  
pergeret

gret, parentes eius eximia pulchritudine & prudentia, virginem & natalibus claram, magna cum dote tradere ei decreuerunt. Qua re comperta, Zenobius protinus in Theodori Florentini ancistitis sinum gremiumque confugit: cuius seruandæ virginitatis propositum, & Deo sanctissimè famulandi exponit, orans atque obsecrans, vt regenerationis lauacrum sine mora ei impertiretur. Cuius tam pium, tamque sanctum desiderium nequaquam remoratus Theodorus, omni Clero Florentino protinus conuocato, Zenobium proprijs manibus honorificè ac celebriter, lustralibus aquis tinxit. Id vero ad parentum eius aures, vt famæ celeritate perlatum est, illi euestigio famulorum cuneis stipati, Zenobium quæsituri. Theodorum Episcopum adeunt: inque, eum, ira & furore perciti, summis conuicijs & contumelijs exarserunt. At Zenobius parentum furorem lenire cupiens, impetrata antistitis benedictione, pios in cælum oculos sustulit: tantaque extemplò, pia eloquij vbertate, parentum animos perculit, vt impio furore deposito, mox in nuda humo, ad pedes Episcopi prostrati, baptismi lauacrum, quod in filio culpauerant, nõ sine lachrymis postulauerint. Quo obtento, summa cù latricia domum regressi sũt. Zenobiũ verò sanctus Antistes a suo latere auelli deindè non est passus, sed mox Clericum eum deindè cathedralis ecclesiæ Canonicum, postremò subdiaconem ordinauit.

Cuius vita, cùm & religione in Deum, & charitate in homines indies excresceret, semperque seipsa fieret auctior, Archidiacono Florentino per id temporis vita sancto, Zenobius vicem illius sortitus est, anno ætatis suæ tricesimo

Zenobius baptizatur.

Item parentes ipsius.

Fit Archidiaconus.

Ecc 4                      secun.

secundo. Quo tempore, cum omnes penè eccle-  
siae, toto orbe, sub nomine pacis, Cōstantij regis  
Arianorum consortio polluerentur, vir Dei Ze-  
nobius, strenuus & indefessus Catholice fidei  
propugnator, quotidianis aduersus haereticos  
Arianos, vel prædicationibus, vel disputationibus  
acriter insistebat. Neque verò minus opere,  
quam verbo, orthodoxum populum instruebat.  
Nam sibi exiguo admodum victu & tenui re-  
uato, quicquid ex redditibus superesset, in  
pauperum dispartiebatur. Verum anno à per-  
motu ipsius elapso, Cōstantius Arianus Imperator mo-  
ratur, & ad imperium Iulianus, execrabilis tyrannus  
sublimatur. Qui cum occulta impietatis fraude  
multos in sempiternam perditionem pertraheret,  
Zenobius illius perfidiae impietate, ingentibus  
nequitia & publicis & priuatis sermonibus  
crepare non destitit: adeo ut commissas suas  
oues, non modò cōseruaret, sed ex paganis & ha-  
reticis, plures quotidie ad Christi Ecclesiam ag-  
gregaret.

S. Ambrosius  
inuisit  
Zenobium.

Interea mortuo iam tyranno, vir sanctus Am-  
brosius ad episcopatum Mediolanensem assum-  
ptus, fama & crebro rumore Zenobianam  
excitatus, in Florētinam urbem Zenobii  
studio aduolauit: cui vera & singulari amicitia,  
& Christi glutino deuinctus est. Inde cum re-  
cto itinere ad Damasum, maximum Christiano-  
rum Pontificem, Ambrosius proficere cepisset,  
& vniuersae ecclesiae gratulans, quod Christi-  
ana religio tali viro, qualis Zenobius erat, esset  
ornata, mores illius & instituta, vitamque  
nem ei enarrauit. Cumque per dies, coram  
tifice fama eius magis incretaret, iussit  
sus ad se acciri virum. Qui sine mora iussu

S. Zenobius  
accitur à  
Damaso pō-  
tifice.

emperans, cum Ambrosio concitè ad eum pro-  
 ceperat: à quo peramanter susceptus, & benignè  
 meretur fuit. Cumq; plura multò indies & ma-  
 iora, tum sanctitatis tum eruditionis, in eo com-  
 periret exempla, quam fama detulerat, non mul-  
 to post, renitentem ac diutius reluctantem, san-  
 ctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ diaco-  
 num instituit, anno ætatis ipsius 38. & secundi  
 anni Pontificatus sui principio. Ea dignitas, cal-  
 caria quædam ac stimuli augendæ sanctitatis  
 Zenobio fuere. Cum enim alios, moribus & san-  
 ctimonia antè vicisset, seipsum in ea dignitate  
 vixit. Quod etiam Dominus, manifestis miracu-  
 lis per eum editis, ostendit. Nam die quadam ad  
 ecclesiam S. Mariæ trans Tyberim, cum Damaso  
 ibidem celebraturo contendens, à filio præfecti,  
 qui fortè paralyticus lecto iacebat, protinùs ac-  
 cersitur. A quo precum importunitate lacessitus,  
 ac multis lachrymis exoratus, in orationem se  
 pro eo dedit. Qua expleta, manu ægrotum cepit,  
 signoque Crucis edito super ægroti corpore, sa-  
 tum hilaremque leuauit.

*Fit Discon-  
 sedis Apo-  
 stolicæ.*

*Crucis si-  
 gno, sanat  
 paralyticū.*

Alio quoque tempore, cum in Orientis parti-  
 bus pestilens hæresis cuiusdam nouæ contagio  
 omnem pietatem depopularetur, ad illam pro-  
 figandâ, missus à Pontifice Zenobius, Constanti-  
 nopolim venit; vbi acerrimis disputationibus,  
 & vitæ sanctimonia miraculorum virtute con-  
 signata (nâ duos à dæmonibus miserabiliter ob-  
 sessos, coram omni populo, sua oratione libera-  
 uit) errorem ita repressit, vt nemo eam hæresim  
 admodum asserere, per omnia tempora ausus fu-  
 erit. Quibus ritè peractis, Romam reuersus est.  
 Inter hæc à Theodoro Florétino Episcopo, vitæ mu-  
 nere sanctissimè perfuncto, Zenobius ab omni-

*Dæmonia-  
 cos duos sa-  
 nat.*



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

**Cōsecratur  
Florentinus  
Episcopus.**

**\*Forte. 70.**

bus successor expetitur, & ciuibus importunè,  
opportuneque vrgentibus, ab ipso Damaso Pon-  
tificice, Florentinus Antistes consecratur, totius  
que Tusciæ metropolitanus instituitur, anno or-  
tatis suæ 41, ab Incarnatione Domini, trecentesi-  
mo 76, \* Damasi Pontificis anno fere 4, imperan-  
tibus Valentiniano & Valente. Quo tempore,  
seculum istud doctissimorum sanctissimorumque  
virorum erat feracissimum. Igitur Zenobius hoc  
munere antistitis, quamvis inuitus decoratus  
cùm iam Româ Florentinam, commissum sibi  
populum rectorus pergeret, fuit ab ipso Pon-  
tificice nouo dono, duobus videlicet Sanctorum  
corporibus Abdon & Sennen affectus. Qui  
vir sanctus, quasi mutua inter se amicitia  
turum posteris monumentum, magno cum stu-  
dio assumpsit, & in maiori ecclesia, sancti videli-  
cet Saluatoris, sub altari honorifice colloca-  
uit. A Florentinis verò tanta læticia excepit  
est, vt ab eius ingressu, plures dies festos solen-  
nesque egerint. At sanctus Zenobius, quanto  
magis à Domino exalabatur, tãto studiosius se  
ipsū deprimebat. Corpus lōga inedia, multis vi-  
gilijs, assiduis orationibus, hispidis hirsutisq; ce-  
licijs, maiori quã vnquã cōstigatione macerabat.  
oēsque ecclesiæ suæ prouetus, præter cuiuslibet  
suorūq; victū in Christi pauperes distribuerebat.

**Liberalitas  
eius in pau-  
peres.**

Vt autem animum à publicis curis & popu-  
lari tumultu interdum vacuum, ad contempla-  
tionis dulcedinem reuocaret, in quadam parua  
ecclesia, Septentrionem versus, vitam pœnitenti-  
mericã ducebat: vbi etiã nõ rarò animã ambrosi-  
postquam in humanis esse desierat) pro popu-  
lo Florentino supplices ad Deum preces  
dentem vidit. Nec mirum, cùm multis alijs

**Vider animã  
S. Ambrosij,  
orãtem pro  
Florentinis.**



in vita miraculis Deus illustraverit. Nam  
 in muliere quædam pagana, generis & opum  
 estimatione valde clara, in ciuitate Floren-  
 tia, mortuo viro, duos superstites haberet fi-  
 lios, quos blanda & nimia indulgentia, in suam  
 vitiosam perniciem, & perpetuum animi luctum  
 præcipuerat: illi quodam die, insano furore  
 mentis agitati, matrem propriam plurimis ver-  
 beribus enormiter flagellârunt. Quod scelus  
 ipsa impatienter abhorrens, corpora illorum  
 horrendis imprecationibus detestata est, geni-  
 busque procumbens & terram manibus pul-  
 sata, Erynnim, cæterasque furias infernales,  
 in rabiem filiorum, magno cum gemitu inuo-  
 cauit. Exaudiunt ab imis tenebris dæmones; iu-  
 uenes aggrediuntur, illos furijs exagitant. Qui  
 statim, vt rabidi canes, mordaciter inuicem sua  
 membra corrodunt. Concurrunt famuli, sit cla-  
 mor ingens. Alij funes, alij cathenas ferunt. Li-  
 ganur iuuenes, nec rabie contineri valent. Iam  
 mater pietate commouetur, iam facti pœnitet. &  
 tantæ calamitatis euentum deslet; plangit, nec  
 quid in dè agat, cogitare valebat, interim occur-  
 rit memoria quæ de Zenobio audierat. & ac-  
 cepto concilio, speque recuperandæ salutis,  
 licet, pagana, tamen credula, ad Zenobium fi-  
 lios adduci procurat. Cuius ipsa pedibus prouo-  
 catur, fatetur rem gestam, Deum suum exorare  
 signetur. precibus & lachrymis fideliter orat,  
 Ille infelicem iuuenem captiuitatem misera-  
 tus, præque commotus, ait ad mulierem: Con-  
 fianter age mulier. & crede, quod Dominus no-  
 scit Iesus, qui illos modò post orationem meam sani-  
 tati restituet, verus est Dei filius, & omnium crea-  
 tor & Dominus. Et statim in Basilica Saluatoris,  
 vbi

Vitio in fi-  
 lios matrè  
 verberâtes.

Zenobius,  
precibus, &  
signo Cru-  
cis pellit  
dæmones.

vbi aderant, coram vexillo Crucis se proterenti  
componit: vbi duabus admodum horis in ora-  
tione expletis, surrexit, & iuuenes signo Crucis  
benedicens, ab immani dæmonū furore libera-  
uit. Illi verò sanitatem cōsecuti, vnā cum matre  
totaque familia, saluari lauacro mundati, toto  
se Christo in omni vitæ sanctitate consecraru-  
nt.

Nec multo pōst tempore, mulier quædam  
Gallica, illustri stemmate nata, Romam magni  
comitatu cōtendens, rumore admirabilium Z-  
nobij virtutum excita, ad eum, ex ipso itinere, in-  
fendi studio diuertit. Cuius vitæ sanctissima mo-  
ritis ædificata, vnicum suū filium, ex itinere in-  
commodis debiliorem factum, viro Dei studio-  
sè commendauit. Sed accidit vt is idem, ablatum  
Zenobio, vitam cum morte permutaret. Quod  
vt cognouit inelyta mulier, luctu lachrymante  
miserabiliter deformata, puerile cadaver ad po-  
des viri sancti proiecit, orans & per omnes in-  
uocationes obtestans, vt filium, vnicam familie  
tius spem, præter omnium suorum mentem, se-  
cum ex patria aduectum, sibi restitueret. Quam  
quam se ab integro patriam visuram: sed in per-  
petuo luctu & squallore ibidem se permutaturū  
iuramento firmabat. Sanctus rei nouitate & mu-  
liebri lamentatione attonitus, & matris lachry-  
mantis gemitus, & depositi apud se pignoris in-  
teritum miseratus, sacra Orientem versus, genua  
deflexit, & oculis manibusque ad cælum suble-  
uatis, pijs orando lachrymas fudit; formatoque  
per caduere Crucis signo, puerum manu cepit  
atque ab oratione surgens, illum pariter redi-  
uum erexit.

Oratione, &  
crucis signo  
mortuū vi-  
rū reddit.

Interim parentibus suis è corpore cōmigratis,  
tibus, Zenobius possessiones hæreditarias pater-  
næ

se proterenti  
 horis in ora-  
 s signo Crucis  
 furore libera-  
 nà cum matre  
 mundati, totos  
 consecravit  
 aliter quada-  
 omam magi-  
 irabilem do-  
 pfo itinere,  
 nctissimam  
 ex itinere  
 ro Dei studio-  
 idem, ab hinc  
 utaret. Quod  
 lachrymæ  
 cadaver ad po-  
 r omnes milia  
 m familie  
 n mentem, lo-  
 ueretalis tū-  
 m: sed in per-  
 e permittit  
 uitate & mu-  
 matris lachry-  
 e pignoris in-  
 verus, genua  
 cælum suble-  
 rmatoque  
 manu cepit  
 ariter redi-  
 re cōmigra-  
 icarias pua-

distrahit, earumque pretia, mira benignitate,  
 pauperes erogavit. Porrò quas apud Pastinia-  
 m, agri Florentini possessiones habebat, diui-  
 cultui mancipavit: constructoque ibidem  
 ppo cœnobio, duòdenarium in eo monacho-  
 numerum instituit, qui septi claustris, vitam  
 Abbate, cœnobiticam ducebant. Sed nec il-  
 titacendum, quod quendam multos annos cœ-  
 am, præ foribus templi mendicare solitum,  
 Crucis signo illustrauerit, & cum lumine cor-  
 pto, fidei lucē mirabiliter cōtulerit. Alio ve rō  
 pto, cum Athrosianā ecclesiā sedulus pastor  
 pararet, futius adolescentis cuiusdam nobi-  
 uiam habuit. Quod cū studiosè declina-  
 rellet, ciuium corona præuentus, non potuit.  
 igitur omnes conclāmare cœperunt, ut con-  
 uentū resuscitaret, qui peregrinæ mulieris filiū  
 re reddiderat. Sanctus autem, ut arrogantia  
 nimen euitaret, negauit Gallicæ mulieris filiū  
 us meritis, sed matris fide, suscitatum esse. Quā  
 lli excusationem, cū nullo pacto recipere,  
 sanctus eorum fide perspecta, se in orationem  
 dit. Quæ completa, pariter cum adolescente  
 rō & incolumi, non sine maximo omnium stu-  
 pore surrexit.

Puer quidam, matris suæ viduæ vnicus, anno-  
 rum quinque, in via iuxta cathedralem ecclesiā  
 alatoris ludibūdus, à prætereunte aurigæ cur-  
 tu miserabiliter oppressus, expirauerat. Quem  
 solum inuestissima mater ut rescitit, lamentabi-  
 planctu plorans, filium sustulit, pannisque in-  
 uolutum, beato Zenobio, per Eugenium diaconē  
 rita, offerendum curauit. Quem vir sanctus be-  
 gnè suscipiens, multis cum precibus, Deo ob-  
 lit, qui solita misericordia seruum suum respi-  
 ciens,

Cœnobium  
extruit.

Signo eru-  
cis cœcum  
curat.

Excitat de-  
functum.

Item alium  
rota curus  
contitum.

ciens, puero integram sanitatem restituit, puer  
sus ut nullum in eo læstionis vestigiū appareret.

His alijs que virtutibus & operibus sanctis  
clarus Zenobius, de uera iam ætate, in mor-  
bum incidit; quo indies magis magisque in-  
sciente, tandem cum insigni sanctitatis signifi-  
catione, è vita migravit, anno ætatis sue nonagesi-  
mo; instauratæ verò salutis, quadragesimo  
vigesimo quarto. Reliquit vir sanctissimus  
uersæ ecclesiæ magnum sui desiderium, com-  
tis lachrymis & insigni luctu coniunctum. Le-  
pus fuit, ab electis Clericorum ipsius, arca-  
bus conditum, & ad Ambrosianam ecclesiam  
portatum, ubi multò ante locum sibi sepulchri  
elegerat, & honorificentissimè in monumento  
marmoreo decorum opere, illatum.

Post Zenobium verò, ad episcopalem cathedram,  
Andreas ciuis Florétinus euectus fuit, qui  
visis que in Ambrosiana ecclesia, ob Zenobii  
rita à Domino fiebant miraculis, hunc honoris  
primariæ Saluatoris ædi, potius deserendum  
tuit. Itaque quinto præfulatus sui anno, hunc  
viri sanctissimi, pontificum humeris impo-  
nunt, qui magna cum populi celebritate, & magno  
gaudio, ad maiore ecclesiã eos deportant. Et  
aut dum quisque, pro viribus eos contingere  
natur, pontifices tumultuantis populi conser-  
sione, titubantes, cū sancto corpore cecidissent,  
nisi arida quædam & antiqua vltimus, cuius in  
culo adhæterunt, illos sustentasset, quæ sacro  
poris cōtactu, protinus floruit, & emortu-  
to tempore vires recuperavit. Quæ cū in  
deuoto populo, per frustra discerperetur,  
tini ciues, in perpetuam tantæ rei memoriam  
moream cum Cruce, eodem in loco, colunt.

Moritur vir  
sanctissimus,  
qui fuit  
Theodosij  
Imperat. an-  
nus 17.

Transfertur  
corpus eius.

Insigne mi-  
raculum.

eruntque in hodiernum vsq; diem permanens, omnibus tam præclari miraculi virtutem claritatem facit.

Adiuti igitur episcopi, resumptis viribus, corpus sanctissimum ad ecclesiam detulerunt, ibidemque in quadam cataumba honorificè collocarunt. Ad quod cum plures diuersis oppressi languoribus, pro obtinenda salute confluerent, inter alios, puer quidam à dæmone miserabiliter obsessus, nulla via vel modo, ingressum in ecclesiam inuenire poterat. Nam hic cum olim febribus laboraret, & ob contractam sitim, matri nocturno potissimum tempore, poculum offerenti, inopes molestias adferret, illa tandem fessa, & somno oppressa, cum iterum à puero excitaretur, indignati animo, poculum cum dira hac deprecatione tradidit, dicens; Vnà cum hoc diabolum habet, quod nec minus secutum est. Mox enim malignus præstò adfuit, qui saeva adedò crudelitate cum tragicauit, vt vix vllis vinculis constringi, remedio verò nullo liberari potuerit. Tandem pro quorundam precibus & ieiunijs adiutus adiutus ad S Zenobij monumentum inuenit, vbi à matris hospite, non sine adstantium horrore, tandem liberatus fuit.

Vide imprecationem matris in filium.

Miracula ad sepulchrum eius.

ALDELMI\*, EPISCOPI SCHIREBURGENSIS, ex ea qua est apud Surium, cuius etiam Beda præclare meminuit Eccles. hist. Angl. l. 5. c. 19. Excessit ex hac vita anno Domini 709.

\*Althelmi C. Bar. tom. 3. Annal.

B. Eatus Aldelmus splendissimo Anglorum stemmate, & regia profapia ortus, patrem habuit Kentenum, Inæ, Occidentalium Saxorum regis fratrem germanum. Qui post matris mortem, quatuordecim annos, liberalium disciplinarum

25. Maij. Patria & parentes eius.

narum studijs eum admouit; in quibus rãos bre-  
 uis tempore progressus fecit, vt ipsos etiam ma-  
 gistros suos, quos Græcos Latinosque habuit do-  
 ctissimos, multis parãngis anteuertit. Postea  
 verò quã cãtã quadã animi prudentia, va-  
 riam & instabilem rerum humanarum cõdi-  
 tionem, & lubricum naturã statũ, satis expendit,  
 serine ijsdem aliquando sceleribus implicatũ  
 tur, ad tutissimum religionis portũ, in Mel-  
 dunensi monasterio confugit, & summa contem-  
 platione, Christi gratia adiutus, ad perfectionis  
 aspirauit. Domabat incredibili austeritate  
 impetulantiam, frangebatur precibus & vigilijs  
 rebelles motus, & assidua cœlestium rerum con-  
 templatione, vagos animi motus comprimebat.  
 His igitur virtutibus clarus, primò ad presby-  
 terij, inde mox ad Abbatis honorem electus est.  
 Interim fama eius nouis nouisque illustrata pro-  
 conijs, vltra mare se transfudit: atque Pontificis  
 ad aures eum admiratione peruenit. Quam ob  
 causam Sergius (is enim tũc temporis summus il-  
 lus honoris fastigium conscenderat) scripserat  
 eum ad se acciuit, venientemque honorifice sus-  
 cepit.

**Fit monachus.**

**Vita eius austeritas,**

**Fit Abbas,**

**Vocatur Romanus.**

**Miraculum.**

Cũ autem die quodam, in Lateranensẽ  
 ecclesia diuinum sacrificium peregrisset, calidum  
 exiens, per humeros dimisit, ratus aliquem ex  
 ministris presentem fore, qui eam exciperet.  
 Sed cũ nemo ministrorum adesset, miramur  
 diuina prouidentia, splendor quidam eximius  
 per fenestram immissus, solaris radijs instabat  
 sustinuit: in cuius miraculi memoriam, celsa  
 illa in Meldunensi ecclesia hætenus asseruatur.

Per idem tempus, puer quidam ex incedentibus  
 natus, diuulgato prauorum quorundam hominum

more, Pontificis filius ferebatur. Quare com-  
 pocus sanè Aldelmus, multumque dolens, Pon-  
 tificem haud vulgari sibi amicitia deuinctū, eius-  
 modi scèdari infamia, puerum non nisi dies nō-  
 natum, exhiberi iubet; eiq; in virtute & no-  
 mine Iesu Christi imperat vt edicat, nū Sergius  
 Pontifex, eo se scelere obstrinxerit, Cui infans  
 in aucto apertoque respondit sermone: Pontifi-  
 cam illi crimini nequaquam affinem esse, nihil  
 iam scemineo cum sexu commercij habere. At-  
 que ita Aldelmus, & ab amicō Pontifice depulic  
 tiam. & sibi gratiam cumulauit.  
 In tempestate à Berthvaldō Archiepiscopō  
 colloquium accitus, cum ad litus maris iter  
 abiret, nauæ quidam, quòd sordido viderent  
 habitū indutum, illum habere Indubio atq; con-  
 tempui nō verebantur. Ecce autem aduerso spi-  
 rante vento; mare intumescit, sæuaque tempe-  
 state nauas in summum vitæ periculū adducit.  
 Cum autem præsens iam mortis imago ob ocu-  
 los eorū versaretur, ad pedes viri sancti prostra-  
 tum missum in eum crimen, cum lachrymis  
 confessati sunt. Ille verò piâ eorum pœnitudine  
 accepta, pro ferèda opè scapham ingreditur, quâ  
 simulatque corpore suo pressit, ad omnem tran-  
 silitatem mare se composuit, nauæque cum  
 illi ad litus incolumes appulerunt.  
 Construxit etiam vir sanctus tria monasteria  
 postea à Danis euersa sunt. Diuitiarum su-  
 contemptor egregius; adeò vt omnia sibi col-  
 lecta, in pauperes expendere. Corporis verò do-  
 ctor sanè admirandus, vt pote qui carnem suâ  
 fonte frigidissimo, humero tenus domaret  
 (fons ab ea re Aldelmi dictus est) nihilque  
 frigidissimo absterritus, pernoctes illic in

Infans no-  
 uem di. rû  
 loquitur.

Vitio diui-  
 na, in s. viri  
 contempto-  
 res.

Miraculum.

Obserua vt  
 vir sanctus  
 carnem do-  
 marit.

fff  
 pre



precibus, & psalmis persistebat.

Quodam tempore Roma per Alpes iter habens, altare ex marmore candido secū deferebat, quod lubricante gressu iumentū, in duas partes casu graui scissum est, ipsumq; iumentū miserimè contritum. Cuius lāsione, commotus Aldelmus, toto corde ad Deum conuersus preces fudit, impartitaq; benedictione, & iumentū sanitatem, & altari integritatem restituit. Fertur autem hoc altare in prouincia Somersetna, etiamnum rupturæ eius vestigia, in mirabili memoriam referuare.

Miraculum.

Tandem verò VVestfaxonix plagæ episcopus, in duas parœchias distributus est, præfatusq; est Daniel VVintonix, Aldelmus verò Schireburgiam Heddæ episcopo subrogatus, qui vtrique loco præfederat. Deindè plenus dierum & sanctorum operum, migravit ad Dominum, octauo Kal. Iunij; & in monasterio suo Wintonensi, magno cum honore tumulatus est. Decessit autem è vita, anno Domini 709, postquam annos quatuor supra triginta Abbas, & episcopus paratus munere, quatuor functus fuisset. Postea luxit in viro hoc præcipuum quoddam religionis argumentum, & præstantis eruditionis indicium, quod præclaris scriptorum suorum monumentis, posteris omnibus testatum reliquit.

Fit Episcopus.

Obitus eius

Præclara eius scripta.

C. Bar. tom. 8. Annal.

Lib 1. ca. 23.

VITA S. AVGVSTINI, EPISCOPI ET CONFESSORIS, qui missus à B. Gregorio Papa, per Anglorum genti Christi Evangelium prædicauit. ex ea qua est per venerabilem Bedam migravit ex hoc seculo, anno Domini sexcentis quarto, Gregorij Papa 14.

Anno



**A**nno ab Incarnatione Domini quingentesimo octuagesimo secundo\*, Gregorius Maximus pietate ac religione vir, anno imperij Mauricij decimo. ad Romanam Ecclesiam regnum, summumque honoris culmen euectus est; qui gentis Anglorum salutis mirifico flagrans desiderio, anno eiusdem Imperatoris quartodecimo, Anglorum vero in Britanniam aduentus, centesimo plus minus quinquagesimo, missus seminandi Euangelij causa in Angliam Augustinum, insigni pietate & eruditione virum, cum alijs non paucis precipuis Christianam militum athletis; ut gentem illam miserimam demum seruitute, in Christi libertatem vindicaret. Sed ut primum alacri mente Pontificis mandato obtemperantes, opus aggressi sunt, ita post, cum itineris aliquantulum confecissent, turpi formidine victi, domum potius redire, quam barbaram feramque gentem, suavissimo Christi iugo subdere decreuerunt. Nec mora, Augustinum quem Pontifex Gregorius, si a gente susciperentur, Antistitem eius constituerat, Romam ad Gregorium cum supplicatione remittunt, ne peregrinationem tam incertam, tam periculosa & exitu formidabile subire cogeretur. At Pontifex, ut erat vir animo maximo, & insigni in Deum fiducia literis non minus amater, quam pie ac religiose scriptis inanem illum timorem eisdem demit; hortatusque ut constanter diuina ope confidit, prouinciam susciperent, effecit; ut sua confirmatione roborati, ad opus diuini verbi intrepidum redirent. Itaque Augustinus religioso agmine, numero ferè quadraginta stipatus, Christiana signa in Britanniam intulit; & Edilbertho regi aduentus sui causam, per idoneos interpretes significauit.

26. Maij.  
\*Iuxta Baro-  
tom. 7. anno  
domini 590.  
Mauricij ve-  
ro quinto.

\*Iuxta Baro-  
tom. 8. vn-  
decimo Au-  
gustinus pra-  
fectus Mo-  
nasterij S.  
Gregorij,  
mittitur cum  
socijs ad An-  
glos conuer-  
tendos.

S. Gregorius  
nutantes con-  
firmat.

Augustinus  
cum socijs  
ingreditur  
in Angliam.

Fff 2

ficauit. Rex autem qui iam ante multa, de Christianæ religionis præstantia audierat, (habebat enim coniugem Christianis sacris iniciam Adilbergam nomine, quæ sanguine Francorum nata, ea se conditione vinculo matrimonij ei alligauerat, vt cum episcopo suo Luidhardo, inuiolatam fidei & religionis suæ libertatem conseruaret) in Insula Tanetos, commodum satis manendi locum eis assignauerat, donec habito cum suis consilio, quid eis faceret, statueret.

Vxor Edilberthi regis, Christiana.

Insula Tanetos.

Post dies igitur aliquot, Rex honorifico septus comitatu, ad Insulam venit, residensque sub dio, Augustinum cum socijs, ad suum ibidem colloquium adesse iussit. Cauerat enim, ne in aliquam domum ad se introirent: vetere vsu augurio, ne superuentu suo, si quid maleficæ artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non dæmoniacæ, sed diuina virtute præditi,

Cruz argentea & imago Saluatoris.

Crucem pro vexillo argenteam, depictamque in tabula Saluatoris imaginem ferentes, litanias canebant, & pro sua, simul eorumque, propter quos & ad quos venerat, salute æternæ supplices Domino preces fundebant. Cumque iubente rege de vna in Deum fide & religione, & de præmijs cælestis gloriæ omnibus Christi cultoribus cõstitutis differere incepissent; rex admiratione captus: Pulchra quidem, inquit, sicut verba & promissa, quæ affertis; sed quia noua & incerta non possum his assensum præbere, relictis ijs quæ tanto tempore cum omni Anglorum gente seruauit. Verum quia ab omni vos fraude, doloque remotos video, nolimus vobis molesti esse; quin potius benigno fauore prosequentes, quæ victui sunt necessaria ministrari, sicut hætenus, curabimus; nec prohibemus, quin omnes, quos

Humanitas Edilberthi regis.

pote-

potestis, fidei vestrae religionis, praedicatio socie-  
tis. Hec ubi dixit rex, mansione eis in Dorouernesi  
ciuitate, totius Imperij sui metropoli, assignauit.

Augustino  
fit copia pro  
dicandi.

Augustinus igitur hac regis beneficentia inui-  
ratus, tota mente, cum suis in opus Euangelij in-  
cumbere coepit. Et primum quidem ieiunijs,  
vigilijs, precibusque assiduis, diuinum numen  
propitium habere studuit. Inde se incredibili  
mentis ardore paratum ostendit, pro Christi san-  
ctissima religione, necem & cruciatum, si ita o-  
pus fuisset, oppetere. Quid mora? Nonnulli per-  
specta tanta viri charitate, & omnium salutis de-  
siderio, Christo crediderunt, seseque aquis lu-  
stralibus, ab omnibus delictis mundatos, ad pa-  
rem vitae innocentiam, totis viribus sectandam  
excitauerunt.

En zelum S.  
Augustini  
pro salute  
omnium.

Erat non procul ab ipsa ciuitate templum, ab  
ipsis Romanis Britannia olim in Colonijs extru-  
ctum, S. Martino sacrum, in quo Regina precibus  
& religionis Christianae mysterijs opera dabat.  
In hoc ergo, cum Augustinus cum suis rem di-  
uinam frequenter ageret, & stans solennibusque  
ceremonijs, diuinorum beneficiorum, ac mune-  
rum amplitudinem, in oculis & aspectu omnium  
constitueret, & luculenter interim de religio-  
ne Christiana differeret, ipsum tandem regem,  
inter alios Christi amore inflammat, sanctissi-  
misque disciplinis ita illustrauit, ut paucis post  
diebus sacris aquis se expiandum commiserit.  
Cuius exemplo alij mox prouocati, certatim  
ad salutarem fontem confugerunt. Quorum  
fidei & conuersioni ita congratulatus rex esse per-  
hibetur, ut nullum tamen ad Christi sacra sus-  
cipienda cogeret, sed tantummodo credentes  
traciori dilectione, quasi conciuem sibi regni ca-

Templum  
S. Martini  
vetustum.

Rex Edil-  
berthus cre-  
dit.

Item alij  
multi.

lestis amplecteretur. Didicerat .n. à doctoribus auctoribusq; suæ salutis, voluntatiû sacrificiû, nô vi mala coactû, ab hominib<sup>9</sup> expeti, neq; vim mentibus inferendâ, sed voluntates ad studium veræ religionis alligi, & inuitari debere.

Intereâ Augustinus, foelicibus hisce initijs gauisus plurimum, venit Arelatem, & ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis Virgilio, iuxta voluntatem, S. Pontificis Gregorij, Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est; reuersusq; in Britanniam, misit continuo Romam Laurentium presbyterum, & Petrum monachû qui Pontificem rerum omnium, quæ propitio Christi numine gesta fuerant, certiore redderent.

Tum verò Gregorius, cùm esset studio Christianæ religionis propagandæ vehementer incensus, rursus alios sacerdotes, pietatis opinione præstantes, in illam regionem misit, vt communibus operis eos, qui nôdû erât lustralibus aquis expiati, ad Christi fidem perduceret, & eos qui iam Christo nomê dederât, clariore disciplina cõfirmarent. Misit præterea sacras vestes & vasa & codices diuinos, sanctorû etiâ reliquias, aliâq; ecclesiæ ornamenta plurima, vt ijs omnium animos, acrius studio Christianæ pietatis incenderent.

At verò Augustinus, vbi in regia ciuitate, episcopali sultus auctoritate consedit, Ecclesiam quam ibi Romanorum antiquorum fidelium opera, factam fuisse didicerat, recuperauit: & legitimis sacris, à demonum cultu expiatam, Christo Saluatori consecrauit. Insuper monasterium, non procul ab ipsa ciuitate, à fundamentis extruxit, quod \*Edi berthus Rex, regia magnificentia ditauit, vt in eo & Augustini, & omnium episcoporum Dorouernensium corpora, ab obitu

S. Augustinus fit Archiepiscopus.

Vide studiû S. Gregorij Pape, ad Anglorum gentem,

Augustinus ecclesiã restaurat & monasteriû ædificat.

\*Aldiberth

bitu conderentur. Interea vir sanctus, vt Brito-  
num animos, ab vnitae ecclesie multum dissi-  
dentes conglutinaret, omnes Britonum provin-  
ciae episcopos, vnum in locum, qui vsque hodie  
lingua Anglorum Saxonum, Augustineizat, id  
est, robur Augustini appellatur, conuocauit.  
Vnde autem locus ille nomen istud sortitus sit,  
non erit abs re, latius explicare. Britones enim,  
praeter alia plurima vnitati ecclesie contraria,  
Paschae diem a quarta decima vsque ad vige-  
simam Lunam obseruabant; neque poterant, vl-  
lis vel monitis vel rationibus, vel precibus, ab  
ea temeritate deduci & persuaderi, vt sese eccle-  
siae totum per orbem diffusae, accommodaret. Vn-  
de Augustinus ne quid intentatum relinqueret,  
quo laboriosae ac longae disceptationi finem  
imponeret, hominem quendam oculorum lu-  
mine orbatum adduci praecipit, statuitque vt  
quae pars precibus suis misero lumen restitueret  
eadem certaminis palmam obtineret. Hac  
conditione tam aequa, tam iusta proposita,  
aduersarij licet inuiti conticuere, & aegrum  
nequicquam restituere conati, tandem ab in-  
uili ministerio cessauere. Post quos, Augustinus  
iusta necessitate compulsus, genua ad Deum fle-  
xit, preces fudit, & tandem diuinam clemen-  
tiam pro caeco exorauit, Britonesque dedecore  
notatos, egregie confudit. At illi contentur, se  
non ignorare, Augustinum optimis rationibus ni-  
rum, errorem confutasse: non posse tamen ab-  
que suorum consensu, priscos mores penitus abdi-  
cere. Postulabant igitur, vt secundo episcopo-  
rum concilium indiceret, in quo ea controuersia  
sopiri posset. Accidit interim, vt septem Brito-  
norum episcopi, alijque prudentiae opinione praestantes

Habet Syno-  
dum in An-  
glia.  
Augustinei-  
zat locus in  
Anglia, vn-  
de dictus.

Augustinus  
caecum illu-  
minat.

Rursus Epif-  
copo u con-  
uentus.

Fff 4

viri

\* Ita quidē  
ab ipsis etc.  
ditum.

viri, ad concilium ituri primò ad quendam ang-  
choretam, sanctitate \* & prudentia celebrem,  
diuerterent: eiusque sententiam, ea de re sedulo  
consulerent. Is verò respondiſſe fertur; Si quidē  
Augustinum mitem, humilemque, & timore Do-  
mini repletum inuenirent, incunctanter illum  
sequerentur: eiusque traditiones, haud secus ac  
de caelo missas amplecterentur. Sin autem homi-  
nem elato animo, & superbia tumidum, cogno-  
scerent, eum negligenter, eiusque sermones tan-  
quam pestiferos execrarentur. Atque \* vt huius  
rei possent habere indicium, monuisse fertur: vt  
diligenter prospicerent, quò ipse prior Synodi  
locum ascenderet. Et siquidem illis appropin-  
quantibus assurgeret, nihil dubitarent, quin ipse  
vt eius Christi famulus, ad eorum salutem procu-  
randam missus esset \*. Sin autem assurgere ne-  
gliceret, eum vicissim spernerent, nulloq; pro-  
fus honore dignum indicarent.

\* Hic signū,  
dignoscēdi  
humilē, pla-  
ne esse fal-  
sum, probat  
Baron tom.  
s. in vita S.  
Augustini  
& Apostoli-  
cis dictis o-  
mnino con-  
trarium. Si-  
quidem sen-  
tentia est, S.  
Ioan. Apost. (epist. 2.) nullo dignādos honore, eiusmodi  
homines ab  
ecclesia Catholica diuisos. \* O malum consilium,

Britones cō-  
tem nunt  
Augustinū.

His ita constitutis, accidit, vt illis aduentanti-  
bus, Augustinus in sella federet. Quod illi viden-  
tes, mox in iram & indignationem versi, eum su-  
perbia notantes, cunctis quæ dicebat, summa cō-  
tentione contradicere laborabant. Augustinus  
autē cū cerneret eos pertinaci mente concordiam  
ecclesiae proscindere, minitans dixisse perhibe-  
tur, quòd si pacis & vnitatis studia acciperet nol-  
lent bellū ab hostibus acciperēt, & quia viā vitæ  
Anglorū nationi prædicare recusabant, ab eadē  
gente poenas tanto scelere dignas reciperēt. Nec  
refellit sanctissimi viri multò antè prolata sen-  
tentia; siquidem Edilfridus rex, collecto grandi  
exercitu, magnam in ea gente stragem edidit.

Profligantur  
schismatici.

Anno

Anno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo quarto, Augustinus Britannorum Archiepiscopus, duos apóstites Mellitum & Iustum ordinavit. Mellitum quidem, provinciæ Orientalium Saxonum, quorum metropolis Londonia ciuitas est, in qua rex, Basilicam S. Pauli construxit. Iustus vero, in ipso Cantio, in ciuitate Dorouernæ, in qua idem rex, Sacram ædem, B. Andree Apostolo erexit. quibus etiam pro sua benignitate dona multa obtulit, possessionesque necessarias assignauit. Post quæ, vir sanctus, plenus dierum, bonorumque operum, lætus ex carcere corporis suus ad cælos migravit. Cuius corpus, in Ecclesia monasterij ab eo ædificati, beatis Apostolis Petro & Paulo sacra sepultum est.

Noui Episcopi creati & noui Ecclesie erectæ.

Obitus viri sancti.

VITA B. QUADRATI, ATHENIENSIS Episcopi, Apóstolorum Discipuli, per D. Hieronymum presbyterum scriptum. Floruit anno Christi Domini 128. sedente Alexandro, Imperatore autem Hadriano.

In lib. de uirginitate illustrib. C Bar tom. 2. Annal.

Quadratus Apóstolorum discipulus, Publico Athenarum episcopo ob Christi fidem, martyrio coronato, in locum eius substituitur, & ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegisset hyemem, inuisens Eleusinem, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his, qui Christianos oderant, oblique præcepto Imperatoris vexare credentes, porrexit ei librum pro religione nostra compositum, valde utilem, plenumque rationis, & fidei, & Apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait plurimos à

26. Maij.

\* Impetij eius.

Liber à S. Quadrato compositus.

F ff §

se vi

à se visos, qui sub Domino, varijs in Iudæa oppressi calamitatibus, sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant.

VITA S. BEDAE PRESBYTERI AN-

C. Bar. tom.  
2. & 9. Ann.  
& in not.  
Mar. Rom.

gllici ex Truhemio Abbate, lib. 3. cap. 155. De viris illustribus. Claruit anno ab orbe redempto 690. & sequentibus, sub Sergio sedis Apostolicae Praesule, Imperante Iustimiano Iunior, & sequentibus, Dies obitus eius, variè describitur: Licet ex scriptis eius elici queat, eum vsque ad nonagesimum quartum suæ ætatis vixisse annum: quorum octoginta septem exegit in monasterio, quod septennis intrauit.

27. Maij

Traditur literis in monasterio, septennis.

**B**eda vir doctrina & sanctitate toti orbi conspicuus, in extremo orbis Angulo natus, puer septennis in monasterio SS. Apostolorum Petri & Pauli in Anglia, artium maximarum disciplinis imbuendus à parentibus est traditus; in quibus tanta claritate eluxit, vt maximum sua eruditione ecclesie vniuersæ splendorem attulerit: Anno ætatis suæ 19. Diaconus, 30. verò summa cum opinione virtutis, presbyter ordinatus est. A quo tempore, ad vltimum vsq; vitæ spiritum, totum se diuinis literis tradidit consecrauitq;: ad eò vt nihil sibi dulcius, nihil suauius fateretur, quam diuinas opes, in sanctis literis abditas, & recõditas, sedula mente dies noctesq; scrutari. Et quidẽ tanto in pretio doctrina eius habita fuit, vt ipse Põtifex Sergius, fama virtutũ & eruditionis eius cõmotus, eum ad se accersiri curauerit: quò diuino eius ingenio, in arduis Ecclesie rebus vti posset.

Sergius Põtifex eum ad se vocat.

Erat ei in more positum, vt post lectiones sacras,



cras, ad ardentissimum orationis se conferret  
studium, quò & mentis suæ habitaculum oratio-  
nibus, & ecclesiam doctrina illustraret. Tanto  
maius diuinarum rerum amore æstuabat, vt ne  
momento quidem temporis, ab ijs se auelli pate-  
retur. Hinc cum puer omnis literaturæ rudis &  
ignarus, monasterium ingrederetur, in tantum  
studio & labore profecit, vt omnes etiam in pro-  
phana scientia Angliæ doctores longè superaue-  
rit. Artes quas vocant liberales, scriptis suis egre-  
giè illustrauit. Græcæ & Hebraicæ linguæ, haud  
mediocriter peritus fuit. Discipulos quos ha-  
bit multos, eosq; egregia probitate cõspicuos,  
suo exemplo & studio ad assiduam scripturarũ  
amorem prouocabat. Nec solum studijs, sed  
quod ijs amplius est, religione & sanctitate quos  
docuit fecit insignes. Fuit autem vir per omnia  
magnificus scientia, & morum honestate vene-  
rabilis.

Erat autem decentis staturæ, incessu grauis,  
voce sublimis, ore facundus, vultu decorus, &  
quædam mixta iucunditati seueritas. Vnde bonis  
& studio pietatis deditis erat affabilis, superbis  
autem & negligentioribus terribilis. Mansuetu-  
dine autem & humilitate, sibi in monasterio pa-  
rem non habebat. Quicquid autem studio & me-  
ditatione de scripturis haurire poterat, sine inui-  
dia communicabat ijs, quos idoneos viderat, &  
in amore scientiæ salutaris flagrantes. Conflue-  
bant ad eũ vndiq; innumerabiles, qui eius sese di-  
sciplinis subdere cupiebant. Et quid multis? Cer-  
te talis ac tantus erat, vt omni laude maior esset.  
Tandem post multos labores, quos scribendo  
& docendo impenderat, animo toto suspirans  
ad patriam, in debilitatem incidit, conti-  
nuisque

Optimus stu-  
dendi mo-  
dus.

Egregia eius  
eruditio.

virtutes e-  
ius.

Laborat è  
stomacho  
& pectore.

nuique septem hebdomadibus ante mortem, stomachi indignatione cibos nauseantis laborans, & angusto spiritu halitum producens, studium tamen literarum nequaquam omisit: sed totis ijs diebus (præter debitum Psalmodyæ pensum) illi intendebat; Euangelium Ioannis ijs diebus Anglicana lingua interpretatus est. Discipulis autem discendi amorem ingerens dicebat; discite filioli, quamdiu vobiscum sum. Feria autem tertia ante ascensionem Domini, modicus tumor in pedibus apparuit; tunc accita congregatione, cælesti epulo, quo corpus & sanguis Christi Domini continetur, & sacra vntione viam suam muniuit; osculoque cunctis libato, futuram sui memoriam à singulis implorat. Nonnullis etiam ob familiarè amicitiam, Xeniola, quæ in secretis habebat, largitus est. Die aut ascensionis Domini, subiecto cilicio decumbens, illibato sensu, & hilari vultu, spiritum in manus creatoris efflauit, Mox tam suavis est odor subsecutus, vt cuncti qui aderant, in paradyso se esse existimarent. Corpus eius, primò fuit in cœnobio sepultum, Postea verò, cum sancto Guthberto (à quo eius acta fufius scripta testatur Molanus) in Dunelim translatum dicitur. De eo verò quod oculis orbis fuisse fertur, deque sepulchri ipsius epitaphio, quod Petrus in Catalogo refert his verbis: Cum, inquit, discipulus eius, ipso defuncto, titulum sepulchro ponere disposuisset, vnico carmine Leonino, sic incipiès: Hac sunt in fossa, Velleq; finire: Bede sancti vel presbyteri ossa, nec metru stare posset, nec vllum ei vocabulū aliudè occurreret, tēdio affectus, tandem iuit dormitum; & ecce mane, in tumulo, Angelicis manibus reperitur inscul-

Sacramētis  
se munit.

Moritur vi  
sanctus.

Figmentum  
de sepulchri  
ipsius Epita-  
phio.

sculptum. Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis  
 In notat.  
 In nota. hoc die. ]  
 de his, inquam, vide Baronium, qui ea ex  
 scriptis Trithemij fabulosa esse dicit. Certè Tri-  
 themius testatur, longè aliud epitaphium, sepul-  
 chro eius inscriptum fuisse, quod refert lib. 3. ca.  
 De viris illustribus Ord. S. Benedicti. est que  
 huiusmodi.

Presbyter hic Beda requiescit carne sepultus;  
 Dona Christe, animam in calis gaudere per ævum.  
 Dicit, Sophia illum debriari fonte, cui iam  
 dissipavit ouans intento semper amore.

Epitaphium  
 S. Bedæ.

VITA BEATISSIMI GERMANI, PA-  
 risiensis Episcopi, ex ea qua est per Fortunatum  
 C. Bar. tom.  
 7. Annal.  
 Pictavorum episcopum. Migravit ex hac luce an-  
 no Domini 579. Pontificatus Pelagij secundi, 2.  
 Imperij verò Iustini Iunioris, 14. Initio regni  
 Childeberti Francorum regis, numeraturq; de-  
 cimus nonus eius sedis episcopus.

Beatus Germanus Parisiorum Pontifex, in  
 28. Maij.  
 territorio Augustodunensi, patre Eleuthe-  
 rio, matre verò Eusebia, honestis honora-  
 Patria & pa-  
 rentes.  
 tisque procreatus parentibus, ante quàm lucem  
 aspiceret, haud dubia futuræ sanctitatis signa, in  
 utero materno dedit. Cùm enim eius genitrix ab  
 edito partu, brevi post tempore, hoc foetu se gra-  
 midam sentiret, muliebri mota pudore, niteba-  
 tur ante partum, infantem extinguere. Et accepta  
 potionem, ut abortivum projiceret, cùm venena  
 ledere non valerent, incubans in ventrem, pon-  
 dere sui corporis præfocare eum conabatur. Hac  
 pugna inter mulierem & viscera durante ali-  
 quamdiu,

Mater graui  
 da eum vult,  
 nec potest,  
 extinguere.

quamdiu, renitebatur paruulus, certabatq; cum matre, ut eam à tanto crimine præseruaret. Itaq; expleto partus tempore, puer processit incolumis, matremq; simul innocentem reddidit.

**Item auia.**

Hoc autem matris certamine foeliciter deuictomox aliud ab auia in eum excitatū fuit. Ut enim, vetula auaritiæ peste turpiter infecta, incredibilem habendi sitim, illius hæreditate per fas perque nefas explere posset, nefaria secum consilia de adolescentis nece tractare cœpit. Nec mors, cæca cupidine inflammata, potionem in ampullam condit, vinumque in alteram ponit, præcipitque puellæ, ut redeunti à scholis Germano cū Stratidio propinquo illi vinum, huic verò maleficium propinet. Sed ministra per ignorantiam vinū Sancto Germano, venenum verò dat Stratidiod; & dum infanti præparatur interitus, auctor cadit in laqueum.

**Fit Diacon⁹  
inde presbyter.**

Hoc igitur modo secundò iam dæmonis fraude elusa, paulò deinde securiùs, in pietatis studio versari ei concessum est. Prorsus ut ætatis suæ quintodecimo anno, dignus habitus sit, qui à beato Agrippino Diaconus institueretur: & sequenti deindè triênio presbyter consecraretur. Hac sacri muneris functione decoratus, tam egregiū virtutum de se effudit splendorem, ut paulò post

**Item Abbas.**

à venerabili Pontifice Nectario, ad Abbatis officium, in S. Symphoriani monasterio assumeretur. Ibi verò præter alias virtutes, studiosè admodū benignè faciendi disciplinam exercuit; adeo ut nec panem quidem fratrum sustentationi necessarium reseruaret, sed eum cum reliquis rebus pauperibus distribueret. Quæ res, cum fratrum animos in eum concitaret, ille in cellulam se abdens, lachrymis ibidem dolorem suum lenire cu-

**Eius Eleemosynæ.**

recupiebat; & ecce dum murmur fratrum quie-  
tem eius perturbat, & ille precibus ad Dominum  
confugit, Anna quaedam matrona nobilis, plena  
anni annona carpenti mittit vehicula, ita ut mo-  
nachis viso miraculo terrentur. Episcopus au-  
tem bonis eius operibus inflamatus, in custo-  
diam eum detrufit: cui diuino nutu, ergastu-  
lum apertum fuit, sed is pedem efferru no-  
luit, nisi supplici episcopalis daretur benedi-  
ctio.

Dehinc crebris adeo miraculis inlarescere  
cepit, ut daemona passim eum predicarent, &  
ipsa naturae iura, legesque à Deo praefixae, illius  
virtuti subijcerentur. Fugabat morbos, languo-  
res pellebat, & in vltimum vitae discrimen ad-  
ductos, precibus suis sanitati restituebat. Nec  
mirum sanè, utpotè qui angelica quadam men-  
tis puritate vigeat, & intimo amoris vinculo,  
notus per contemplationem Deo coniunctus e-  
rat. Hinc ante annos ferè quatuor, quam episco-  
pi dignitatem capesceret, diuino in somnis ora-  
culo admonitus, ad Parisiorum se curam vocari  
intelligit. Inde precibus, vigilijsque & praecipue  
benignè faciendi studio, viam ad eum gradum  
muniuit quotidie. Postquam verò ad illud ho-  
noris fastigium euectus fuit, virtutes quas ante  
multo mète parturierat, aperto sinu plenè effun-  
dere cepit. Quicquid vel res ecclesiae, vel popu-  
li oblatio, vel regis deniq; munificètia illi cõse-  
rebat, id totum larga manu pauperibus erogabat,  
itaque vigilantia omnium inopiã cõsulebat, ut  
cuncti à graui paupertatis onere, antistitis sui be-  
neficio subleuatos se gauderent. Nec minus inte-  
rim animarum saluti cõsulebat, quippe, ut eas  
ex cœno peccatorum extraheret, corpora quo-  
uis

Crebra eius  
miracula.

Cognoscit  
diuinitus, se  
episcopum  
futurum.

Eximia eius  
benignitas  
in pauperes.

322 CERTAMEN SS. MAR. SISINNII &c.  
 uis morbi genere vexata, vel precibus vel crucis  
 signo curabat. Tantam quoque in dæmones po-  
 testatem obtinebat, ut venientem passim formi-  
 darent, atque ex ipsis corporibus quæ obfidebāt,  
 deprecarentur, ut eiectos saltem liceret per syl-  
 varum solitudinem miserōs errare. Fuit præter-  
 eā tanta miraculorum gloria clarus, ut summi  
 infimique, tanquam salutis omnium præsidem,  
 & à supernis demissum sedibus intuerentur. Nos  
 si singula quæ cum admiranda sanctitatis opini-  
 one gessit miracula prosequi vellemus, vix iusto  
 volumine cuncta comprehendere possemus. Ita-  
 que plenus dierum, & bonorum operum, cum  
 iam cælitus de suo ad alteram vitam transitu e-  
 doctus fuisset, octogenarius læto hilarique ani-  
 mo, è vita decessit, victor que ad cælos euoluit.

Motitur fe-  
 licissimè.

CERTAMEN SS. MARTYRVM, SI-  
 sinnij, Martyrij, & Alexandri, ex eo quod est per  
 S. Vigilium, Episcopum Tridentinum & Marty-  
 rem. Passi sunt, anno Domini 400. quo Romanâ  
 Ecclesiæ præerat Anastasius. Mediolanensi autem  
 Simplicianus. Honorij Imperatoris anno 6.

C. Bar. tom.  
 3. Annal.

19. Maij.

**Q**uo tempore Tridentinæ Ecclesiæ sanctus  
 ac venerabilis præsidebat Vigilus, qui  
 postmodum ipsam sedem, sui sanguinis  
 effusione decoravit, ut quandam regionem Ana-  
 gniam nomine, quæ viginti quinque millibus ab  
 vrbe Tridentina distat, vetusta gentilis erroris  
 caligine occæcatâ Christianæ fidei lumine illu-  
 straret, tres ad eam viros, pietate & prudētia in-  
 signes, destinavit. Ex quibus Sifinnius civis Cap-  
 padocię genere Græcus, ipsa senecta venerabilis,  
 & diaconatus munere insignitus, ut minister alta-  
 ris mini-

Sifinnius  
 Ethnicis  
 Christum  
 prædicat.

nis, ministerium verbi Euangelici cōsummaret, intrepidè in hostilia castra pedem intulit, Barbaræque nationi, nouam Christiani nominis pacē annunciauit. Huic Martyrius pari constantia ac pietate vir, Lector & Alexander, Ostiarius, Martyrij cōsanguinitate germanus, socij in opus uangelij dari fuere; qui dum coniunctis viribus nefarium dæmoniorum cultum delere conantur, & permulta temporis spatia, paulatim semen diuini verbi spargunt, fructus minimè pernitendos colligunt, truculenta gentilitas pietatis odio prouocata, aduersus Dei seruos pugnatura surrexit. Sancti autem, priuata mansuetudinè publicum furorem superabant; sed dum quodam die infando ritu victimas dæmonibus offerrent, & ad eandem impietatis societatem sanctos cogere, illi deposita mansuetudine, constanter & precisè nefarijs operibus communicare recusantes, scelus eorum fulmine quodã verborum detestati sunt: eosque à tantis tenebris, ad veritatis lucem, omni via modoq; transferre conati sunt. At illi, arreptis, quæ sors offerebat, armis, sanctorum membra funesta cæde laniarunt: Sifinniumque tuba in capite percussum, & securibus confossum, in lectulo penè exanimem reliquerunt. Vna interim nocte dilata, mox peruenitur ad præmium.

Nam erumpente aurora, cæteris matutinas horas Deo hymnis & psalmis celebrantibus, gentiliū manus, securibus atque præuultis armata sudibus, subito irruit: sæuaque direptione diuina mysteria conculcat. Inter ea S. Martyrius, circa Sifinnij curam depræhensus, exhalanti jam penè spiritum, vitalem quendam aquæ succum instillabat. Cumque audito irruentium clamo-

Ggg

re,ia

Martyrius  
Lector, & Alexander  
Ostiarius.

Cæduntur  
atrocitez.

324 CERTAMEN SS. MAR. SISINNII. &c.  
re, in horti secreta, qui ecclesie contiguus erat,  
secedere vellet, à virgine horti illius proditus,  
ab inimicis compraheditur. Comprahensus ste-  
tit intrepidus gratias agens vulneratus caeso ca-  
pite, lotus iterum baptisate proprii cruoris.  
Indè trās fossus stipitibus, ad idolum ducebatur;  
in quo itinere preciosam gemmam reddidit  
Christo. & antè victima promeruit esse, quàm ad  
aram diaboli perueniret.

Martyrij  
caus.

Alexander  
capitur.

Post hæc, studiosè à militibus quæsitus Ale-  
xander, ad fores ecclesie in precibus excubans  
compraheditur, qui præclaro certamine glo-  
riosissimam martyrij palmam obtinuit. Nam ap-  
prahensis sanctorum corporibus, suspensoque  
ex collo Sisinnij tintinnabulo, Alexandrum ma-  
nibus pedibusque vinctum, in medio eorum vi-  
uum collocarunt: raptatumque hoc modo per  
aspera loca, torquebant, donec ad vitæ terminū  
veniret. Neque hac in martyres crudelitate fa-  
tati, impias in Christum blasphemi voces ia-  
ctabant, dicentes; Nunc vindicet te Christus, cu-  
ius gloriam & virtutem tantis sæpe præconijs  
extulisti. At verò, ut primū ad profanum vete-  
ris Saturni templum ventum est, præmissis in py-  
ram copiosam geminis sanctorum corporibus  
flagellatis, Alexander iterum confessurus statui-  
tur, ut si vellet euadere flammam præsentem, cæ-  
remonijs obediret. Verū ille, impiorum mu-  
nera reprobans, calore fidei succensus, gloriosè  
triumphi materiam arripuit, eandemque cum  
socijs martyrij palmam elegit.

Alexander  
vultus crema-  
tur, cum so-  
ciorum ca-  
daveribus.

Taliter ergò consummata sanctorum victo-  
ria, atque illis in cælesti sede collocatis, non de-  
fuit terror impijs. Nam cum hæc sexta feria  
vltio diuina completa fuissent, subito horrenda quædam nu-  
bis



his caligo, totam regionem inuoluit, fulmina discurrerunt, coruscationis rutilus ignis emicuit, ut eam ipsi impij, non iniuste pro sanctorum necesse sentirent suscipere vindictam. Vnde nec multò post, oues quæ in errore positæ, pastorem non agnouerant, pastoris sanguine ditati sunt; & ubi diuersorum simulachrorum portenta abundauerant, nunc sanctorum martyrum templa superabundant. Quo etiam in loco, basilica tribus hiisce martyribus sacra constituta est; ad quorum limina fideles concurrentes, pro fidei suæ capacitata vulnerum lauacra, & medicinam cõquirunt.

Fertur gentili-  
tium ad  
Christi fi-  
dem conuer-  
sorum.

## VITA S. MAXIMINI, EPISCOPI

Treurenſis, ex ea qua est per Lupum quendam. C. Bar. to. 3.

Fuit hic vicesimus sextus Treuirorum Episcopus. Annal. & in

Interfuit Concilio Agrippinensi, & Sardiceno. Rom.

Excessit è viuis, temporibus Constantij Imp. qui regnauit anno Christi Domini 350. & sequent.

**M**aximinus vrbis Aquitanicæ Pictauiorū indigena clarissimis ortus est natalibus, siquidem antiquam prosapiam à maioribus senatorij ordinis deductam, eius parentes sortiti, Maxentium atque hunc Maximinum felici auspicio proerearunt. Qui nobiliter educatus sacris pariter literis instituebantur, futuri quãdoque Christiani dogmatis egregij defensores. Nam processu temporis Pictauiorū Ecclesia Maxentium sibi vindicauit pontificem, quam ille dignitatem multis eximijs virtutibus egregiè adornauit. Maximinus verò genituli solo, diuino instinctu relicto, in Galliam Belgicam commigravit: ubi sese Agritio, Treuirorū Episcopo, sanctitatis

29. Maij  
Patria & pa-  
rentes eius

Maxentius  
Pictauiorum  
Episcopus.

Maximinus  
venit Treui-  
ros ad S. A-  
gritium.

Ggg 2

ctitatis

etatis opinione tunc celeberrimo, disciplinis imbuendum tradidit. Qui optima adolescentis indole plurimum delectatus, in clerum eum adoptavit, & præcipua ecclesiasticæ functionis munera, propter insignem probitatem, ei commisit. Interim Quiriacus quidam mira sanctitate præditus, beati Eucharij Ecclesiam nocturno tempore, precandi studio ingressus, obuersantem sibi angelum, non per quietem, sed vigilando intueri, eiusque vocem corporeis auribus haurire promeruit, præcipientis ut Maximinum ex diuina iussione redderet certiore, quòd Agritio Episcopo, ad superna gaudia intromisso, mox esset ipse pastorale officium subiturus. Id Quiriacus properè dum compleuisset: Beatus Maximinus propriæ fragilitatis rigidus æstimator, huic honori modis omnibus se imparem fatebatur: imminentemque humeris sarcinam, quauius via declinare saragebat. Sed Agritius angelico ministerio admonitus, ut eum sibi successorem instituat, sine mora diuino parens imperio, suis benedictionibus confirmatum, post se futurum designat pontificem. Nec multò post Agritius corporeis vinculis solutus, in gloriosissimum beatorum confessorum cœtum commigravit. Maximinus verò consensu sacrorum ordinum, coriusque plebis annisu, à vicinis episcopis, in defuncti cathedram honorificè est collocatus. Quam autem strenuè, quam sanctè, quam prudenter eam sedem à rabie Arianorum tutatus sit, præclaro D. Hieronymi testimonio satis superque cõstat qui Maximinum inter omnes Orthodoxæ fidei antistites, ijs temporibus maximè clarum fuisse scribit. Certè ea pietate, & fidei lumine, inter densas errorum tenebras, & horrendas tempe-

Diuinitus  
præordina-  
tur in Anti-  
stitem.

S. Agritius  
discedit, ei-  
que Maxi-  
mus succes-  
sit.

Summa eius  
constantia;  
in fide or-  
thodoxa,

statis procellas eluxit, vt non modò ipse violatæ  
 fidei contagia declinauerit, sed hæreticorum ne-  
 farios conatus, magna sæpè cum laude repressit;  
 nec repressit modò, sed omnibus propter fi-  
 dem pietatemque exulibus, tutissimum ad se re-  
 fugium præbuit. Nam cum Athanasius Alexan-  
 drinæ ecclesiæ antistes, à Constantio ad pœnam  
 quæreretur, Maximinus, spreto regiæ potestatis  
 iniusto impetu, Athanasium non sinè magno pe-  
 riculo si non vitæ, at certè dignitatis amplexus  
 est, atq; in vno ipsius capite, totam penè ecclesiã  
 tutatus est. Vndè liquidò apparet, quantum iu-  
 stitiæ pondus huic sancti Maximini constantiæ  
 tribui debeat.

Athanasius  
 venit ad Ma-  
 ximum.

Quanto præterea studio, pro conseruanda fi-  
 dei integritate excubauerit, aliàs etiam demon-  
 strauit, cum Agrippinæ Synodali euocato con-  
 uentu, Euphratam episcopum, hæretica prauita-  
 te corruptum, cum his qui frequentes conuene-  
 rant pontificibus, ecclesiastica vsus potestate,  
 gradu mouit. Is enim, insanis accedens hæreti-  
 cis, IESVM Christum, non esse verum Dei filiũ  
 prædicabat. Nec miraculorum gratiã defuit san-  
 cto Maximino, quibus editis, suæ prædicationis  
 fidem tardioribus faciebat. Siquidem cæcis lu-  
 cem infundebat optatam, paralyticorum solu-  
 tos artus, in pristinum reformabat vigorem, &  
 eos, qui dæmonum persuasione, humanam men-  
 tem exuerant, foedo prorsus dominio libera-  
 bat.

Synod' Co-  
 loniensis cõ-  
 tra Euphratã  
 hæresiarchã.

Miracula S.  
 Maximini.

Erat ei solennis consuetudo, sanctorum lu-  
 strare memorias, eorumque opem summis pre-  
 cibus flagitare. Cuius rei gratia cum Romam  
 tenderet, opinatissimum confessorem Martinum  
 conuenit; iunctique Pontifices, diuinis rebus

Pia eius cõ-  
 suetudo in  
 visitandis  
 Sanctorum  
 reliquijs.

Ggg 3                    intenci



intenti, laborem itineris non, vt alij, sentiebant. Illis itaque in vltiora progredientibus, forte a sellum, qui sarcinas beatorum ferebat, vrsa offendit, eumque protinùs deuorauit. Hic Maximinus in nomine Domini feræ dicitur imperasse, vt quia iumentum non abegerat, sed consumpserat, ipsa iumentum onus assumeret. Mirares valdè. Illa euestigio successit oneri, & quoad reuersi ad locum, qui Vrsaria villa dicitur, deuenirent, subuectioni mansuetissimè famularata est. Ibi denique à sancto viro, pristinam vngandi potestatem recepit, priùs tamen licentia quonquam lædendi erepta. Verùm quia vt prauis sibi met sunt graues, ita boni mutuo semper delectantur consortio, sanctus Maximinus, beatum Martinum, Treuironum urbem secum coëgit inuisere, suoque populo duplicata benedictionis reuexit commercia. Ibi Martinus, spiritualem sibi filium Lubentium, Maximino erudiendum commisit. Cuius ille parens voluntati, & eum sacris instruxit literis: & imposito gradu presbyterij, in vico, cui Cubrino vocabulum est, præfecit. Ipse autem piè memor propinquorum, patriam repetiuit, suorumque vsus contubernio haud multò post ibi vita excessit, sanctorumque laborum suorum fructu, cumalata mercede à Domino est cõsecutus. Succedens in episcopatum Paulinus, qui fidei suæ veritatem, exilij perpeffione firmavit, communicato cum Clero, & populo Treuironum consilio, sanctum Maximinum ab Aquitania, vbi situs erat, reuehendum constituit. Itaque facto agmine, Clerus populusque Aquitania versus tēdentes, emensis prolixis viarū spatijs tandem haud lōgè à loco, vbi ille claudabatur thesaurus,

**Miraculum.**

**S. Martinus  
Treuirus  
inuisit.**

**Obitus S.  
Maximini.**

**Paulinus ei  
subrogatur.**

rus, admodū fatigati substiterunt. Mox celeberrima fama rem dissipante, immanis excitata manus Aquitanorū, Treuirēses moliebatur loco arcerē; potuissetq; cōmitti facinus pessimū, ni illi Christianitatis fraternitatē opposentes, orandi tantum studio se cōuenisse firmassent. Aquitani, Treuirēses sui timore perculos arbitrātes, hinc remissi, læticia vino indulgent, & quod erat consequens, somno grauiori soluuntur.

Interea beatus Lubentius, angelica monitus visione, adiuncto aliorum presbyterorum cœtu, clanculum ecclesiam ingreditur exoptatumq; thesaurum asportans, ceteruis foris expectantibus exhibet. Tum Treuiri abitum maturantes, Aquitania excedunt. Aquitani verò comperta veritate, coacto exercitu, recedentes triduo insequuntur. Cumq; intra mutuū conspectum uterque populus constitisset, Aquitani crebris coruscationibus tonitruisque, quorum nihil Treuiros contingebat repulsi, non sine rubore ad propria rediēre. Treuiris cœptum iter carpentibus, cœcus quidam, spe recuperandi visus, deduci se flagitabat ad feretrum. Cuius ut eum umbra tetigit, mox caligo inolita cœcitatatis abscessit. Cumq; Mosomagū castellū peruenissent, paralyticus quidā, B. Maximino saluandus offertur. Nec irrita fuēre vota fidelium. Namq; ut sine dilatione optata redditur sanitati, speciosissimū spectaculū intuentibus præbuit. Veq; gratiā referre viderentur eius loci habitatores, ecclesiā Deo sub honore S. Maximini, vbi sacræ eius reliquiæ fuerant posita, condiderunt. Hinc reliquiarum baiulis, Euiouiū castellū ingressis, scemina quædā maligno spiritu obsessā, ab eius ludibrio liberata est. Indè ad castellū q̄ Arlonis

Treuirēses, ex Aquitania asportant, S. Maximini reliquias.

Cœcus videt.

Paralyticus curatur.

Item demoniaca.

Ggg 4 dici-

Item duo le-  
prosi.

dicitur perlato corpore, duo leprosi credula  
mente suffragium eius implorantes, integram  
sospitatem adepti sunt.

Tot ac tātis diuinis celebratis miraculis, Tre-  
uirorum quondam Pontifex Maximinus, vbi  
quam olim egregiè rexerat, propinquabat. Iam  
veidò quanta tunc ad eum multitudo festiuo cum  
gaudio conflaxerit, vix verbis explicari potest.  
Cremabantur preciosi odores, cereorum copia  
resplendebat, distinctè sacrorum acies ordinum,  
psalmos & cantica personabant. Ita exceptum  
deductumque sacratissimum Maximinum, infi-  
gnis Confessor Paulinus, in ecclesia beatissimi  
Iohannis Evangelistæ magnificè sepulturæ tra-  
dit. Huc postea cœcus quidam à natiuitate, exter-  
ritorio Beneuentano deductus, Creton nomine,  
confestum lucis commercium recepit.

Cœcus à na-  
tuitate re-  
cipit lumē.

Præterea in crypra, vbi ossa venerandi Ponti-  
ficis condita fuerant, interiectu temporis, aqua  
ad latitudinem vnus cubiti excreuit: dictuque  
mirabile, ita sepulcrum omne suo ambitu cin-  
xit, vt tamen ab eius crepidine abssistens, nō par-  
uum intuentibus stuporem inijceret. Igitur ve-  
nerabiles episcopi Hildulphus, Clemens, atque  
Gosbertus, conuenientes in vnum, & quod eue-  
nerat diligenter examinantes, transferenda bea-  
ti viri ossa, ad locū in quo nunc sita sunt, iudica-  
uere. Quod diuina volūrate statutū fuisse, exitus  
indicauit. Et quidē præter alia miracula, illud  
in primis admiratione dignū, quod Carolo prin-  
cipi contigit, refertur. Is enim cum longa febrili  
tabe exhaustus in vltimum vitæ periculum ad-  
ductus esset S. Maximinus secundum quietem ei  
apparens, mandauit vt se abeuntem sequeretur.  
Expergescit Carolus, satellitem sibi fortè assi-  
sten-

Translatio  
reliquiarū.

dentem percunctatur; num videret beatum Maximinum, qui paulò antè secum contulisset sermonem. Illo negante: Modò inquit, foras egreditur, iussitque vt eum continuò sequeretur, apud tumulum eius, salutis compos futurus. Ita illo lectica deportatum, & in soporem resolutum, iterum sanctus Maximinus alloquitur: mouetque, vt iam Domini clementia sanitatè adeptus, deinceps ab omni peccati contagione, sese diligentissimè intactum conseruet. Mox igitur euigilans Carolus, totum se à molestissima febrium vi subleuatum sensit, qui triginta diebus proximis, cibi potusque fastidio laborauerat. Vnde non immemor beneficii, coenobium sancti Maximini prædij auxili: fecitque vt multò quàm antè commodius, Christi serui ibidem famularentur.

Verùm præter tantam virtutum vbertatem, speciali quadam gratia fugandorum dæmonum potestas, B. Maximino concessa videtur. Rex Pipinus, Magni Caroli genitor, quendam suum clericum Brunconem, impuris obsessum spiritibus, per Hellarium Archidiaconum, ad tumulum beati Maximini destinauit; qui vt sacra eius limina tetigit, ilicò purgatus, diuinam in Maximino potentiam, magnis vocibus prædicauit. Eiusdem Pipini regis ex filia nepos, nomine Cunibertus, atrociter à dæmone vexatus, multis antè locis circumitis, vltimò ad sanctum virum perductus, tandem ab ea peste purgatus est. Et vt à singulis ad turbam liberatorum transeamus, quondam ad festiuitatem beati Pontificis, triginta septem homines à dæmonibus oppressi, confluxère, qui omnes eodem die curati sunt. Sequenti verò anno eadem solennitate viginti

Carolus princeps, à mortis periculo liberatur intercessiõe Maximini.

Dæmoniaci multi liberantur.

Ggg 1 & duo

832 MART. B. ANDREAE. DE CHIO  
& duo mūdati sunt; porrò tertio anno tredecim  
à sancti viri cœnobio salutis gaudia retulerunt.

Cæterū si velimus omnia, quæ diuina viuitute  
aduersus impotentem dæmonum vim gessit, cō-  
scribere, vix modū tenebimus, & erudito lecto-  
ri similia frequēter narrando, tēdio erimus. Qua-  
rè hac multiplici, quū retulimus, virtutū specie,  
satis superq; instructi, ita vitam moresq; nostros  
ad imitationem S. Maximini componamus, ne  
qua vnquam dæmonum infestatione, in peccato  
vincamur.

PRAECLARVM MARTYRIVM, BEA-  
tissimi Andreae de Chio, quod Constantinopoli o-  
bijt: anno Domini 1465. Pauli 11, Summi Ponti-  
ficis, primo, ex eo quod est per Georgium Trape-  
xuntium.

29. Maij.

Quidam ab-  
negat fidem  
Christi.

Constantia  
cuiusdam  
Christiani.

**A**Nno ab Incarnatione Domini millesi-  
mo, trecētesimo sexagesimo quinto, cum  
vir quidam, quem honoris causa non no-  
mino, ex Trapezuntina vrbe ortus, Peripatetico-  
rum philosophiæ professor, abnegata Cruce Do-  
mini, per summam perfidiam, Mahumeto nomē  
daret, Turcarū rex elatus, aliū quendam maioris  
fidei ac constantiæ virum, similiter Trapezantiū,  
militiæ peritissimum, in carcerem coniecit; di-  
gnum ratus, vt Philosophum conciuem suum,  
volens nolensque imitaretur, cupiebat enim  
eius opera in re militari vtī. At ille animo mar-  
tyr: Philosophus, dicebat, in delicijs educatus,  
maiore spe ipsarum, Christi Crucem negauit;  
ego qui tot, tantosq; labores, cum Schyris bella  
gerens tuli, vulneraque excepi (dixit, & aperto  
pectore cicatrices ostendebat) pro Imperatore  
czle-



leſti mortem timebo? abſit à me tanta inſania. Que mens prætereà eſſet mea, vel potiùs que ſtultitia, veritatè doloris fugiendi cauſa proderet, ac æterna cæleſtiaque regna repudiare, Mahumetorum adhærere? vt bellorum labores ſubeã, pericula magna pro imperatore mortali ſuſcipiam, gladios in Chriſtianos, Chriſtianus ipſe narus diſfringam? & denique in mortè ruere, quam fugiendam cenſuit Philoſophus, vt in æternam ac veram mortem deferar præcepſi?

Hæc dum Conſtantinopoli fierent, Andreas febribus grauiter laborans, perpetuam Virgini matri caſtitem vouebat, ſi euaderet. Sedatis illico febribus, paulò poſt, quaſi ex morte ſurgens, albis ſe veſtimētis induit, vt eo ſymbolo admonitus, nunquã oblati Creatoris matri voti obliuiſceretur. Inde recuperatis iã planè viribus, Conſtantinopolim petijt, nò aliqua cupiditate magnarũ urbium viſendarũ captus (erat enim iuuenis viginti & ſeptè annorũ, ſumma grauitate atque conſtãtia; prorsũ vt ne verbum quidem vnũ, ab ore ipſius vanũ prodiret) ſed gratia Dei procul dubio eò allectus, vt & ipſe martyrij palmã perciperet, & Philoſophi ſue leuitate ſue errore conturbatos, ſua conſtantia in fide confirmaret.

Igitur mox vt urbem applicuit, ab Aegyptijs mercatoribus apud iudicem accuſatus fuit, quod magnum cum Chriſtianiſ conmerciũ haberet, homo qui Alexandriæ Crucem negauerat, contulcauerat, ſputis ſcedauerat: & Mahumetum publica confeſſione ſummis laudibus extulerat. Hæc accuſatione in iudicio iniquo recitata, Andreas nunquam ſe à Chio, vbi natus educatusque fuit, niſi tunc reſeſſiſſe affirmabat: idque teſtibus multis approbat. Ad iudex iniquus, Chriſtiano

Voti effectus.

Integritas & probitas Andree.

Falsò deſertur, ab Aegyptijs mercatoribus.

834 MART. B. ANDREAE. DE CHIO  
rum testimonio reiecto, quod ea in re nullum  
esse dicebat, Mahometistarum recipiebat. Tunc  
Christianorum multitudo summa contentione  
iniquum esse clamitauit, aduersariorum testi-  
monium admittere, petijtque, vt pratermissis  
testibus, res ipsa digno exanime excuteretur. Di-  
cebat igitur, vt circumcissionis signum in mem-  
bris eius exquirerent; nam si ad Mahumeti disci-  
plinam accessisset, necessarium fore, vt in geni-  
talibus membris circumcisio inueniretur. Inter  
ea spoliatur vestibus miles Christi, nudusque  
à tanta multitudine adspicitur, sed nullum in  
eo indicium, nulla circumcissionis macula, nul-  
lum Mahometistarum apparet vestigium. Excla-  
mant Christiani incredibili læticia exultantes,  
confunduntur aduersarij, & victi penitus pro-  
sternuntur: nisi diabolico astu adiuti, exposuissent,  
moris esse in Aegypto, minoris homines ætatis  
circumcidi; maioris, si ad Mahumentum, Dei pro-  
phetam conuertantur, nullo modo ad circum-  
cissionis legem impelli. His rationibus iudex,  
quia sectæ suæ fauebat, sententiam ad Regem  
transtulit, quemadmodum in rebus ambiguis &  
arduis lege cautum est.

**Cōvincun-  
tur menda-  
cij accusa-  
tores.**

Itaque Christi milite in carcerem coniecto  
Regem consultum adiit; cui cum & ætatem flo-  
ridam, & inuictum iuuenis robur referret, rex  
talium hominum in militia cupidus: Vade, in-  
quid, & si nostræ voluerit obedire voluntati,  
Centurionatum offero. Sin beneficijs nostris ni-  
hil commouetur, minis atque terroribus ipsum  
concutias: & si neutra poteris præualere via, ca-  
pite plectas. Altero igitur die, producto ipso  
primùm Regis pollicitationes proponuntur,  
mirabili cum amplificatione. Verùm cū Martyr  
Christi

**Turcarum  
princeps eū  
allicit obla-  
tis honori-  
bus.**

Christi nihil respondendo contemnere oblata  
 deretur, qui circumfusi erant veritatis hostes,  
 argentum atque aurum, alij vestes, alij supel-  
 ilem variam pollicebantur; cumque in silen-  
 o acrius perseveraret; Quid, inquit, ne ver-  
 ba quidem tuis nos dignos putas? Digni quidem  
 vos estis multò maioribus, quam ego dicere  
 excogitare queam: sed res, quas offertis, nul-  
 la responsione dignæ sunt. Quid enim caducam  
 hanc vitam, atque mortalem, putatis magni a-  
 liquid habere, quò cælesti sit preponenda? Erras,  
 ipsi respondent; nam nos & ad illam tibi viam  
 aperire studemus, & hanc insuper tibi scelicem  
 cadere conamur. Non cohærent, inquit, cadu-  
 ta æternis, non scelicibus misera, non propheta-  
 ta beatis. Sed quid opus est verbis? Ego scelicita-  
 tem huius seculi nihil facio; ego Crucem, pas-  
 sionem, sepulturamque Christi mei nunquam,  
 auxilio illius fretus, negabo. Statuite in me quic-  
 quid malueritis: vnum rogo, ne me verbis am-  
 plius tentetis.

His dictis coniectus ilicò in carcerem, vincu-  
 lis catenatus, pedibus atque manibus alligatus,  
 ad meridiem sequentis diei, qui fuit 20 Maij, ia-  
 cuit. Post meridiem è carcere eductus, in par-  
 tem vrbis, quæ Orientem spectat, propè mare  
 trahitur; vbi manibus pedibusque ad palum al-  
 ligatus, tanta crudelitate cæditur, vt penè sup-  
 plicij atrocitate victus, animum abiecisset. Cum  
 que principio flagellorum & verberum, toto  
 corpore vehementer contremisceret, fertur ma-  
 nibus ad pectus contractis, ac digitis in pugnum  
 compressis, magna exclamasse voce: Virgo Ma-  
 ria adiuua me. Inde pedibus altero ad alterum  
 adductis, stetit in iisdem vestigijs, ad Solis occa-  
 sum

Ille omnia  
 contemnit,

Cæditur fla-  
 gellis.

Intocat be-  
 atam Virgi-  
 nem in sup-  
 plicijs.

sum vsque rectus. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur, Trapezantius ille, de quo supra retuli, è fenestra turris prospiciens, clamabat: ô felicem Christianum, ô beatam quæ te genuit insulam, ô nobilissimum atque omni laude dignum genus, vnde ortus es; Vtinam eadem tecum pro Christo supplicia subire liceat. Hæc aliaque, martyrij coronam desiderans, vociferabatur. Carnifices autem Andrea reducto, multis pretiosa membra flagellis, lorisque foedè dilacerata, vnguentis vngunt, & cibum potumque ad fulciendam in corpore animam, de Medicorum consilio, quorum multi ac peritissimi aderant, offerunt: ac aquam, in qua non paruum defæcati auri pondus bullierat, offerunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita eius, aliquid ad negationem Crucis afferret: simili que ostenderent, quâti vitam eius facerent. Fortè etiam quia non ignorabât, quòd Christi martyres per diem cruciati, nocte diuino beneficio pristinam solèr, imò maiorem frequenter, & corporis & animi pulchritudinem recuperare. Quare timentes nè id diuinitùs eueniret, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

Vicesima prima eiusdem mensis die, rursus producitur, denudatusque ferreis vnguibus, tergora, quæ pridie eius diei fuerât flagellata, dilacerantur; nec quidquam aliud fecit dixitque miles Christi, quanquam priùs contremuit, manusque ad se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in iisdem vestigijs tenuit, magnaque voce clamauit: Virgo Maria adiuua me. Sic Trapezantius etiam eadem quæ prius vociferabatur, è turri iterùm atque iterùm repetebat. Adueniente nocte, vnguentis illinitur, similiter medicamentis at-

Magna cura  
adhibetur  
vulneribus  
eius.

aque aquis, in quibus magna virtus auri fue-  
re infusa, sustentatur; quasi charam, Crucis ho-  
tes, salutem eius haberent, Spiritus sancti gra-  
tiam, in Medicorum peritiam, cibi que ac potus  
commoditatem deriuantes. Illucescente namq;  
die, sanus omnino martyr Christi apparuit, quæ  
res medicamentis fieri non potest; quæ cum na-  
turaliter agerent, longiore indigent tempore,  
unde constat solam Christi virtutem, opem mar-  
tyri contulisse.

Curatur di-  
uinitus.

Vicesima secunda eiusdem mensis, post meri-  
dium, similiter producitur, tanta que crudelitate  
& manus & pedes torquentur, vt ne vnum quidẽ  
membrum suo loco maneret, sed saliret omnia;  
propterea, vt ipsi inimici Christi, hominis constan-  
tiam mirarentur vehementer. Hoc interim in  
Christi martyre, admiratione dignum est, & me-  
ritis beatæ Virginis tribuendum, quod post illos  
clamores, quibus Virginis opem implorabat, di-  
cens: Virgo Maria adiuua me; ne minimum qui-  
dem doloris signum ediderit. Interim Trapezun-  
tius ille, magnis vocibus non desinebat martyris  
felicitatem è turri prædicare, & eandem sortẽ  
expetere; medici verò omni diligentia, vt col-  
lapsas in martyre vires restaurarent, labora-  
bant.

Atrocissimè  
cruciatur.

Miraculum  
de B. virgi-  
ne.

Vicesima tertia die, sanus & incolumis non  
medicorum arte, sed illius primi martyris, &  
Domini omnium Iesu Christi productus Andreas,  
nouo genere cruciatûs vexatur; humeros carnib;  
per gladios denudant, studentes semper, ne cele-  
rior mors ipsum inuaderet. Sperabant enim si  
non acerbitate, ac magnitudine dolorum, attamen  
diurnitate se victuros, sed derisi tandem  
conuerunt. Declinato die reducitur, sicuti diebus  
supra.

En tibi im-  
manem cru-  
ciatum.

838 MART. B. ANDREAE DE CHIO  
superioribus dictis factisq; medicamentis quo-  
que non aliter quàm priùs adhibitis.

Item alium.

Die vigesima quarta eiusdem mensis, eodem  
in loco quo prius, clunes carnibus nouaculis  
spoliãntur, non subito, sed cùm mora, vt doloris  
acerbitas, inuisitum athleræ Christi animum su-  
peraret. Cætera omnia similiter acta, vt in supe-  
rioribus diebus dicta que eodem modo, etiam à  
Trapzuntio, animo atq; voluntate martyre: qui  
illis diebus quibus Andreas patiebatur, similiter  
è turri clamabat.

Horrendi  
cruciatus.

Die vigesima quinta, partes pedum, quæ inter  
genua clunefque sunt, carnibus similiter denu-  
dantur; cætera eodem modo dicta gesta que fue-  
runt. Vigesima sexta, suræ similiter carnibus nu-  
data, miserabile valde spectaculum, astantibus  
prabuere. Vigesima septima, femur, quæ que  
circa ipsum sunt, excoriantur. Vigesima octaua  
die totum corpus à capite ad pedes verberibus  
cæditur, vt doloribus renouatis, tandem moue-  
recur. Maxilla quoque vna, vno ictu denudata  
carne fuit, quam Christiani magno studio raptâ,  
in monasterio beati Francisci, inuisitato odore  
fragrantem, condiderunt.

Orẽ admi-  
randam.

Vigesima nona eiusdem mensis produciuntur  
iterùm Andreas, martyri Christi præcipuus cor-  
pore sano & viuaci, vultu læto, ac facie decora.  
Mahumetistæ his rebus moti, medicamentorum  
virtute id factum asserbant, & ingritudinem  
illius accusantes, clamabant; Nô vides, ô Andrea,  
te Mahumeti gratia, & medicaminum virtute,  
sanitatem adeptum? Agnosce miser beneficium  
prophetæ nostri, ne mala morte intereas. At An-  
dreas: Non est, inquit, mors illa, sed vita. Quare  
nolite me verbis istis inanibus terrere. Non me  
vestra

vestra medicamina, sed Crux Domini nostri Iesu Christi, ad hunc usque diem incolumem consistat. His discis, caput intrepidè securi subiecit, & ad caelestia regna è corporis ergastulo euolauit. Tunc mortis eius ministri, truncum cum capite corpus, maris fluctibus immergere voluerunt. At Christiani, effusis lachrymis circumstantes, mortuum sepeliendum esse exclamabant. Inter ea lis ad regem defertur, qui auditis cruciatibus, & inuicta martyris fortitudine, dignum esse pronunciauit, vt summo cum honore, vir adeo fortis sepeliretur. Itaque Christiani apposito capite corpori suo, ad Galatam deportarunt. Aderat innumerabilis vtriusque sexus multitudo, & Mahumetistarum etiam multi, admiratione commoti, non pauciores, quam decies decem millia spectaculo intererant. Alij lachrymas præ gaudio fundebat, alij laudes eius predicabant, alij constantiam ac robur animi, alij prudentiam atque grauitatem, alij contemptum humanarum rerum extollebant. Multi fidem in Iesum Christum, & piam erga immaculatam Virginem deuotionem, commemorabant.

His ita gestis, Rex magna exarsit cupiditate viri illius Trapezuntij, de quo supra diximus, liberandi; sed quia honestè id facere, nisi rogatus, posse non iudicabat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius, pro marito supplicaret suo. Sic mors Andreae atque martyrium, illum quidem palàm, sed multos quoque alios à periculo liberauit, multos in fide orthodoxa confirmauit; & Mahumetanos pudore confudit. His omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videndi corpus eius; vidiq; ipsum in sepulchro nimium profundo, & situ horrido

H h h

rido

Securi percussus, abijt è vita.

Sepelitur honorificè

Effectus martyrij eius.

Res admirabilem  
tione digna.

rido, ea tamen integritate membrorum omnium, co totius corporis colore, & dignitate formae, tali vultus splendore & habitu, ut non animus expirasse, sed dormire mihi leniter, sub umbra videretur, at qui iacebat loco ita humido, ut omnibus iam indumentis quibus erat involutum corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur, præterquam quod genitales partes, fragmento lini obtegebantur.

Auctor nuncupat votum  
martyri, &  
liberatur à  
periculis.

Inde verò cum post pia vota & desideria, quibus ardebam, tangendi & osculandi pedes, manus faciem præcipui martyris, decimo octavo die Martij soluerem, ipsa soluendi hora, in non paruum incidi periculum, nimbis contra flantibus, inque saxa nauem depellentibus. Imploravi subito martyris auxilium, promisi que, si ad meos Romam incolumis deuenirem, perpetuis literarum monumentis, martyrium eius traditurum. Euasi maris & latronum pericula, quodque miraculo est, senex ægrotusque hinc recessi, iunior sanusque, ac multo robustior remeavi.

C. Baro. to. 1  
annal. vbi &  
de nonnullis  
dubitatio-  
nibus disse-  
rit.

31. Maij.  
Petronilla  
paralytica.

HISTORIA S. PETRONILLAE VIR-  
ginis, filia B. Petri Apostoli, ex Epistola Marcelli  
Presbyteri, qua habetur in actis SS. martyrum,  
Nerei & Achillei, 12 maij, apud Surium.

**S**ancta Petronilla Petri Apostoli filia incre-  
dibili pulchritudine virgo, fertur multo  
tempore, ex patris voluntate, paralyti la-  
borasse, membrorumque omnium officio destituta,  
lecto decubuisse. Cumque die quodam inter al-  
ios discipulos, Titus pariter adesset, & discum-  
bentes familiares de rebus diuinis sermones con-  
ferrent, fertur cum quadam admiratione dixisse  
Petro



Petro quid causæ esset, quòd cum alijs optata san-  
 titatù largiretur beneficia, filiã ab ea qua detine-  
 batur lecto affixa, calamitate non liberaret. Cui  
 Petrus, sic animæ eius salutem, quæ corporis longè  
 præferenda est, expedire respondit. Veruntamen  
 ne qua hoc putaretur diuinæ gratiæ inopia fieri,  
 ait ad filiam: Surge Petronilla, nobisque mini-  
 stra. Ad quam vocem, illa protinùs viribus inte-  
 gris exiliens, discumbentibus ministravit, cun-  
 ctis rei admiratione defixis. Expleto autè mini-  
 sterio, iussit eam ad lectulum redire. Redijt illa:  
 moxque febribus correpta, grauiore cœpit mo-  
 lestia consistari. At verò cum ea omnia, sum-  
 ma mansuetudine perferret, ageretque tam in-  
 aduersis quàm prosperis Deo grates, paulò pòst,  
 diuino beneficio integræ sanitati restituta, & si-  
 bi & alijs plurimis, oratione sua miram Dei  
 gratiam impetrauit.

Sanatur à  
 patre, ad 16-  
 pus.

Interim cum formæ eius præstantia esset exi-  
 mia, multique insano capti amore eam deperi-  
 rent, Flaccus Comes, coniugem eã sibi postula-  
 uit: armataque manu, nã spontè consentiret, eam  
 abripere voluit. Cui virgo; Quid, inquit, ad  
 virginem inermem cum militibus venis? Me  
 si tibi vxorem deposcis; honestas potiùs virgi-  
 nes, matronasque post triduum ad me mittito:  
 vrearum comitata obsequio, cum honore tuas  
 ad ædes spontè veniam. Hoc dicto gaudius ve-  
 hementer Flaccus, triduum ei concessit, quo to-  
 to, Petronilla precibus & ieiunijs, cum Felicu-  
 la virgine collectanea intenta, diuinam assiduo  
 opem flagitabat. Tertio verò die, Nicomedes  
 presbyter eam inuisens, diuina ibidem celebra-  
 uit mysteria: eamque sacrosancto Christi corpo-  
 re & sanguine refecit; & ecce, sumpto epulo  
 Hhh 2 illo

Flaccus Co-  
 mes, eã vxo-  
 rem sibi pe-  
 tit.

Excedit è vi-  
 ta, sumpto  
 venerab. Sa-  
 cramento.

842 CERTAMEN SS. MAR. PAMPHILI &c.  
illo caelesti, mox beatum Creatori suo spiritum  
tradidit. Corpus eius honorificè sepulture man-  
datum, constructo desuper nobili cœmeterio,  
anniuersaria, natalis eius, côm memoratiōe illu-  
stratum fuit.

## I V N I V S.

C Bar. tom.  
3. Annal.

CERTAMEN SS. MARTYRVM PAM-  
phili, Valentii, Pauli, Seleuci, Porphyrii, Theodu-  
li, Iuliani, & sociorum. Ex eo, quod est per Euse-  
bium Casariensem, libro 8. cap. 21. Coronati sunt  
anno incarnati verbi 308. Pontificatus Marcelli 5.  
Imperij Constantini 3. sub Maximino in oriente  
regnante, anno persecutionis 7.

1. Iunii.



AGNVM hîc, & gloriosum profectò  
oculis nostris offertur spectaculum,  
Pamphili, & sociorum virorum ad-  
mirabiliũ, nã sicuti neruorũ vel vocũ  
canticus, plurium sonorum varietate temperatus,  
suauiter aures animũque oblectat: ita virtus  
in duodenario hoc martyrum numero, in qui-  
bus eiusdem virtutis splendor, & equali inæquali-  
tate, mirificè congruit, non potest non animos  
nostros, sui admiratione defixos, ad se rapere, &  
summa quadam voluptate perfundere. Sũt enim  
hîc adolescentes, simul & senes, serui simul & li-  
beri, eruditi & rudes, obscuro generis homines,  
vt multis videbatur, & gloria insignes, fideles si-  
mũ eũm catechumenis, & diaconi cum presby-  
teris, qui omnes tanquam à sapientissimo musi-  
co, nempe Dei verbo vnigenito, variè pulsati,  
clarissimos, numerososque, & concinnos admo-  
dum